


El Sr. Josef de Sierra
de la Comp^a de Sierra con
pro este libro.



Estado	Comunidad
Ciudad	
Fecha	
Nombre	



400840
MADE IN SPAIN




27

18

R-12855
FRANCISCI
SANCTII BRO- *B.H.*
CENSIS

IN INCLYTA SALMAN-
ticensi Academia Primarij Rhetorices,
Græcæque linguæ Doctoris Miner-
ua: seu de causis linguæ
Latinae.



CVM LICENTIA.
SALMANTICAE,
Apud Ioannem, & Andream
Renaut, fratres.

1587



*REGII Senatus supremi iussu,
Minervam Francisci Sanctij
Brocensis, quæ Latini sermonis
causas verissimè, & eruditissimè
persequitur, diligenter perlegi, & dignissi-
mam iudico, quæ in lucem quam primum
prodeat. Est enim opus, vnde huius ætatis
Grammatici, (si tandem aliquando serio sa-
pere velint) vera, breuia; claraq; præcepta di-
scere possunt. Madriti in Gymnasio vbi La-
tina lingua publicè docetur. Pridie Calend.
Iunij. 1585.*

**El Licenciado Luys
de la Cruz Valco.**



DO N Philippe por la gracia de
Dios Rey de Castilla, de Leon, de
Aragon, de las dos Sicilias de Hieru-
salem, de Portugal, de Navarra,
de Granada, de Toledo, de Valen-
cia, de Galicia, de Mallorca, de Se-
uilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Gorcega, de Mur-
cia, de Jaen, de los Algarues de Algezira de Gibralt-
ar, de las Islas de Canaria, de las Indias Orientales
y Occidentales, Illas y tierra firme del mar Oceano,
Archiduque de Austria, Duq de Borgoña, Brabante,
y Milan, Conde de Anspurg, de Flandres, Tirol, y de
Barcelona, señor de Vizcaya, y de Molina. Por quan-
to por parte de vos el Maestro Francisco Sanchez
Brocense Cathedratico de Prima de Rhetorica, y
Griego en la Vntuersidad de Salamanca, nos fue fe-
cha relacion diziendo que vos auia des compuesto
vn libro intitulado la Minerua, de la propiedad y
verdadero conocimiento de la lengua Latina. El qual
era muy curioso, y en la composicion del auia des
puesto mucho trabajo supplicandonos vos mandas-
emos dar licencia para le poder imprimir, o como
la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del
nuestro Consejo, y como en el dicho libro se hizo la
diligencia que la pragmática por nos vltimamente
fecha sobre la impresión de los libros dispone, fue
acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra car-
ta para vos en la dicha razon, e nos tuuimos lo por
bien Por la qual vos damos licencia y facultad, para
que por esta vez podays imprimir el dicho libro q̄
de suso se haze mención, por el original que en el
nuestro Consejo se vto, que van rubricados las hojas
y firmado al fin del de Christoual de Leon nuestro
Escriuano de Camara, de los que residen en el nue-
stro

stro consejo, y con que antes que se vendan los traygays a el, juntamente con el dicho original, para que se vea si la dicha impresion esta conforme al original, o traygays tee en publica forma, en como por Corrector nombrado por nuestro mandado se vio y corrigto la dicha impresion por el dicho original, y qued anasi mismo impressas las erratas por el apũtadas para cada vn libro de los que ansi fueren impressos, y se tasse el precio que por cada volumen auays de lleuar, sopena de caer, e incũrrir en las penas contenidas en la dicha pragmatica, y leyes de nuestros Reynos. De lo qual mandamos dar, e dimos esta nuestra carta sellada con nuestro sello, y librada de los del nuestro Consejo, en la villa de Madrid, a veynte y siete dias del mes de Junio, de mil y quinientos, e ochenta y cinco años.

El Conde de Barajas.	El Licenciado Iuan Thomas.	El Licenciado Guardiola.
----------------------	----------------------------	--------------------------

El Licenciado Francisco de Vera y Aragon.	El Licenciado Leziãana.
---	-------------------------

Yo Christoual de Leon Escriuano de Camara de su Magestad la fixe escreuir por su mãdado, con acuerdo de los del su Cõsejo.

INCLYTAE SALMANTICENSI

Academiae matri pijsisimae

Franciscus Sanctius Brocensis, primarius
Rhetorices, Graecaeque linguae Do-
ctor gaudere, & bene rem
gerere.



*NGRATI animi nota qui
possem liberari, Mater Aca-
demia, omnium quot sunt,
quotque fuerunt praestantissi-
ma si ego hic altus, & educatus, ac per annos
quadraginta tuis artibus, & disciplinis exor-
natus tibi nutritionis premium non per-
soluissem? Sed quae nam premia tanta altrici
soluisse queam? Exigua sane, si digna tanta
maiestate munera velim offerre. At vero
quod possumus libenter offerimus. Ea porro,
nec me animus fallit, offerimus, quibus nul-
lus alius aut maiora, aut necessaria magis
inquam obtulit. Dolui etenim semper, & nã
sine lacrymis sepe sum testatus, quã tu sem-
per in ceteris disciplinis magistròs habueris*

præstantissimos, Grammaticam, quæ omnium
aliarum fundamentum est, ita depositam iacuisse, ut nulla medicina subleuari potuisse
videretur. Et quum pestis Barbariei pene totum orbem occupauerit, tu sola hac nota inu-
eris, & innocens apud exteros accusaris.
Quasi ullam possimus Academiam reperire,
ubi vera, puræque Latinitatis indagatrix
Grammatica doceatur. Quotus enim quisque
est Grammatices præceptor qui non Laurentium Vullam, & eum sequutos non laudet,
veneretur, exosculetur? Hinc licebit coniec-
tari, quales fuisse oporteat riuulos, qui ex tā
cœnoso turbidoque fonte defluerunt. Non tu
Mater huic tanto malo facile mederi poteris,
si è cathedris tuis primarijs Laurentio de
turbato Mineruâ, quæ tibi offertur patiaris
pro illo pueris explicari. Hæc veræ Latinitatis
normam tradit: Hæc duce puer poterit
Poetarum & Oratorum virentia præta secu-
re perambulare: hinc Dialecticæ, quæ itidem
perturbata est, vera principia expiscari. Nunc
igitur hoc præcipue ô Mater, est inter tua,
quoniã inter omnes princeps appellaris, ut li-
terarum omnium fundamenta firma & verissi-

ma te

ma te prima instituente, iaciatur. Nihil omni-
no hæc noui afferimus: stulti vulgi ride sermo-
nè: sed antiquitatè, quæ Barbarorum (Mâmo
tretos dico, Catholicones, & Pastranas) sancti-
tia iacuerat, subleuamus, & in gradum repo-
nimus. Hi enim quum contra Ciceronem & reli-
quos Latinos acerrimum bellauissent bellum:
bonas literas longe lateque pessum dederunt.
Iacebant itaque, bonæ literæ, quum ab hinc an-
nis centum noster Antonius Nebriffensis hos
rebelles conatus est castigare. Sed adeo malum
hoc radices egerat altas, ut innumeris mon-
stris debellatis, multo plura debellanda reman-
serint. Quod si ille iterum, aut sæpius rediret,
non dubito (quæ erat illius solertia) quin omnia
facillime composuisset. Ars enim (ut præ-
clare differit D. Thomas) mutari debet, quo-
ties intellectui melius aliquid occurrit. Itaque
quod ille non potuit tunc perficere, mihi for-
sitam perficiendum delegauit. Qui pote, inquis?
Quia dum ille in patria mea Brocis, ubi Dictionarium,
& Artem adornabat, febricitans
decumberet domi Marcelli Nebriffensis filij
cruce Alcantarensis ordinis insigniti, subin-
de suspirans, (ut patrem meum sæpe dicere

A 4 audiui)

audiu) cōquerebatur, Artē sibi & Dictionarium imperfecta relinquit. Quid si illud interim Virgilianum occinebat,

Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor,
Qui face Barbatos, ferroq; sequare Perotos.
Ego certe, quasi ille hoc mihi munus iniunxisset, simul ut tibi matri venerandæ aliquo modo gratificarer, totis viribus in hanc operam incubui, ut Grammaticam addiscentibus via breuior, planior, & fidelissima sterneretur. Hæc methodum ante annos aliquot non sine præclaris experimētis diuulgatam huic operi subiunxi. Quia Minerva tota in hoc est, ut regulas illas tum veras, tum facillimas esse perdoceat. Inuidiam vero, quam semper contemnere potius, quam deprecari studuerim, neq; placare cōtendo, neq; cupio. Imo vero illi nunc bellū indico, facioq;. Quam inuita, & rennente lector attentus & diligens hæc tum veterum, tum recentiorum supratraria millia errorum expiscabitur. Sunt hic innumera sublata, quæ frustra erant, praua multa correctæ: plurima adducta necessaria: ac demum quæ collapsa, & proprijs sedibus erant expulsa restituntur. Vale.

FRAN-

5



FRANCISCI SANCTII MINER- ua, siue de proprietate ser- monis Latini,

CAPVT PRIMVM.

MINERVAM narrat Homerus poetarum princeps inter bellantium turmas Diomedæ apparuisse, oculorumq; caliginem; ut bellantes Deos ab hominibus posset discernere, discussisse. Quod figmentū Plato in Alcibiade secundo, nihil aliud interpretatur, quam rationem ipsam, quæ discussa caligine qua quisq; tenetur, animū foecibus purgat, ut mala; bona ve possit propius contemplari. Quin & ipse Plato in Cratylo, quum Pallados etymon scrutatur, ἀπό τῶν πάλαι καὶ πάλαι εἶναι, idest ab agitatione, & saltatione, quod sese, vel aliud quippiam à terra in altum tollat, dictam existimavit. Idem eodem loco Atheneam, quam nos

A 5 Miner-

Mineruam dicimus, mentem agitationemq;
 esse declarat. Hæc tam præclara Mineruæ mu-
 nera, vt ad Homerum reuertamur, non cuiuis
 reuelantur, sed Diomediantū, qui *diōs mēdlos*,
 id est Iouis cura, siue consilium, aut deliberatio
 dici potest. Bonarum enim artium scientia hu-
 mani ingenij inuentum non est, sed ex Iouis
 cerebro, vnde nata Minerva dicitur, in huma-
 num vsum delapsa diuinitus. Itaque nisi te
 totum inquisitioni tradideris, nisi artis tuæ,
 quam tractas, causas rationesque probe fueris
 percuratus, crede te alienis oculis videre, alie-
 nisque auribus audire. At inuasit multos per-
 uersa quædam opinio, seu barbaries potius, in
 Grammatica & sermone Latino nullas esse
 causas, nullamque penitus inquirendam esse
 rationem. Quo figmento nihil quicquam vi-
 di ineptius, nihilque potest excogitari putidius.
 An homo rationis particeps quicquam aget,
 dicet, machinabitur sine consilio & ratione?
 Audi Philosophos, qui nihil fieri sine causa
 obnixè testantur; audi Platonem ipsum, qui
 nomina & verba natura constare affirmat:
 qui sermonem esse à natura, non ab arte con-
 tendit. Scio Aristoteles aliter sentire; sed ne-
 mo diffitebitur nomina esse velut instrumen-
 ta rerum & notam: instrumentum autem cui-
 uslibet artis ita illi arti accommodatur, vt ad

alia

alia omnia ineptum esse videatur. Sic terebro
 terebramus, & serra scindimus lignum: At la-
 pides cuneis discindimus, & cunei grauissimis
 malleis adiguntur. Qui igitur primi nomina re-
 bus imposuere credibile est, illos adhibito con-
 silio id fecisse, & id crediderim Aristotelem
 intellexisse, quum dixit, ad placitum nomina
 significare. Nā qui nomina casu facta contem-
 dunt, audacissimi sunt: nimirū illi, qui vniuersi
 mundi seriem, & fabricā fortuito, ac temere or-
 tam persuadere conabantur. Nomina certè &
 verba rerum naturam significare cum Plato-
 ne assererem libentissimè, si hoc ille tantum de
 primæua omnium linguarum asseuerasset. Vt
 in Genesi legimus: Formatis igitur Dominus
 Deus de humo cunctis animantibus terræ, &
 vniuersis volatilibus cæli, adduxit ea ad Adā,
 vt videret quid vocaret ea: Omne enim quod
 vocauit Adam animæ viuientis ipsam est no-
 men eius. Apellauitque Adā nominibus suis
 cuncta animantia, & vniuersa volatilia cæli, &
 omnes bestias terræ: Vides in illo primo ser-
 mone, quicumque ille fuit, nomina & etymo-
 logias rerum ab ipsa natura fuisse deprom-
 tas. Sed vt hoc in cæteris idiomatis asseue-
 rare non possum, ita mihi facile persuaserim
 in omni idiomate cuiuslibet nomenclaturæ
 reddi posse rationem. Quæ si in multis est
 obscura

Genes. 2.

obscura non tamen propterea non inuestiganda. Multa latuerunt Philosophos, quæ Plato eruit in lucem: multa post eum inuenit Aristoteles: multa ignorauit ille, quæ nunc sunt passim obuia. Latet enim veritas: sed nihil pretiosius veritate. Sed dices, qui potest fieri, vt vera sit nominis etymologia, si vna eademq; res varijs nominib; per orbem terrarum appellatur: dico eiusdem rei diuersas esse causas, quarum illi hanc, nos aliam contemplanur, Sic Græci, ἀνεμοί, Latini ventum appellauerunt: illi ab spirando, hi à veniendo. Fenestram ἀπνευσθαι deduxit Latinus, ventana à nostris dicitur: Lusitanis ianella, quasi parua ianua. Præterea multa traxit Latinus à Græcis, quorum Græci reddent rationem, ridendi enim sunt, qui in suo idiomate alieni nominis rationem scrutantur: vt qui petram, quod pedibus teratur, aut pedē terat: & lapidē à labando, siue à pede lædendo deducunt: quum vtrumq; sit à Græcis πέτρα και λάβω. Nō igitur dubium est, quin rerum omnium, etiam vocum, reddēda sit ratio, quam si ignorauerimus rogati, fateamur potius nos nescire, quam nullam esse constanter affirmare.

De causis Scio Cæsarem Scaligerum aliter sentire. Sed
linguæ Latine hæc vera ratio est. Hæc tam multa inuitus
etnar. c. 67. congesti contra morosos quosdam, qui quum
in

in grammatica rationem explodant, testimonia tantum doctorum efflagitant. An non legerunt Quintilianum, qui sermonem constare ratione, vetustate, auctoritate, consuetudine scripsit? Ille igitur non rationem excludit, sed in præcipuis enumerat. Quasi vero Laurentius, & alij Grammatici, suarum etiam ineptiarum non statim conentur adhibere rationes, quales quales ipsæ sint. Vfus porro sine ratione non mouetur, alioqui abusus, non vsus dicendus erit. Auctoritas vero ab vsu sumpsit incrementum: nam si ab vsu recedat, auctoritas nulla est. Vnde Cicero Coelium, & M. Antonium reprehendit, qui suo arbitratu, nō ex vsu loquerentur. Nihil autem potest esse diuturnum, vt inquit Curtius, cui non subest ratio. Reliquum est igitur vt omnium rerum ratio primum adhibeatur, tum deinde, si fieri poterit, accedant testimonia, vt res ex optima fiat illustrior. Quæ causa fuit, vt has nostras vigilias Mineruam, Seu de causis linguæ latinæ inscriberemus. Quia cuiuslibet quæstionis causas & vera principia eruere conamur: improbantur cum Cicerone Pythagoricum illud: Ipse dixit. At de linguæ Latinæ causis iam scripserat Cæsar Scaliger, quem quia in multis sequor, nonnunquam tamen ab eo differtens titulum non abiciendum putauit. Et

Ca. 6. lib. 1.

Lib. 4.

2. de Nat.
decorum.

Augu-

Augustinus Saturnius suas acutissimas dis-
tationes in grammatica Mercurium vocauit,
quem quia minus aliquando probamus, Mi-
neruam illi fidem monitorem adhibemus.

*Grammaticam non diuidi in historicen &
methodicen: nec in orthographiam profe-
diam, etymologiam, syntaxin. Enume-
rantur partes orationis. Pronomen, &
interiectio excluduntur. Cap. I I.*

Quoniam res de qua agimus, ratione
primū, deinde testimonijs & vfu est
comprobāda, nemo mirari debet,
si magnos interdum viros non sequamur. Nā
quantacunq; auctoritate mihi grammaticus
polleat, nisi ratione propositisque exemplis,
quod dixerit, confirmauerit, nullam in re præ-
fertim grammatica, fidem faciet. Grammatici
enim vt inquit Seneca, sermonis latini custo-
des sunt, non auctores. Neque sexcentorum
grammaticorum auctoritas mihi persuade-
bit, vt vapulo à præceptore, ex fūlo à Præ-
tore, Et ego amo Deum & alia huiusmodi latini
dicantur. Vnde illud verissimū est, quod Pau-
lus tradit. Regula est quæ rē, quæ est breuiter
enarrat, nō vt ex regula ius sumatur, sed ex iu-
re quod est regula fiat. Quare extirpanda est

con-

cōsuetudo, quæ legē habeat reclamantē, quæ
potius corruptela vocanda est, vt passim tra-
dūt Iuris Consulti. Neq; enim quæ barbaries
admisit fouēda sunt, sed quæ peruertit vindicā-
da. Quare iā nemo mihi turbā grammaticorū
aliter præcipientiū opponat: Nā tantū cuique
credendū est, quantū ratione comprobauerit.
Cicero enim aliquādo circa grammaticā ab
Attico reprehensus, primū ratione, deinde an-
tiquorū testimonijs se defendit. Nō igitur mi-
randum est si Quintiliano non assentiar, qui
grammaticam in historicen, & methodicen
diuisit, quam diuisionē deinceps grammatici
mordicus tenuerūt. Verū interest philosophi
placitis humanis anteponere rationē. Eā opi-
nor vocauit historicen, quæ omne scriptorum
genus excutit: quæ nec citra musicē potest ef-
se perfecta, nec si rationē syderū ignoret: quæ
neq; sit ignara philosophiæ, cui eloquētia quō-
q; nō desit. Omnes igitur disciplinas huic grā-
maticæ subijcit. Vbi nā gentiū ea gramma-
tica est? quis eā conscripsit? Vnde hanc reginam
artium petemus? Vulgi errorem sequutus est
Quintilianus. Dicebantur enim quondam
grammatici vulgo, qui primis rudimentis pue-
ros instituebant, & eis poetas enarrabant, quo
in munere subeundo adhibebant præter
grammaticam variarum artium cognitionē.

Neque

Ad Attic:
lib. 7. epif.
3.
Lib. 1. c. 4.
& 9.

Li. 15. epif.
96.

Lib. 1. de
reg. iur.

Neque tamen vulgus intelligebat doctorem illum Musicæ, Astrologiæ, Philosophiæ esse peritum. Mihi perfectus, absolutusque grammaticus est ille, qui in Ciceronis, vel Virgilij libris intelligit quæ dictio sit nomen, quæ verbum, & cætera quæ ad solam Grammaticam spectant, etiam si sensum verborum non intelligat. Est enim oratorum & poetarum lectio varijs artibus referta, quas si magister iste calleret, iam non grammaticus dicendus est. Sed, dum explanat Astrologiam, astrologus; dum historiam, historicus; dum præcepta eloquentiæ, rhetor. Verbi causa: Omnis triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis. Hic grammaticus explicabit grammaticam, docterinam vero non nisi mathematicus. Quem deinde grammaticum dabis, qui se expedit ab illo Davidico. Rex virtutum dilecti, dilecti, & speciei domus diuidere spolia. Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ de argentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri. Sed quid in refellendo Quintilianio frustra operam consumimus, quum ipse se suo gladio confodiat, Queritur enim in principio libri secundi grammaticos alienas sedes occupasse. Deinde subdit: Nos suum cuique professioni modum demus, Et grammaticæ (quam in Latinum transferentes literaturam

VOCÆ.

vocauerunt) fines suos norit: præsertim tantum ab hac appellationis suæ paupertate, intra quam primi illi constitere, prouecta. Hanc Quintilianii sententiam valde probo: & cum doctissimis viris hoc teneo: artium usum coniunctum esse oportere: artes vero ipsas separatim tradendas.

Alij vero diuidunt grammaticam in litteram, syllabam, dictionem, & orationem, siue quod idem est in orthographiam, profodiã, etymologiam, & syntaxim. Sed oratio siue syntaxis est finis grammaticæ, ergo igitur non pars illius, nam vt inquit Cicero: Aliud est

Libr. 5. de
Finib.

ars, aliud artis finis: quia nulla ars in se versatur. Sic enim aliud est grammatica, aliud grammaticæ finis, & scopus, seu quod Græcè dicitur *σκοπέμενον*. Tum deinde litera pars est syllabæ, syllaba dictionis, & dictiones ipsæ partes orationis, non igitur partes grammaticæ. Et cuiuscunque rei pars alius rei pars esse non potest. Nos autem omissa grammaticæ diuisione (quoniam nulla satis commoda occurreret) hic sumus exorsi. Grammatica est ars rectè loquendi. Cum artem dico, disciplinam intelligo: est enim disciplina scientiæ acquisita in discente. Addidi deinde: Cuius finis est congruens oratio. Hæc oratio constat ex vocabulis, vel dictionibus: voces rursus ex syllabis:

B
syllabæ

Psal. 67.

Cap. 1.

Ibidem.

7. de ling.
lat.

Syllabæ ex literis, & quia ultra non progredimur diuidendo, vocamus litteram indiuiduisoni comprehensioem. Diuidimus igitur orationem in voces, seu dictiones, & has vocamus partes orationis. In quibus tanta est in constantia grammaticorum, vt nihil certi nobis adhuc potuerint constituere. Varro duas ponit, deinde ex sententia Dionis tres, vnam quæ adsignificat casus; alteram, quæ tempora, tertiam quæ neutrum. Aristoteles duas partes orationis esse dicit; vocabula, & verba, vt homo, & equus, & legit, & currit. Et eodem libro: Quod ad partes singulas orationis, deinceps dicam: quarumvis, quoniam sunt diuisiones plures, nunc ponam potissimum in quæ diuiditur. Oratio secunda, vt natura, in quatuor partes: vnam, quæ habet casus; alteram, quæ habet tempora; tertiam quæ habet neutrum; & quartam, in qua est vtrumque. Sed is postea diuidit primam in prouocabula, vt quis: in vocabula, vt scutum: in nomina, vt Romulus: in pronomina, vt hic, & statim subdit. Duo media dicuntur nomina: prima & extrema, articuli: hætenus Varro. Quintilianus ostendit ab Aristarcho (quem frequenter sequitur Varro) octo partes esse factas. Sed idem Quintilianus ad vnde cum vsq; progressum fuisse ostendit. Et has

recen-

recenset: Nomen, Appellationem, Articulum, Pronomen, Verbum, Participium, Aduerbium, Coniunctionem, Præpositionem, Afferationem, Attractionem. Seruius item vndecim agnoscit. Nebrissenis cum octo primæ constituisset, addidit in constructione gerundia, vt ipse vocat, & supina, quod & ab alijs accepisse testatur. Hic ego vestram fidem compello defensores errorum, qui omnia conturbata me dicitis; quid sentitis? quid statuentum, inter tot veterum & recentiorum tenebras, iudicatis? audite igitur Mineruam. Creauit Deus hominem rationis participem, cui, quia sociabilem esse voluit, magno pro munere dedit sermonem. Sermoni autem perficiendo tres opifices adhibuit. Prima est Grammatica, quæ ab oratione Solæcismos & Barbarismos expellit. Secunda Dialectica, quæ in sermonis veritate versatur. Tertia Rhetorica, quæ ornatum sermonis tantum exquirat. Cum igitur oratio sit finis grammatici, excutiamus ex quibus hæc oratio possit constitui, ita vt nihil sit, quod per orationem non possumus enuntiare. Sunt autem hæc tria, nomen, verbum, & particula. Nam apud Hebræos tres sunt partes orationis, nomen, verbum, & dictio significans. Arabes quoque has tantum tres orationis partes habent.

B 2 Pheal,

Phœal, verbum: Iſmī, nomen, Herph, diſtione: quas tres partes orationis omnes linguæ Oratoriales habent. Rabbinitus, ille qui contra Coſum regem Perſarum diſputat, omnes linguas a Hebraica originem duxiſſe contendit, & Græcam & Latinam olim tantum tres orationis partes habuiſſe. Idem ſentit Plutarchus in quaſtione Platonis, & D. Auguſt. in Cathedra ex Ariſtotelis ſententia tres partes orationis conſtituit. Quorum ſententiam vt veriſſimā approbantes perſpicuitatis tamen gratia ex Platone ſic diſputamus. Inquit enim ille: Quidquid enuntiat, aut eſt permanens, vt arbor, durum; aut fluens, vt currit, dormit. Res permanentes, ſiue conſtantes, vocamus, quarum natura diu perſtat: harum notam Nomen dixere. Fluents dicimus quarum natura eſt eſſe tandiu, quandiu ſiunt. Harum nota Verbum eſt. Ruſus verbis & nominibus deſcribitur modus, per quem cauſarum ratio explicatur. Hic in nominibus dicitur Præpoſitio, vt verſatur in tenebris propter ignorantiam. In verbis eſt Aduerbium. Nam ſi qualitatem innuas, dices: bene currite ſi tempus, hodie legam. Poſtremo orationes ipſæ inter ſe indigent ligaturis, quare Coniunctio ſuit excogitata. Hæc Plato. Participium autem nomen eſt, ſed habet à verbo temporis ad ſignificationem

tionem & conſtructionem. Diogenes Lærtius in vita Zenonis has quinque enumerat partes: Nomen, Appellationem, Verbum, Coniunctionem, Articulum. Nomen, vt Socrates, Appellationem vt Conſul. Præterea quæ res omnes conſtēt ex materia & forma, oratio itidem conſtabit. Nam in verbis, vt inquit Fabius; vis eſt ſermonis, eſt in nominibus; materia, quia alterum eſt quod loquimur. Alterum de quo loquimur. Interiectionem non eſſe partem orationis ſic oſtendo. Quod naturale eſt, idem eſt apud omnes. Sed gemitus & ſigna lætitiæ id eſt apud omnes: ſunt igitur naturales. Si vero naturales: non ſunt partes orationis. Nam ea partes ſecundum Ariſtotelem, ex inſtituto non natura debent conſtare, Interiectionem Græci aduerbijs annumerant. Sed falſo: Nam neque voces Latinæ, aut Græcæ ſunt, etiam ſi Latinis, aut Græcis literis ſcribantur. Sed ſignatiſtitiæ, aut lætitiæ, qualia in auiſibus, aut quadrupedibus, in quibus tamen, nec vocem, nec orationem concedimus. Vide Adagium, Ne my quidem; & Ne gry quidem. Valla lib. 2. cap. 11. interiectionē à partibus orationis reiſcit. Itaque interiectionem à partibus orationis excludimus, tantum abeſt, vt eam primā & præcipuam cum Cæſare Scaligero conſtituamus.

Lib. 1.

Lib. 1.

Libro de
Ente.

Pronomina itidem non dubijs rationibus à partibus orationis rejiciemus. Primum omnium, si pronomen differret à nomine, eius natura per definitionem posset ostendi. At vero nulla est definitio pronominis; neque potest vera & propria inuestigari; nullum igitur pronomen est. Quid quod definitio nominis non excludit pronomina? Nā quum dicis. Nomen declinari per casus, nec significare cum tempore; cur non apponas pro exemplo. Vt Ego, Tu. Adde quod Aristoteles, acturus de oratione, nominis & verbi tantum meminit. Igitur ex illius sententia. Ego, disputo, non esset oratio. At (vt inquit D. August.) Nomen pro pronomine usurpare solemus. Et ita Aristotelei intelligunt, quum in voce nominis pronomina etiam includi fatentur? Sed & quum puero traduntur præcepta de concordia nominum inter se, non indigemus noua doctrina ad hanc concordiam explicandam. Nam quemadmodum dicimus. Liber bonus, & doctus: Sic liber meus, tuus, suus. Præterea. Quomodo possunt poni pro nomine, si illis significamus res non habentes nomina? aut ea quorum nomen ignoramus? Imo res omnes, antequam nomen haberent, vocabantur, hoc vel illud. Vnde & coelum ipsum

ipsum teste Platone, vocatum est ab antiquis. Hoc, quia esset ne Deus, an res creata illis in incerto erat. Itaque vetustiora sunt pronomina hæc, quam ipsa nomina, quomodo igitur Pronomina appellabuntur? Quid quod indiuidua substantia (vt physice dicamus) melius & peculiariter explicatur per tua hæc pronomina, quam per nomina propria. Cum enim dico. Ego, neminem alium poteris intelligere. At cum dico: Franciscus, etiam in alium potest transmitti intellectus. Vnde Franciscus potius pro ego, ponitur; quam contra. Multo plus errarunt, qui loco nominis proprii pronomen posse poni docuerunt. Nam hoc modo: Magister: Rex, Dux, Gubernator essent pronomina: quia pro Pompeio, aut Cicerone ponuntur. Sic poeta pro Virgilio, Orator pro Cicerone & huiusmodi sexcenta. Tum etiam adiectiua à proprio nomine ducta, vt Cæsariani, aut Pompeiani milites, essent pronomina, quia Cæsaris vel Pompeij milites intelliguntur. Vt (apud Virg.) Euandrius ensis, pro Euandri. Errarunt item & illi qui pronomen vocem esse nominis vicariam definiunt. Nam in ijs sermonibus Annibal peto pacem: hospita Phyllis queror, deest ego non vt vicarium, sed vt primarium. Item illo Liuij: Audi tu populus Albanus, tu, specialis

In Timeo.

Lib. de Magistro.

Æneid. 10.

Lib. 1.

cialius & prius est, quam populus Albanus, Alij vt eludant argumentum, dicunt: pronomina personam certam significare, quo apparet non esse nomina. Imo propterea magis essent nomina, quia melius & proprius res ipsas significarent. Sed quid sit persona illi omnino ignorarunt, nos inferius aperiemus. Nomen, ait Donatus, est pars orationis cum casu, corpus, aut rem proprie communiter, & significans. Hæc definitio comprehendit omnia pronomina. Rursus idem: Pronomen est pars orationis, quæ pro nomine posita tantum dempenè significat, personamque interdum recipit. Sed hæc definitio ridicula est, & in multis peccat. Probus grammaticus enumerat pronomina vnum & viginti. Priscianus & alij quindecim. Donatus quærit quid inter pronomina & articulos intersit. Varro de lingua Latina bis mentionem fecit de pronomine quum de nomine, hic, hæc, hoc loqueretur, quod & articulum vocat. Quintilianus pronomina vocat, quantus, qualis. Quare desinat isti mirari, cur huic doctrinæ nõ assentiamur, quum & ipsa secum non consentiat. Et vt semel quod sentio dicã, Ego, tu, sui, Protonomina vel prima nomina rectius vocarentur. Quum sint aliorum duces, & sui iuris, non enim aliorum norma declinantur, quod Re-

Cap 11 de verbo.

Lib. 1. c. 5

gum proprium est; nisi velis grammaticorũ commentis accedere, qui etiam, si Musis placeat, pronominum declinationes obtrudunt. Nam cætera omnia nomina ab his gubernantur, & eis sublati reliquã omnia muta & mancareperiuntur.

De Accentu, Figura, Specie. Caput III.

ANtequam ad singulas partes orationis explicandas accedamus, præmittenda sunt breuiter, quæ accidunt omni voci: Hæc sunt Accentus, Figura, & Specie.

Accentus, siue tenores, quos Græci *τόνους* *μαί προσηλλας* vocarunt, tres fuerunt apud antiquos, vt testatur his verbis Cicero: Mira est quædam natura vocis: cuius quidẽ è tribus omnino sonis, inflexo, acuto, graui tanta sit & tam suavis varietas perfecta in tantibus. Quin et illianus hanc obseruationem accètuum difficilem esse dicit. Et Sergius antiquus grammaticus in Donatum, Grauem accentum in vñ non esse contendit. Ego quoque credo circumflexum perijisse, & solum acutũ, vel quasi acutum remansisse. Quare vero magis acutus, quam cæteri, permanferit ex eodem Ciceronis libro causa poterit elici. Natura, inquit, quasi modularetur hominũ orationem, in

De Oratore.

omni verbo posuit acutam vocem, neque vna plus, neque à postrema syllaba citra tertiam: quo magis naturam ducem ad aurium voluntatem sequatur industria. Vide Quintilian. libro. 1. cap. 5. & Erastnum in lib. de pronuntiatione: qui tamen mihi in omnibus placere non possunt.

Figura dicta est à fingendo, & fingere est, exprimere imitatione rem veram. Ita vocamus figuras in tabulis & signis. Hinc ducta est similitudo in re literaria, quando ex duabus, vel pluribus vocibus effingimus vnam. Ego figuram in voce simplici propriè non inuenio. Propterea in hac parte hoc mihi nomen non satis arridet. Nam antequam compositio inuenta esset, simplicia nullius fuisse figuræ certum est: sed fortasse per relationem, vt vocant Dialectici, rectè dicemus, quicquid non sit compositæ figuræ simplicis deberi appellari. Simples voces, inquit Fabius, prima positione, id est natura sua, constant; compositæ aut præpositionibus, vt innocens; interdum repugnantibus inter se duabus, quale est, imperterritus: alio qui possunt aliquando continuari duæ, vt incompositus, reconditus, & quo Cicero vtitur, subabsurdum: Aut è duobus quasi corporibus coalescunt, vt maleficus: Nam ex tribus nostræ vtique lingua

non

non concesserim: Quamuis Capis, Cicero dicit compositum esse ex cape finis: & inueniantur qui Luperæalia æquè tres partes orationis esse contendant, quasi iurare per caprû. Nam solitaurilia, iam persuasum est esse, ex sue, oue, & tauro: & sanè ita se habet, sacrum quale apud Homerum quoque est: sed hæc non tam ex tribus, quam ex particulis trium coeunt. Cæterum etiam ex præpositione & duobus vocabulis durè videtur struxisse Paucius. Nerei repandirostrum, incuruicercum pecus. Iunguntur autem ex duobus Latinis integris, vt superfui: subterfugi (quam ex integris an composita sint quaritur.) Aut ex integro & corrupto, vt maleuolus, aut ex corrupto & integro vt noctiuagus: Aut ex duobus corruptis, vt pedisequus, aut ex nostro & peregrino vt biclinium: aut contra vt epithogium, & Anticato: aut ex duobus peregrinis, vt epirhedium. Nam cum sit præpositio: et Græca, Ræda Gallicum: neque Græcus tamen, neque Gallus vtitur composito. Romani suum ex alieno vtroque fecerunt. Frequenter autem præpositiones quoque copulatio ista corrumpit: Inde, abstulit, aufugit, amisit: cum præpositio sit ab sola, &, coit, cum sit præpositio con. Sic, ignaui, & erecti. Hactenus Fabius.

Illud

Illud addendum fuit. Vbi cunq; rectus sit, flectetur, oblique non flectentur, vt omnipotēs, Neque excipies cum Prisciano hoc nomen alteruter. Nam alter factum est ex alterus, & altervtrius; ex alteri vtrius, more antiquo.

Species dicitur ab specio antiquo, dicitur & forma; atque etiam figura. Vnde hęc nomina confusē aliquando à grammaticis sunt imposita. Sed dicamus speciem more Logico dici: illi enim vocant species partes generi subiectas. Sic in re literaria flexiones illę quę ducuntur ab vno capite, dicuntur species vt à lego; legens, lectio, lector. Hanc flexionem seu derivationem Varro non vno in loco declinationem vocat. Sed latius extendit nomenclaturam, quam ceteri grammatici opinantur. Varronis verba sunt. Declinantium genera sunt quatuor, vnum nominandi, vt ab equo, equile: alterum casuale; vt ab equo equum: tertium augendi; vt ab albo albius; quartum minuendi, vt à cista cistula. Hęc illę. Possemus hic verborum species numerare, vt cursito, sorbillo, caleSCO, quas ego ad Grammaticam nihil pertinere arbitror. Cum illorum discrimen à sola significatione pendeat.

Lib. 4. In-
guę Lat.

De Numero. Cap. IIII.

Postquam ea quę dictioni accidunt enumerauimus, quomodo ipsę voces inter se diuidantur, explicemus. Omnes ferē grammatici hanc diuisionem per declinationes distinxere, vt partim dicerent declinari, partim non item. Sed declinatio posterius quid est, & ex numero, casu, tempore, & genere constat. Nam de quolibet nomine prius rogamus speciem, figuram, numerum, & genus, quām declinationem. Quid quod in rectis, si proprio loqui velis, nulla est declinatio, sed in obliquis. Adde quod etiam aduerbia flecti, seu declinari possunt, teste Varrone. Vt cras, crastinus. Contrā verō numerus prior est omnibus ijs, quia ceteras partes per numeros explicamus. Vt prima persona, primus casus, prima declinatio, prima coniugatio, &c. Itaque numerus accedit tribus partibus, nomini, verbo, & participio.

Numerus alius singularis, alius pluralis, neque plures numeri fuerunt necessarij: nihil enim tertium est inter vnum & plura: quoniam vnum & plura ex vno frequentato facta sunt. Neque rationi consonum est, aliquos Gręcorum (vt Iones) recepisse numerum dualem, quem Aioles non receperunt, quos Latini in multis

Lib. 1. c. 5.

multis fuere imitati, & Latinos qui contendebant esse numerū dualem satis exagitat Quintilianus. Non tamen ibo inficiās, duo nomina esse apud Latinos in duali numero ambo, & duo. Sed à Græcis hæc acceperunt, & tamen cum verbo plurali coniungunt, vt ambo currunt. Sed iam ad singulas vocis partes accedamus.

De Nomine. Caput. V.

Nomen dicitur à Græco *ὄνομα* omnes sentire videntur, mihi autem à nosco, noui, notum, nouimen, nomen: vt à moueo, moui, motū, mouimen, momen. Est enim imago quædam Nomen, qua quid noscitur. Hæc Scaliger. Porro nominis finitio est per vocem numeri casualis cum genere, quæ definitio propria est & perfecta: vox enim seu dictio, seu pars orationis genus proximum est, & casus est specialis differentia.

Author ille perihermēnias qui circumferatur indignus profecto Aristotelis nomine; nomen definit: vocem significantem ad placitum sine tempore, cuius nulla pars significet separata; An nomina significant natura; an fortuito, magna quæstio est; & tota physica; nihil ad grammaticos: aliqua tamē attigimus

cap. 1.

cap. 1. Cæterum hæc pseudoaristotelea definitio, aut potius descriptio etiam coniunctiones & aduerbia comprehendit. Vt mittam interim pessimam esse definitionem, vbi negatio reperitur. Neq; necesse fuit addere, sine tempore, vt differat à participio. Participiū enim omnino nomen est. Sed habet præterea aliquid à verbo, vt Rex Philippus est etiā dux & comes. Sed hæc latius, quum de participijs agemus. Alij dixerunt: Nomen est quod corpus aut rem proprie, communiterve significat. Quasi corpus non esset res, aut quali hæc definitio ipsorum pronomibus non conueniret. Sed de ijs nugis hæcenus. Nunquā enim finis esset si singula vellemus persæqui.

De Casibus, Græci sexto non carent.

Caput. VI.

Prima & specialis nominis differentia, teste Scaligero, casus est. De cuius natura, ordi- Cap. 30:
ne, atq; nomine deinceps est dicendum.

Ac primum solet quæri, cur rectus dicatur casus, si casus dicuntur à cadendo, quia cadant à recto? Hoc latè disputat Scaliger, tandemque huc tendit, obliquos dici casus, quia cadant à recto. Rectum autem ipsum, voce largius communicata eadem etiam appellari. Disputat insuper Scaliger, non rectè casibus

casibus

casibus nomina indita ab officio, vt nominatiuus, genitiuus, &c. Sed hæc nomina probat, primus, secundus, tertius, vsq; ad sextum. Ego vt Scaligero non possum non assentiri, ita etiã antiquissimorum vocabula non audeo conuellere. Video M. Varronem (qui ad Ciceronem scripsit) ijs vt nominibus, quibus nunc vtimur. Quin etiam lib. 1. de Analogia rationem casuum ijs verbis conatur ostendere. Sũt declinati casus, vt is qui de altero diceret distinguere posset, quum vocaret, quum daret, cum accusaret. Sic alia quædam discrimina, quæ nos & Græcos ad declinandum duxerunt. Idem Varro eodem lib. & secundo, vocatiuum non esse rectum, quanuis recto similis sit. Donatus nominatiuum & vocatiuum rectos appellat: non rectè. Priscianus latè ordinem casuum ostendit, & singulorum reddit rationem, quare ita vocentur: simulque confutat eos, qui septimum casum sunt commenti, in quibus est Quintilianus. In omni porò nomine natura sex partes constituit. Primum ipsam nomenclaturam, cui merito: datus est rectus, qui verè nomen est: reliqui, vt censet Aristoteles, non sunt nomina, sed casus nominis. Deinde quid generet aut possideat. Tertio cui finis vel operi destinetur. Quarto in quem finem tendat actio. Quinto vocandi officium

officium. Postremo modum, in quo causas & instrumentum collocamus. Hic est sextus casus, qui pessimè vocatur ablatiuus. Quum sit in illo cõparatio vt doctior Cicerone: & modus, vt lento gradu, & causa efficiens, vt amore patris: & materia, vt lapide quadrato: & instrumentum, vt lapide iectus. Et vero si Quintilianus aduerteretur sextum casum omnino à præpositione pendere (quod in constructione ostendemus) & pro natura præpositionis significationem mutare; nunquam in dubiũ vereretur, an septimi casus vis apud Latinos ita periretur. Sed quoniam hæc casuum partitio naturalis est; in omni item idiomate tot casus reperiri fuerit necesse, quate contra vultusum grammaticorum coetum Græcos sexto casu non carere, contendo. Primo enim in omni idiomate datiuus acquisitioni tantum deseruit. Per illum igitur pretium, materiam locum, & multa alia non significamus. Deinde si Græcis non esset sextus casus, vnde Latini, Penelope, Parascœue, Grammatice, in sextu casu dicerent? vt Iuuenalis: Penelope melius, melius toquetis Arachne. An quicquam ineptius excogitatum fuit, quam præpositiones Græcas inuenire, quæ datiuo iungerentur? Sed quod maxime fidem potèst facere, Ciceronis multa sunt, in quibus, Græcis

Lib. 1.

nominibus adiectiua Latina in sexto casu, vel etiam latinae praepositiones, quae sextum casum regant, reperiuntur. Ad Atticum: quae τοπαίεια quasque historias de Αμαλθεία, habes. Ibidem lib. 4. in πολιτεία, lib. 10. ἀφελος τυπεία mea: libro. 16. Nunquam in maiore Απογοεία fui. Ibidem, prudētia cum εὐμενεία. Ibidem ἐν πολιτικῷ genere lib. 3. ad Q. Fratrem ἀποδουκνῆρια, nihil aliud, lib. 16. Famil. Non enim seiunctus locus est à philologia, & quotidiana συλήσει. Itaque ἐν χειρῶν, in manibus: σύν θεῷ cum Deo credas esse septimum casum.

De Genere nominum, Nullaque communia duobus, Propria genus non habent.

Cap. VII.

Nihil esse in re grammatica incertius genere rectè asseruit Vergara in sua graeca grammatica. Vnde non est mirandum, si genus masculinum esse diximus, cuius nota est hic: Foemininū, hæc: Neutrum hoc: In quo M. Varronem sumus sequuti, qui secundo de Analogia sic ait: Sic itaq; ea virilia dicimus, non quæ virum significant, sed quibus præponimus hic, & hi: & sic muliebria, in quibus dicere possumus, hæc, & hæ. Eadē est etiam

etiam Diomedis doctrina. Et vero ex sententia Varronis, qui dicunt nomina virorum esse masculina, ad significationem confugiūt: sed significatio ex illius sententia non pertinet ad grammaticū, quoniam, inquit, Grammaticæ propositum non est singularū vocum: significationes explicare, sed vltim. Alij dicunt Masculinū nomen esse, cui addi potest adiectiuum masculinū. Rectè quidem. Sed ego quaero quæ sint hæc nomina. Nā prius me cogis scrutari omnia nomina, eorūmq; significationes, quā quæ sint nomina masculina, quæ foemina perdiscere. Deinde circa graeca nomina in, os, quibus passim vtūtur latini, tanta est apud Graecos confusio, vt nescias masculina, an foeminina, an potius ambigua omnia sint dicēda. Sed quis Graecos ad normam rediget, cum Aristoteles dicat de leæna ὀλέων, & δὲ ὄρνιθες πικρῶσι, id est, hi aues pariunt? quod aptius verteretur Hispanè, los leones parē. Homerus dixit τὸν ἀίγυα, id est hūc caprā, & τῆς θίας, id est hos ouēs. Iā ὄνος, Afinus, ἀρνυθ, vltus, ἐλαφθ, ceruus, tū masculina, tum foeminina reperiūtur. Apud Graecos multa etiā nomina arborū reperies masculina, quos imitatus Enni⁹ dixit. Rectosq; cupressos. Et Martialis: Paladius lotus. Plin. li. 16. Arbores, quos Tubulos vocāt. Idē cū de Platanis loquit, folia

C 2 eorum

Lib. 8.
Cap. 10.
Lib. 24.
cap. 8.

eorum tenerrima. Hinc in sacris Biblijs legimus. Præpara tibi Buxos multos. Item: Quasi Libanus non incisus vaporavi habitationem meam. Itaque Pinaster, Oleaster, Pyrafter, masculina sunt iuxta terminationem. Sed si dicas magna Oleaster, deest arbor, ut in ellipsi dicitur. ¶ Ut tandem aliquid certum de genere statuamus. Genera duo esse dicimus, quæ solâ nouit ratio natura. Nam quia per mares & foeminas propagarētur genera, genus dictum fuit, & lingua Chaldaea, Hebraea, Syra, Punica, Hispana, Gallica, Italica, & aliæ plures, duo tantum agnoscunt genera. Neutrum uero genus, genus uerè non est, sed per utriusq; negationē, ut Græci expressius declarāt, & *ἀέρεγον*. Nec enim ex duobus compositum est, ut dicebant imperiti. Sed utrumque excludit. Hoc genus Græci acceperunt, unde Latini sunt mutuati.

Commune genus vocabant grammatici, quòd ita ex æquo conueniret mari & foeminae, ut si solum poneretur, de utro fiat sermo, non possis distinguere, qualia sunt, homo, sacerdos, agricola, uates, sus, bos. Quæ ratio inutilis est, & manca. Sic enim necesse semper foret, ut adiectiua illis nominibus copularentur, ut distinctio fieret. Deinde etiam contra Philosophicâ rationem aliqua nomina ex æquo
duo

duo, vel plura significarent, quòd est contra Platonem in Cratyllo, & contra Aristotelem qui Homonyma, quæ imperiti uocant æquiuoca, duo quidem significare contendit, sed unum propriè cætera per similitudinem quãdam, quam malè autem hoc intellexerint, quise Aristoteles profitentur, alibi docuimus. Afferimus igitur nulla esse nomina communia duobus, nullaque esse ambigua, ex his quibus aliqua animalia significamus. Error enim fuit Grammaticorum inter ambigua genera Talpa, dama, Panthera, bubo inferere. Fate-mur quidē multa esse nomina Epicæna, quæ mares & foeminas simul significant: sed non ex æquo. Nam homo, latro, miles, comes, sacerdos, uates, miluus, coruus, elephanta Mascula prius intelligimus, deinde si de foeminis uelis facere sermonem, sacerdotem foeminam, uel elephantum foeminam dices. Rursus. Ballæna, Dama, Aquila, foeminino genere intelliguntur, significabis tamē mares, si Aquilam marem, uel Ballenam mare dices, ut in Ellipsi latius, in Foemina. Mitto hîc ridiculos illos, qui Epicæna ad aues tantum & quadrupedēs retulere. Satis enim constat illos non intellexisse, quid uox Epicænum apud Græcos significaret. Unde pessimè, promiscuè Latine vertunt. Verbū hoc Græcum uñico Latino uerti

In paradoxo
xō uñico
uocis.

non potest. Significat enim sexum communem, in quo alterum excellat, quasi dicas, supercommune. Hoc Cas. Scaliger minimè intellexit. Vnde ut Græcos fugillet, melius Latinos dixisse de hac re contendit. Sed eius verba subscribam, ut totum negotium melius intelligatur: At illud, inquit, ferendum non fuit, quum animalia quædam suis generibus non notarent. Hanc negligentiam Græci vocarunt genus *ἐπινοῶν* pessime: Nam *νοῶν* id quod duo comprehenderet genera nominabant: hoc autem alterutrum quin recipiat, non potuit habere præpositionem *ἐπι*: addit enim quantitatem Mathematicis, ut *ἐπιτριῶν* nostri melius promiscuum. Hæc ille. Rectius aliquanto Quintilianus lib. 1. Epicœna, inquit, esse, in quibus sexus uterque per alterum apparet. Aduertendū tamen, genus Epicœnum ad grammaticum nihil spectare, sed ad Rhetorem, siue linguæ peritū. Nam rogatus puer cuius generis sit Aquila, si dicat esse Epicœnum, nihil certi attulit, nisi dicat esse Epicœnū femininum.

Communia igitur nomina, quæ intelliguntur à grammaticis nulla sunt. Nā, ut diximus, ineptus esset sermo: vidi vatem, vidi sacerdotem sine adiectiuis, si nomina ex æquo significarent utrumque sexum. Si igitur animal nul-

lum

est in rerum natura, quod sexus ambos æquè potentes habeat, frustra erit nomen, quod nominet rē, quæ non sit. Nec mihi quifquam obijciat Hermaphroditos, seu Androgynos: Nam in ijs Hermaphroditis, alter femper sexus excellit. Imo ratio est à me, qui Epicœna nomina constituo. In quibus, ut dixit rectè Quintilianus, sexus uterque per alterum apparet. Sed in Epicœnis distinguendis antiqui solebant addere pro rei natura, mas, aut foemina. Ut Aquilæ mares, piscis foemina. Aliquando tamē hoc signo super se debant, ita ut nomē masculinū videretur efferre foemininē, aut cōtra. Ut si dicas, vidi murē foetā, cū mures perspicuè sit masculinum. Quod ut facilius & explicatius probemus, Quintilianū ipsū audi-

Libr. 9. de Fig. verb.

Ecolg. 8. Georg. 1.

diamus. Fiunt, inquit, & circa genus figuræ in nominibus nā & oculis capti Talpæ, & timidi Damæ dicuntur à Virgilio, sed subest ratio, quia sexus uterque; altero significatur. Tā enim mares esse Talpas, Damasque quam foeminas certum est. Hæc Fabius. Virgilius in illo loco figura ellipsi vsus est, quum dixit: Cum canibus timidi venient ad pocula Damæ, Et: Atque oculis capti fodere cubilia talpæ. Respexit enim non ad vocē, sed ad significationē maris, quia Talpa & Dama Epicœna sunt: & quoties à terminationis genere deflectim⁹, figura est,

C 4 vel

De causis, cap. 79.

Libr. 1. de Gram.

vel syllepsis, si aliud concipimus, quam profere-
rimus, vel ellipsis, si deest aliquod nomen ge-
nerale, cum quo adiectiuum debeat concor-
dare Syllepsios exempla aliqua, subijciam re-
liqua require in syllepsi: Terentius: Mea Gly-
cerium quid agis? Glycerium iuxta termina-
tionem neutrum est, vt sunt omnia nomina
diminute in On, apud Græcos, vt τὸ γλυκέ-
ριον, suauium; τὸ ἀνθρώπιον, homunculus:
τὸ ἀνθρώπιον, homuncio: τὸ γαυδίον, ve-
tula. Id quod etiam Quintilianus significauit,
quū inquit lib. 1. c. 4. Aut quæ foemina posi-
tione mares; aut neutrali, foeminas significāt,
qualia sunt Muræna, & Glycerium. Idē pau-
lo post, quasi se exponens inquit: In eadem
specie sunt nomina foemina, quibus mares
vtūtur: Et neutralia, quibus foemine. Sed hoc
antea Varro docuerat lib. 2. Analog. Vt cal-
cei, inquit, muliebres sint, an viriles, dicimus
ad similitudinem figuræ, quum tamen scia-
mus, nonnunquam & mulierem habere cal-
ceos viriles, & virum muliebres; sic dici virum
Perpennam, & Marcū Leccam muliebri for-
ma. Quasi dicat: Perpenna, Lecca, Antonius
Musa, & Ioannes Maria Cognomina sunt foe-
minina, tamen ideo habētur masculina, quia
maribus adhærent, & de maribus dicuntur.
Prisciani etiam hæc sunt verba. In E, quoque

Lib. 5. c. de
genere.

pro-

productū inueniūtur foemina. Sed Græca
duntaxat, vt Taygete, Euterpe, & in um, figu-
rate, vt Glycerium mea, Dorcyon, & Philo-
tium, Figurate, inquit Priscianus, quod & sen-
tit Linacer. Itaque Latine dicitur: Hæc mu-
lier est nouus miles, bonus comes, ignauus
agricola, vt d' cimus; hic homo est fera bellua,
& taurus maxima victima, & aurum est dux
bonus; & vinum optimus index, & hoc ani-
mal est testis bonus, Sed quum dixit Cicero:
naturam bonam ducem, & Valer. Maxi. An-
tiquorum simplicitas certissima index, Et de
Malsilia loquens: Seueritatis custos acerrima,
figura est syllepsis; quemadmodum & in illo
Plauti, quum de foemina dicitur: Qui hic com-
mercis ciues homines liberos, & Terentius
de Ancilla; Quum eius tam negliguntur in-
ternuntij, Et in sacris in historia Abrahæ sæpè
iteratur: Mortuum meum, quum de Sara fiat
sermo. De ellipsi quære exempla in voce Fæ-
mina, Fabula, vrbs, nauis, herba. Desināt igitur
iā obstrepere Grāmatisæ cū nomine homo
(quos vel Calepinus inscitæ arguit) ex illo Ci-
ceronis: Quoniā homo nata erat. Nā homo
ibi nullū habet adiectiuū, vt tua filia nata erat
homo potuisset dicere: nata erat animal, vt Te-
rentius in Phormione dixit: Virū me natam
vellem.

Lib. 2. c. 1.

C 5 Adie-

Adiectiua nomina non habent genus, sed terminationes, & (vt Grammaticè dicam) perfonas ad genus. Ita vt terminatio in vs adaptetur masculinis: in a, foemininis, in um, neutris. Itaque genus est in substantiuis tantum, & inuento genere, quærimus terminationem in adiectiuis. Et ita, si non essent nomina adiectiua, nemo quæreret genus grammaticum. Neque si nomina adiectiua vnam tantum haberent terminationem. Vt parens, coniux, infans, adolescens, iuuenis, senex, pauper, diues, & huiusmodi alia. Sed mirandum non est adiectiua nomina in singulari, aut plurali propter rariorem vsus aliquam terminationem deficere, præcipuè neutrali, vt in nomine Alma, quod quum sit adiectiuum, tamen raro in masculino, nunquam in neutro reperitur. Sic noua nupta; quum nuptus sit participium. Vnde Plautus Casina: Nouū nuptum, quum nouo marito. Sic apud Græcos *πότνια*, idest, veneranda. Sic victrix, & vltrix, quæ merito vocantur ab Scaligero adiectiua etiam in singulari, nam in plurali dubium non est, vt arma victricia, vltricia tela. Et apud Lucanum victrici dextra. Priscianus ideo dixit: hæc nomina facere ablatiuum in e, vel i, quia sint adiectiua. Denique nominum vis & natura est intuenda, etiam si vsus non totam nominis

minis

minis naturam assumat. Nec enim quia sola foemina possit esse prægnans, dicendum est cum imperitis prægnans esse generis foemini tantum: Nam prægnans Iouis cerberum legimus; & foetum eiusdem foemur dicimus, Et: scandit fatalis machina muros foeta armis: & grauidum equum Troianum.

Sed iam, vt sentio, expectas à me, vt hæc nomina, quæ exempli causa adduxi, probe esse adiectiua. Primum omnium adiectiuum necesse est sit quædam notio, vnde duci potest comparatio, vt senior, iunior, adolescentior. Quia qualitas nominibus significatur adiectiuis, non substantiuis. Parens a patre fit, inquit Festus, & verum participium est. Nam, parere, apud antiquos de homine etiam dicebatur sicut *πατρων* apud Græcos. Hómærus *ὁρ' ἀθάνατον ἄνδρα θεῶν*, idest: quem immortalis peperit Iupiter. In pandectis parere de hominibus etiam dicitur quomodo Nonius Marcellus citat Cæcilium poetam. Coniux est quicquid est sub eodem iugo. Reliqua ad humile cum pete ab ellipsi in voce. Vir, vel Foemina, & Puer, & Homo. Restat illud, quod à nemine animaduersum esse video, Nomina propria hominū, vrbium, fluiuiorū, montiū, cetera huiusmodi, gen^o Grammaticū habere nō posse.

Nam,

Nam, vt sæpe monuimus, si non essent adiectiua nomina, genus apud Grammaticos locum non haberet. Si enim dicas: Reueror patrem: Ne lædas hominem: Exclude canem, non refert, cuius generis sit interrogare, nisi addendum sit adiectiuum. Hinc iam patebit, genus in illis nominibus non esse quærendū, quæ adiectiuis coniungi non possunt. Qualia sunt Ego, Tu, Sui, & hominum & deorum nomina propria, vt, Ego sum Hispanus, scilicet, homo, vide in Ellipti Homo. Magna Tarentum, scilicet, vrbs: vide Elliptin, vrbs, arbor, fluius, mensis, &c.

Causa nunc est aperienda, quare nomina propria nolint adiectiuis coniungi. Quod proprium & singulare est, sic à rebus cæteris separatur, vt nulli alij videatur posse conferri & comparari. Porro si comparari non potest, non admittit qualitatem, aut quantitatem. Non enim dicitur, vrbs parua, nisi comparatione alius vrbis. Si igitur velis coniungere cū Roma hoc nomen Magna, significas esse aliam Romam parua, quod intelligi non potest. Dices igitur, Roma est magna, scilicet, vrbs. Sic Petrus est albus, scilicet, homo nam albus est, non quatenus Petrus, sed quatenus homo est. Scio Pseudosophistas nostri temporis aliter hæc disputare: sed ex ipso Aristotele discat se deli-

se delirare, nos recte sentire. Nā in prima Philo sophia lib. 5. cap. 9. Singularia, inquit, non suscipiunt determinationem, quia de pluribus non affirmantur. & lib. 7. cap. 4. & ibidem capit. 15. sic ait. Singularium non est demonstratio, neque definitio, ac proinde neque scientia. *ἢ ἐστὶν ἡ ἀπὸ τῆς ὀνόματι καθόλου*, id est, est omnis definitio vniuersalis. Hebræi præterea notant, nomina propria ideo non recipere articulos, quia satis perfecte nota sunt. Nec te moueat quod Athenas doctas dicimus; vestros Metellos: nostros Cicerones: Nam nulla pluralia verè dici possunt propria. Nam Athenæ olim fuere multæ athenaides, hoc est oliuæ, vel oliueta, quæ postea in vnâ urbem coaluerunt. Sic Parisij, multi pæsi. Sic Burgi, multi Pyrgi, id est, turres. Sic patria mea Brocæ, quo nomine antiquitus dicebantur mapalia. Nec nomina Deorum propria dici debent, quum pro re cui præsumt inueniuntur: vt dubio Martes; dura Tellus: ardens Vesta.

De declinatione. Cap. V I I I.

Quid sit declinatio apud Grammaticos, melius iam vsu intelligitur, quàm definitione explicatur. Declinatio, inquit, est casuum variatio. Nos nullam posuimus

fuius definitionem contenti dixisse: ex differentijs nominis oriri declinationem. Varro innumeras formas declinandi proponit, vt à Terentius Terentij; ab equo, equito; ab homine, homunculus; à capite, capitulum; ab homine, homines; à prudentia, prudens; ab ingenio, ingeniosus; à pugnando & currendo, pugiles & cursores. Hæc carptim ex Varrone, sed rursus Varro: Vocabulorum, inquit, vt homo & equus, declinationū genera sunt quatuor: vnum nominandi, vt ab equo, equile; alterum casuale, vt ab equo, equum; tertium augendi, vt ab albo, albius; quartum minuendi vt à cista, cistula. Et declinationum ordinem alium ponit Varro; alium alij, & fortasè commodiorem, quam quo vtimur. Sed in re leui nolimus esse morosi. Prisciani rationem omnes ferè sequimur, qui à vocali genitiui ordinem declinationum exequitur. Pronominum vero declinationes constituere ineptum Grammaticorū est commentum. Sunt enim nomina irregularia, quæ isti vocant Pro nomina, i. neque ad declinationum regulas

fuerunt reuocanda, neque quicquam ad analogiam faciunt, quemadmodum reliqua paradigmata.

*

Nulla

Nulla esse nomina Heterochyta, aut Heterogenia. Cap. I. X.

IN anomalis reliquis ridiculi sunt Grammatici, qui Centauros, & Hermaphroditos effingunt. Nullum enim nomen est, quod in plurali degeneret à singulari, aut in genere; aut in declinatione. Cœlū plurali caret apud Latine loquentes; qui vnicum cœlum stabant. Planetarum circulos aut orbis vocat Cicero. Sed si necesse sit cœlos in plurali dicere, non propterea genus mutatur, quia hic cœlus dicebant antiqui. Cœlum hoc, inquit Charisius, quum sit neutrum etiam masculinè veteres dixerunt, vt Ennius: Quem cœlus genuit. Item quoque cœlos profundos. Cicero lib. 9. familia. quæ siturum putabat, an esset vnum cœlum, an innumerabilia. Idem sentiendum de, locus, &; iocus. Nam quo alio argumento credam aliquando fuisse in Vm, nisi quod in plurali etiam desinant in A. Iam quis est tam hebes, qui non intelligat aliud esse epulum in singulari, aliud epulæ in plurali? Nos non diffitemur esse nomina, quæ altero numero, aut certis casibus careant, sed permissionem, aut generum, aut numerorū non cōcedimus. Præclare mihi videtur sentire Ioannes Pastrana, quum præcipit omnia nomina in vs, non signi-

significãtia vere Marcem, aut Foeminam posse etiam terminari in um. Vt baculus, baculũ puteus, puteũ. Ego animi gratia aliqua collegi ex Varrone, Carisio, Felto, Nonio, quæ in vtraque terminatione inueniantur. Tu si erit otium, alia diligentius exquires. Absinthius, acinus, angiportus, anfractus, Auernus, Baculus, bacillus, baltheus, buxus. Callus, calcaeus, candelabrus, capillus, carbasus, carrus, cafeus, cibus, chrytallus, cliuus, coelus, collus, corius, clypeus, crocus, cubitus, culeus, Dorfus, euentus, us. Fascinus, fenus, fimus, forus, fretus, Gelus. l. gelu, genus. l. genu. Intubus, iocus, Locus, lectus, luerus, lupinus, lutus, Mēdimnus, modius, Nasus, palatus, us, &, i, patibulus, hoc pelagus, peccatus, us, peditus, pileus, pileolus, porrus, punctus, puteus, prætextus, us. Rastrus, reticulus, rictus, us. Sagus, sensus, us, sexus, us, scutus, sparus, stylus, stimulus supparus, sybilus. Tartarus, tergus, tignus. Vultus, vterus, hoc vulgus, & plurima Græca, quæ in Os, simul & On desinunt, vt Crystallus, Gargaros, Dyndimos, Tympanos, Barbitos, Tartaros, Pergamos.

Sunt & aliter redundantia, vt hic, vel hæc penus, i, & penus, us, hoc penum, i, penus, oris, penu, u, Iugerum iugeri. Luger, is, Plebs, is, plebes, ei, adipes, adeps, sepes, seps, trabes, trabs.

Deli-

Delicium, ij, delicia, æ. Margaritum, hæc margarita. Cauillum, hæc caulla. Mendum, hæc menda. Balneum, balineum; hæc balnea. Labruscum, hæc labrusca. Tapetum, tapetes, etis: tapete, etis. Gausapum, hoc gausape indecl. Prænestis, hoc præneste indecl. Soractes, hoc Soracte indecl. Tonitrus, tonitruum, hoc tonitru. Gelus, hoc gelu. Genus, hoc genu, hoc rete, hic retis, Emblemata, emblematum. Sic toruma & similia. Quies, etis, quies, ei, sic requies. Alia sub vno sine secundæ vel quartæ. Acus, Arcus, Cornus, Laurus. Pinus, Specus, Quercus, Ficus, Lacus, Colus, Domus, Passus, iustus, Prætextus, euentus. Alia sunt primæ vel quintæ, vt Auaritia, Auarities, sic barbaries, blandities, durities, materies, maceries, malities, mundities, nigrities, notities, nequities, pigrities, segnities. Scabrities, spurcities. Sunt & adiectiua redundantia, vt Inertnis, inermus. Sic eneruus, hilarus, imbecillus, effrenis, exanimis, acclius, insomnis, gracilis, djugus, quadrijugus: violens, violentus: opulens, opulentus, & multa in er, vt hic October, hic & hæc Octobris, & hoc Octobre. Sic acer, alacer, celer, ceheber, campester, equester, pedester, paluster, saluber, siluester, volucer, Septem-ber, &c.

D

De

OMnia nominis accidentia erant iam explicata, nisi alia declinationum genera restarent, quæ alio nomine, derivata vocantur. Quarum plura sunt genera: sed nos ea tantum persequimur quæ à grammaticis ignorantur, ea sunt diminuta, possessiva, comparata, superlata. Nunc de diminutis & comparatorum derivatione reliqua in constructione prosequemur. Diminutio, inquit.

Lib. 1. c. 6. Fabius, genus tatum detegit quasi dicat: Quoties dubitaueris de genere (nam declinatione non ostendunt diminuta) recurras licet ad diminuta. Nam funis masculinum esse, funiculus ostendit. Cum hæc regula verissima sit, nungis tamen armatus Laurentius Valla, illam euertere conatur. Adducit enim multa diminuta quæ ab origine videantur in genere discordare, illum ego suis exemplis iugulabo. Et omnia in super diminuta sui primigenij significationem conseruare ostendam. Pes, dis pro vestigio & pro capitis vermiculo capitur, ab utroque significato fit pediculus, nam pedunculus, & petiolus barbara sunt: Pedis in recto declinat Nonius. A Cucco fit cucculus, à Cicera, cicercula, non à Cicer, ut ille somniat. Ab auris, pro ipsa cartilagine, teste Cicerone, & Cæsare,

Cæsare, auricula. Acicula in usu non est, quam ille ab acu deducit. A terebro, terebellū. Ut à terebra, terebella. Sæpe tamen auctores formare solent diminuta per quandam similitudinem, ut auunculus, quasi paruus auus, auctore Festo, & Paulo Iuriscōsulto, ita murenula pro monili picturato, & musculus pro parte corporis, quæ etiam piscis dicitur. Hispanè Murezillo, quasi paruus mus. Inde Morcillo. Geniculum pro nodo in herbis. Iugulum pro osse in pectore in modum iugi. Cuniculus quasi paruus cuneus quia terram perforat. Ranūculus nō est parua rana, sed quod Hispanè dicimus ranaquajo. Nā à rana, ranula fit. Neq; anguila, ab anguis, sed anguiculus. Nec etiam accedo. Sosipatro Charisio, qui à glande deducit glandulam, & à pane pastillū, & pristinā à pristino. Nam pristina fit à pristinilla. Vulgo habentur diminuta paxillus, taxillus, axilla. Sed magno cum errore teste Cicerone. Nā paxillus integrū est, palus conuulsus. Sic talus à taxillo, & ala, ab axilla. Nomina quæ à verbis dicuntur diminuta dici nō debent, ut spectaculū, umbraculū. Sic nouacula, à nouādo: macula à maculādo: baculus & baculum à batuēdo, à quibus baccillus, & baccillum. Sic curriculum, amiculum conuenticulū, vehiculum, ridiculus, Charisius, curriculū à paruo curru deducit, curriculū

autem à verbo pro spatio ad currendum, aut ipso currendi officio. Nomina in Aster male vocat Valla diminuta per quandam similitudinem. Mihi significant incrementum, cum quadà irratione. Nam quod Hispani dicimus, Sordazo, Truhanazo, Pinazo, Caluazo, Latine dicitur, Surdaster, parasitaster, pinaster, recaluaster. Neq; obstat: quod Terentius dixit: Parasitaster paruulus. Nam alteru' ætatis est, alterum officij. Fallitur item Valla, cum credit diminutis non posse addi diminutionem. Cicero enim dixit, minutis interrogatiunculis. Terent. pisciculos minutos, Plinius: ofscula parua. Cæf. nauiculam paruam. Valer. Max. Cum paruulis filiolis ludens. Cicero de Natura Deorum: Ita que cum pisciuli parui in concham innatauerint. Martial: Neque munuscula parua, nec minora.

3, Ciuil.

Lib. 5.

De formatione comparatiuorum, & superlatiuorum. Cap. XI.

Substantia, inquit Aristoteles, non recipit Magis, & Minus. Idem agēs de Qualitate: Suscipiunt (inquit) qualia magis & minus. Ex his verbis colligimus comparatiua non posse trahi à nominibus substantiuis: vnde falluntur qui hæc nomina, senex, iuuenis, ado-

adolefcens, infans, substantiua credunt, cum sint omnino adiectiua. Nec obstat quod Plautus à Pœnis fecit Pœnior: non enim ibi substantiam sed calliditatem voluit significare, quasi dicat callidior; Pœni enim habiti sunt callidissimi, sic qui dixit Neronior à Nerone crudelitatem significauit. Nec à verbis possunt creari comparatiua, quia verbum est velut forma orationis nec recipit comparationem, nisi addito aduerbio; vt, currit, magis currit. Nescio igitur quid mouerit aliquos, vt à potior & detero verbis formauerint potior potissimus, & deterior deterrimus: cum ad manum essent potis, & deter nomina? Nec à particulis possunt creari; vt, ab extra exterior, ab, vltra vltior, An obscura sunt nomina, vnde hæc melius formentur? An obscura sunt superus & inferus: vt mare superu' mare inferu'? Citer ager dixit Cato. exter honos Statius, exera regna Virgilius, exterās nationes passim leges: super inferque vicinus, Cato. Sæpus aliquando fuit in vsu: vnde Cato dixit, teste Prisciano sæpissimam discordiam. Propus antiquum fuit, vnde propior. Varro. 7. de lingua Lat. sic ait, alias vt duo prima absint: vt, optum optius optimum; alias, vt primum & tertium: vt melum melius melissimum. Nec verum est quod aiunt, non posse duci compa-

ratiua à nominibus habentibus vocalem ante is, vel vs. Nam à tenuis, tenuior, & tenuissimus trita sunt. Cicer. in Bruto. Assiduisimè autem inecum fuit Dionysius, Suetonius in Galba: assiduisissimi vsus. Varro. 2. Rustic. Ita sunt assiduiiores. Et paulo post: eosque assiduiiores faciant. Plin. libro. 18. Milites strenuissimi ex agricolis gignuntur. Tacitus libr. 20. Bellum strenuissimi cuiusque periculo geri. Plin. lib. 7. Epist. Exiguissima legata. Lucretius libr. 4. Nam nihil egregius quam res est cernere apertas. Piissimus, reprehendit Cicero Philip. 13. Sed satis est Antonium eo fuisse vsum: vtitur & hoc nomine Curtius lib. 9. Citat præterea Priscianus ex Catone arduus iter, & arduissimo aditorem Pacuuius, egregissima forma: ex Iuuenali in. 4. egregius coenat: ex M. Catone industriorem exercitum, ex eodem Catone vitam innoxiozem: & perpetuus, & perpetuissimo curriculo: ex Lucilio, villicus paulò strenuior. Notanda etiam sunt: Maturimus apud Tacitum, & maturissimus apud Cicerozem & Columellam. Ipsissimus, & oculissimus, & patuissimus apud Plautum. Superlatiua in Limus plura ponunt alij: ego tria tantum reperio, simillimus, facillimus, humillimus: Seneca vtitur imbecillimus & imbecillissimus epist. 86. Neutrum proba.

Quid

Quid sit persona in verbis, exploduntur impersonalia grammaticorum, infiniti natura ostenditur. Cap. XXI.

Verbum est vox particeps numeri personalis cum tempore. Hæc definitio vera est & perfecta, reliquæ omnes grammaticorum ineptæ. Neque etiam Aristot. seu quisquis ille fuit, qui *περί ἐπὶ πρῶτης* scripsit, apte distinxit quid esset verbum, Quum ait. Verbum est vox significatiua ad placitum, &c. Neque enim hæc descriptio attingit causas, sed effecta & adiuncta atque adeò inserit negationem quod in definitione ferri non potest. Sed his omisis de ijs quæ accidunt verbo disputemus. Ea vero sunt, Accentus, figura, species, numerus, Persona, tempus, coniugatio. At de quatuor primis iam dictum est, de reliquis nunc erit dicendum. Personam vocarunt grammatici, quod Græcis est *πρόσωπον*, aptius verterent faciem, aut vultum. Nam proprie terminationes illæ verbales dicuntur facies. Nomina enim personam non habent, sed sunt alicuius personæ verbales. Et vero rectè enuntiant grammatici: Omnis nominatiuus est tertiæ personæ, præterquam ego, quod est primæ: & tu, quod est secundæ. Sed longe fallunt in eo, quod credunt Petrum, Ioannem esse personas, & quod peius est vocant agètes & patientes personas

D 4 suppo-

suppositum & appositum personæ verbalis, quasi Latine diceretur: hîc sunt quatuor personæ, ubi sunt quatuor homines. Quum enim dicimus Petrus videt parietem, Petrus aut paries non sunt personæ, sed videt est persona. Id est facies, cuius suppositum est Petrus, appositum paries. Et cur voces agentem personam, quæ sæpè in recto patiatur etiam in actiua voce, vt Petrus accipit plagas, dolet, patitur vulnera. Quid? quod verba ab hac facie, seu persona dicuntur Personalialia, aut Impersonalia. Hæc enim facies solis verbis conuenit. Quia in re supinè falluntur grammatici: qui quum verba personalialia esse dicant, quæ personas, tempora, & numeros habeant; impersonale nescierunt definire, quum illud omnino deberet esse, quod personis, numeris, & temporibus careret. Quale est: amare, & amari, quod propterea vere dicitur infinitum, quod neq; numeros neque personas, neque tempora finiat, nec determinet. Quæ omnia in verbis finitis, vt amabo, docebis, præscripta inueniuntur. Nam quæ insania exagitat grammaticos quum dicunt impersonalia esse, quæ haberet tantum tertias personas, vt accidit, curritur? Sed hoc multis modis fallum est. Nam si in tertijs personis, inquit Cæsar Scaliger, verbum tantum inueniatur, id satis est ad verborum naturam

Lib. 5. cap.
100.

con-

constituendam. Neque enim deest hoc verbis ijs, sed res, quæ ipsis sunt applicandæ. Fac teram de se loqui, inuenies illico primam passiuam personam. Aror ab ingratis. Sic nihil impedimento est quominus verbum Pluit primam personam habere dicamus, si modo loquatur Deus. Hæc ille. Sic decet, aut decent semper in tertijs personis inueniuntur; quia res, quæ decet, & ornat aliam in tertiam verbj personam fertur. Neq; enim ego possum decere alium, sed coma, vel vestis decet illum. Quod Hispani dicimus. Esta le bien. Si tamen ego aliquo modo orno regem, & condecoro, cur non dicam ego regem deceo. Quemadmodum de sacerdote quodam Apollinis appositisimè dixit Statius: Si non dedecui tua iussa, tuique prementem. Plato in dialogo de Ente apertè docet, sine nomine & verbo nullam posse consistere orationem. Si igitur ex nomine & verbo debet constare oratio, vt postea docebitur, perperam docent grammatici, verba impersonalia sine supposito inueniri, vt miseret, licet, currit, egetur. Sed longè falluntur qui suppositum aut in verbo latere, aut ibidem in oratione esse non viderunt. Nos impersonalia non reijcimus, sed ea esse quæ vulgus grammaticorū obtrudit; pernegamus. Nam si personale verbum est, quod personas & nume-

10. Theba.

D 5 105,

Lib. 1. c. 4.

ros, ac tempora finit & determinat; vt amabā, legissem: impersonale erit, quod omnibus ijs caret, vt amare, legisse, iuxta illud Arist. Contrariorum eadem est disciplina, in ijs enim neque personas, nec numeros, neque tempora poteris assignare. At obijcit Grammaticus in, conuenit, licet, curritur non esse tertias personas, sed aliquid simile tertijs personis. Sed quid mirum, si grammaticus cæcutit, quum Quintilianum habeat ignorantix suæ auctorem. Inquit enim: Iam itur in antiquam siluā, nonne propria cuiusdam rationis est? Nam quod initium eius inuenias? cui simile. Fletur, accipimus, aliter, vt panditur interea domus omnipotentis olympi: aliter, vt: totis Vsq̄ adeo turbatur agris. Hæc ille, qui si legisset Aristotelem & Platonem sæpe testantes sine nomine & verbo non posse constare affirmationem vel negationem; in hac salebra non hæsisset. Nam itur, iter, & fletur, fletus & turbatur, turbatio: id est fit turba. Quid differunt à panditur domus? Sed de hoc latius in principio ellipseos. Et lib. 3. c. 1. Sed rursus insurgunt grammatici asserentes, decet, conuenit, & similia dici posse infinita, quia nec numeros, nec tempora finiant, & determinent. Nā absolute dicitur: Decet nos, decet te, me, illos. Imperitè sanè illi, qui ex accusatiuo transi-

nis

nisi iudicent verbi naturam, quasi non eadem sit ratio in omnibus verbis. Vt somnus capit me, te, illos. Virtus oblectat vos, me, te, illos. Sic cantare decet nos, me, te, illos, id est cantus. At, quid dicent de temporibus? negabatur ne decet, decebat, decebit: curritur, currebatur, curretur, esse diuersa tempora? Illos igitur omittamus: & vera impersonalia, cum Confessio Romano, credamus esse, amare, amauisse, amare. Nam quemadmodū, amo, amaui, certæ personæ numeri, & temporis, esse cernuntur, vnde verè vocantur Personalialia, & Finita: Sic in amari & amare, neque personas, neque numeros, nec tempora possis definire. Vnde merito impersonalia & infinita nuncupantur. Postremo illa differre dicuntur, quæ natura differunt, sed amat, decet, amatur, curritur, natura non differunt, quia personas, tempora, ac numeros & nominatiuum pro supposito habent. Sunt igitur Personalialia. Amare vero, & amari, & amauisse, neque personas, neque tempora, neque numeros inuenias. Et accusatiuum pro supposito habent, qui casus nominatiuo maxime aduersatur.

Hæc igitur proculdubio mera
dici debent imper-

sonalia.

Modus

*Modus excluditur à verbis, Enumerantur
verbi finiti tempora: imperandi tem-
pus semper est futurum.*

Cap. XIII.

Modus in verbis, quæ species vocatur à Varrone, non attingit verbi naturam, ideo verborum attributum non est. Sed explicatur frequentius per casum sextum, vt, mea sponte, tuo iussu feci. Non raro per aduerbia vt male currit, bene loquitur. Et cum Aristoteles de Modis, seu Modalibus disputat, Contingenter, necessario, per accidens currit sæpè dicit. Viderat hoc Cæsar Scalliger, quum dixit: Modus in verbis non fuit necessarius. Sed quod bene sensit malè tenuit, secutus grammaticorum turbam, qui adeo varij sunt in ijs modis constituendis: vt nihil prorsus certi nobis constituerint. Alij vocant modos, alij diuisiones, alij qualitates, alij status. Deinde alij sex modos, alij octo, alij quinque, quidam etiam quatuor tantum, in finitimo reiecto, tenuerunt. Sunt qui addant (de precatiuum) vt, Musa mihi causas memora. Sunt qui Potentialem: vt non eam? Alij permissiuum, vt profundat, pereat, perdat. Alij promissiuum vt dabo, faciam. Varronis verba sunt ex lib. 9. Tertia rogandi, vt scribo ne? lego ne? scribis

Lib. 5. cap.
111.

ne legis ne? Quarta respondendi, vt fingo, pingo, fingis, pingis. Quinta optandi, vt dicerem, facerem. Vides confusionem grammaticorum, qui in modis explicandis nullum modum tenuerunt. Ego certè si modos statuissem, quædam tempora aliter ordinassem. Nam amabam, & amaueram quis non videt ita imperfecta esse tempora, vt subiunctiuui voces esse omnino fateare? Nam si dicas: Cicero scribebat carmina: & Cicero scripserat: suspensum habes auditoris animum, donec verbum aliud adiungas, quo sensus absoluaatur. Has igitur tenebras abijciamus, quæ tenera puerorum ingenia mire offuscant. Et vt pauca pro exemplo adducam, cuiusmodi erit Liuij. Tunc vero ego nec quicquam Capitolium arcemque seruauerim, si ciuem in seruitute duci videam. Virg. Nec vos arguerim Teucris. Terent. Denique hercle aufugerim potius, quam, Virgil. At tu dictis Albane maneres. Idem, Eadè me ad fata vocasses. Et si ego admonerem aliquè dicens, caue cadas, & responderet, cadam: cuiusmodi diceret esse tempus illud?

Lib. 6.

Tempora finiti verbi natura tria sunt. Sed differentias vndecim facimus, duas presentis vt amo, amem: duas imperfecti: vt amabam, amarem: duas perfecti. Vt, amauim, amauerim, duas plusquam perfecti. Vt amaueram amauissem.

Tres

Tres futuri; vt amabo, amauero. Ama vel amato. Illud tamen acriter aduertendum omnia tempora secūda pro futuro posse poni: Quod sigillatim conabor ostendere. Amem, doceā, & similia, iuncta particula quum, presentis habent significationem. Horat. Quum tot sustineas, & tanta negotia solus, in reliquis fere semper futuri. Terent. Purgem me: laterem lauem, atque ad eō cum particula quum, aliquando futurum est. Virgil. Quum faciam vitula prostrugibus ipse venito. Optando duplex futurum significatur, propinquius vt Martial. Tabescas vtinam Sabelle belle. Idem, Pereat, qui crastina curat. Remotius vt Cicero. Vtinam aliquando dolor populi Romani pariat quod iam diu parturit. Idem Attico. De qua vtinam aliquando tecum loquar. Particula, si, futurum denotat. Terent. Si sumas in illis exercendis plus agas. Idem: Quod si omnes omnia sua consilia conferant, atque huic malo salutem ferant, auxiliij nihil afferant.

Amarem docerem passim in futuro reperiuntur quare vno Terentij loco contentus ero quod multorum vicem supplet in Adelphi, Seni animam primum extinguerem ipsi, qui illud produxit scelus: Tum autem Syrum impulsorem Vah, quibus illum lacerarem modis.

dis: sublimem medium arriperem, & capite primum in terram statuerem, vt cerebro dispergat viam: adolescenti ipsi eriperem oculos, posthæc præcipitem darem: cæteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, & prosternerem. Si denique optamus semper futurum inuimus, vt: Vtinam hoc contingeret.

Amauerim, docuerim sapè in futuro leges. Terent. And. ea lege, atque omine vt si te inde exemerim, ego pro te molam. Idem Adelphi. Ne mora sit, si innuerim, quin pugnus continuo in mala hæreat. Idem: Vbi siquid paululum te fugerit, ego perierim. Liuius, iussu tuo Lib. 7. imperator extra ordinem nunquam pugnauerim, non si certam victoriam videam. Tacitus in Agricola: Ego facilius crediderim naturam margaritis deesse. Columella. Non Lib. 3. affirmauerim: Sallust. De ijs haud facile compertum narrauerim. Apud poetas sapius Virgil. Nec vos arguerim Teucris. Tibull. libro. 3. Nec tibi crediderim votis contraria vota. Propert. libro. 3. Sic ego non vllos iam norim in amore tumultus, nec veniat sine te nox vigilanda mihi. Cicero: citius dixerim Phil. 2. iactasse se aliquos. Idem: Videor sperare debere, si te viderim. Idem in Lucullo: Illud vero non censuerim, vt eius auctoritate moueare.

mouere. Terent. Hecyra. Denique Hercu-
le aufugerim potius, quàm videam. Gellius
lib. 18. cap. 2. Postrema inquit quæstionum
omnium hæc fuit, Scripserim, venerim, lege-
rim, cuius temporis verba sint præteriti, futu-
ri, an vtriusque.

Amaviffem, docuiffem. Cæsar. 1. Galli-
co. Nonnulli etiam Cæsari nuntiabant, quum
castra moveri, aut signa ferri iussiffet; non fo-
re dicto audientes milites. Cicero de Mario:
Si se consullem feciffent, breui tempore, aut
vivum, aut mortuum Iugurtham se in pote-
statem populi R. reduçturum: & sub finem
lib. At ille ubi ingressus est, confestim gladiū
distrinxit, iuravit se illum statim interfectu-
rum, nisi iusiurandum sibi dediffet, se patrem
missum esse facturum. Horat. Dispeream, ni
submoiffes omnes. Cicero ad Trebatium: Re-
scripsi quam gratam mihi esset futuram, si
quam plurimum in te studij, officij, liberalita-
tis contuliffet. Virgil. Verum anceps fuerat
belli fortuna, fuiffet.

In futuro tertio, quod imperatium vocat,
hæc voces, ama, & amato, non differunt. Nam
vulgo putant ama præsentis esse, & amato fu-
turi remotissimi; quasi vero possimus, nisi de
futuro, imperare, Lucanus de longissimo tem-
pore dixit: Totum sub Latias leges cum misere-

ris orbem, In te verte manus, & Propertius
vtramque vocem in eodem sensu coniunxit:
Aut si es dura nega: Si es non dura, venito.
Virgil. Et potum pastas age Tityre, & inter-
agendum Occursare capro. (cornu ferit ille)
caueto. Idem Georg. Nudus ara, fere nudus,
& subdit: Primus humum fodito. Laudato
ingentia rura, exiguum colito. Ridiculum igi-
tur fuerit dicere Ama, ama tu luego. Amato
amatu despues.

*Infinitum verum impersonale tempora per-
sonalis explicantur esse, & Fore omnium
temporum vt Amare, & Amavisse. Ven-
turum fore. Cap. XIII.*

In infinitum verbum est, quod personas, mo-
dos, & tempora non finit, vt amare, amari,
amavisse. Ac de personis & numeris iam
diximus, de temporibus maior est quæstio de
quibus antequàm disputem apponam Con-
sentij Romani præclara verba, cui hanc pul-
chram doctrinã de veris impersonalibus me
fateor debere. Qualitas, inquit, verborum, aut
finita est, aut infinita: finita est, quæ notat cer-
tam personam, certum numerum, certum tẽ-
pus, vt lego, scribo. Infinita est, in qua hæc vni-
uersa confusa sunt, vt, legere. Legere enim &

ergo, & tu, & ille potest. Item legere, & vnus & plures dicuntur. Item legere, etiam possum hodie, & heri potui, & cras poterō. Quoniam ergo hæc neque personam, neque numerum, neque certum tempus definiunt, & vbiq; natura simplici eodem modo respondeant, infinita dicuntur. Hæc ille, qui præterquam quod legere naturam infiniti, seu impersonalis verbi demonstrat, refellit eorum errorem, qui modum infinitiuum vocarunt, quum sit merum verbum. eadem ferè Aulus Gellius libro primo. capit. 7. Qui modus dicendi, inquit, neque in modos, neque in personas, neque in genera, neque in tempora distrahitur. Sed omnia isthæc vna eadem declinatione completur. Vidit etiam hæc Accursius in. 1. Stipulationum. §. stipulatio. verbo daturum. D. de verbor. obligat. Quia verba, inquit, infiniti modi etiã ad futurum respiciunt, & ideo dicuntur infinita, quia omne tempus respiciunt recte enim dicitur. Volo legere. Volo legere, volã legere. Hæc ille recte, nisi modum vocasset. Infinitum. Nunc accipe testimonia de præterito in tuo illo præsentii infinitiuo Cicero: Eo die nos quoque multa verba fecimus. maximeque visum sumus senatum commouere. Catull. ad Manlium. Quale ferunt Graii Peneum propter amœnum Siccatum multa pingue palude solã. Mart. lib. 6. Lulus

erat sacræ connubia fallere tædã; Lulus & im-
meritos exsecuisse mares. Ibidem. Vix tangente
vagos ferro refecare capillos. Doctus, & hirsu-
tas excoluisse genas. Quid. Sæpe fui mædax
pro te mihi, sæpe putauit Alba procellosos ve-
la referre Notos. Cicero lib. 4. epist. Vidimus
aliquoties secundã pulcherrime te ferre fortuna-
nam, magnamque ex ea re te laudem adipisci;
Fac aliquando intelligam, aduersa quoque te
neque ferre posse. Exemplum hoc de præterito
est & futuro. Virgil. De coelo tactas memini
prædicere quercus; florat. Memini quæ pla-
gosum mihi paruo Orbiliũ dictare. Plaut. Epi-
dico: Non meministi me in aurẽ ad te adferre
natali die? Terent. Forma bona memini me vi-
dere. At dicent aliqui verbum (memini) nõ posse
iungi præterito, sed nõ sunt audiendi. Quos fa-
tis arguit Persi. dũ ait, nec in bicipite somnia-
se Parnasso memini. Sed ad institutum: Hora.
Dictus & Amphio Thebanæ cõditor arcis Sa-
xamouere sono testudinis, & prece blãda: Dũ
cere quo vellet. Idem: Plorauere suis nõ respõde-
re fauorẽ Speratũ meritis Cæsar: Cognita Cæ-
sar causa reperit à Sueuis auxilia missa esse. Ci-
cero pro Archia. Ex hoc esse hunc numero,
quẽ Patres nostri viderunt diuinum hominẽ
Africanum. Horat. Fertur Prometheus adde-
re principi limo particulam & insani Leonis

Epist. 1.

6. Gallia.

3. Carm. vim Stomacho apposuisse nostro. Idem: Ar-
 biter pugnae posuisse nudo sub pede palmam
 fertur: & leni recreare vento sparsum odoratis
 humerum capillis. l. vnica. D. si tabul. test. nul-
 lae extab. Licet, inquit, postea interierint, com-
 petet bonorum possessio, quia verum fuit ta-
 bulas extare, pro extitisse. Exempla de Futu-
 ro. Cicero Atti. Cetera spero prolixae esse. Ibi-
 dem: Spero etiam in praesentia pacem nos ha-
 bere. Idem Fam. Nec ille intermisit affirmare,
 sine mora venire. Idem: Mihi scito in dies ma-
 iori curae esse dignitatem tuam. Idem: Hi qui
 se à tanto squalore vnus morte liberari intel-
 ligerent, omnia ei peragere promiserunt.
 Idem. r. Tuscul. Magna me, inquit Socrates,
 tenet Iudices bene mihi euenire quod mittar
 ad mortem. Virg. Æne. Huc tantum tibi me discessu ferre dolorem. Li-
 1. Lib. 2. uius: Sciantque & ita posteris tradant, nullas
 opes humanas armis Romanis resistere pos-
 se. Plin. Adijcit miracula quae indicasse con-
 ueniat. Caesar. Si amplius obsidem velit da-
 6. Gal. re pollicentur. Vale. Maximus: Iurauerunt in
 Lib. 6. c. 5. squalore se esse, quoad imperator ipsorum
 De re rust. reus esset futurus. Cato. Ne quid emisse velit
 cap. 5. in seiente domino, neu quid dominum cela-
 uisse velit. Et infra. Chaldaorum ne quem co-
 1. Scermo. sultuuisse velit. Horatius. Ne quis humasse velit
 Aiacem

Aiacem Atrida vetas cur? Persius: Verum, nec
 nocte paratum plorabit, qui me volet incur-
 uasse querela. Cicero. Omnes verebamur ni-
 mis iracundam futuram fuisse victoriam. Val. Pro Mur.
 Maximus. Sed abunde erit ex ijs duo exem- Lib. 4. c. 3.
 pla retulisse. Luca. Liceat scripsisse: Catonis Lib. 2.
 Marcia. Virgi. Magno si pectore posset. Ex- 6. Æneid.
 cussisse Deum. Mart. Condere victuras tetem Lib. 1. epl.
 per faecula chartas, Et nomen flaminis cri- 108.
 puisse meum. Terent. Ante a deis non fecisse Adelph.
 erit melius hic conuicium. Id est, praestabit non
 facere ante a disturbam, aut uociferationem.
 Idem Phormio. Cras mane argentum mihi Actu. 3.
 miles se dare dixit. fcc. 2.

Non leuiter aduertendum praecipunt gram-
 matici nullum verbum in infinitiuo habere
 proprium futurum. Nam lecturum esse, vel
 fuisse non proprium futurum dicunt sed per
 circumloquutionem; Solum enim dicunt ver-
 bum substantiuum habere futurum Fore. Sed
 hoc falsum est. Primum enim. Fore non est
 a sum, sed a Fuo. Deinde Fore significat om-
 nia tempora. vt amare, esse, legere. Ac de ver-
 bo esse iam aliqua de praeterito & futuro re-
 tulimus exempla, restat vt de Fore in praeteri-
 to & praesenti proficramus, quoniam de futu-
 ro non est. Caesar. Commissum cum equi-
 tatum praelium fore videbat. Cicero: Ex qua
 1. Gall. &
 1. de Inu.

conficitur, ut certas animo res teneat auditor, quibus dictis peroratum fore intelligat. Cicero, ut citatur in Valerium: Marius quum a Senatu ex urbe repulsus esset, ea quae in eum falso conflata fuerant diluere voluit: Quid ita? quia se sine scelere fore intelligebat: Et rursum: Quanto robore animis semper ex titerit, qui vitam sibi integram fore intelligit difficile dictum est. Laetus Valla. Contendit duo futura iungi non posse, ut si dicas: Fore venturum, & faciendum fore: Id quod dupliciter fallitur. Nam neque fore, futurum est, nec venturum aut faciendum certum aliquod tempus praesumunt, ut mox dicitur. Imo vero duo futura in multis cohaerebunt, quam futurum cum praeterito aut praesenti: Quinimo si (amaturus) esset veri futuri nunquam dicere possemus: Amaturus fui, sed semper amaturus ero, persimemque locutus esset Cicero: Non dubito, quin te legente has literas, confecta iam res futura sit: Sed agamus testimonij contra Laurentium; Plant. Casina; Lepide dissimulant fore hoc futurum. Cicero Attico; Deinde addis, si quid feceris, te ad me fore cucaturum. Idem pro Milone: Nihil horum vos visuros fore. Livius: Aut sub pellibus habendos milites fore. Idem: Eo quoque mittendos fore legatos. Idem: Nam id Corneliae magis familia, quam

quam urbi Romanae fore erubescendum. Sed ut ad rem. Non negauerim de infinitis temporibus coginos aliquando propter inordinatam temporum & distinctionis causa, sic distinguere tempora, ut Amare, esse, legere, sint omnino praesentis, & Amavisse, Fuisse, Legisse, praeteriti, & Fore futuri. Id contingit fere in verbis famae, aut linguae, ut aiunt, ferunt, fertur, dicunt, dicitur, affirmo, scribo, & similia. Ut affirmat non solum venire regem, sed venisse iam. Dico esse periculum atque etiam fore: Dixit se dedisse pecunias, & dare, & daturum. Cicero libro. 7. epistolarum: Scripsit ad me Caesarem perhumaniter nondum te sibi satis esse familiarem propter occupationes suas, sed certe fore. Idem libro. 3. Sequitur illud ut te existimare velim mihi magnae curae fore, atque esse iam, caet. Idem libro. 3. de Oratore: in ultima pagina: Quem quidem ego confido omnibus istis laudibus excellentem fore: & Crassus: Fore dicis: Esse iam dico, & tunc iudicavi, caetera. Idem libro. 13. epistolarum. Sperare tamen videor Caesari collegio nostro fore curae, & esse, ut habeamus aliquam rem publicam ibidem: Tua sponte amicum, Lacedaemonijs & esse & fore. Idem pro Balbo in Calce: Tum etiam illud cogitatote sic vivere, ac

Epist. 12. vixisse Cornelium, vt &c. Idem lib. 10. Epist. Quam & esse iam, & futuram amplissimam intelligo. Cæsar. 3. ciuil. Pompeij summam esse, ac fuisse semper voluntatem vt componerentur. Catull. Tibi hæc fuisse, & esse cognitissima, scilicet, ait. In ijs omnibus mihi videntur distincta esse verba. Vt si dicas: laudare, & extollere: currere, & ridere. Sic esse, & fore. Nam fore non est à sum (nec fuisse) sed à verbo Fuo, quod semper magis inclinatur ad futurum tempus sua natura, & hoc magis meam opinionem confirmat, tempora infinita indistincta esse, nisi aliquid accedat, quo discernantur. Nam me amare intelligis esse singularem. Nos amare pluralem. Sic Cicero ad Atticum distinxit duo præsentia personalia, quasi vnū esset præteritum, alterum præsens, dum inquit, cupio, & iam pridem cupio Alexandriam reliquamque Ægyptum visere. Sed quid si respondeam esse aliquas orationes, quæ quum eisdem verbis enuntiantur, sensu tamen distinguantur. Vt si dicas: vir bonus nulla lacepsitus iniuria ab amicitia recedit: Vir malus nulla lacepsitus iniuria ab amicitia recedit, Hic significas discedere, illic non discedere. Sic in exemplis citatis sunt aliqua quæ distinguant ea duo tempora, quæ absque illis promiscue poterant apponi. Vt illud. Magnæ

curæ

curæ fore, atque esse iam. In reliquum infiniti verbi tempora confusa sunt; Et à verbo personali temporis significationem mutantur. Vt cupio legere, seu legisse præsentis est. Cupiui legere: seu legisse præteriti. Cupiam legere, seu legisse futuri. In Passiua vero. Amari, legi, audiri, sine discriminè omnibus temporibus deserviunt. Vt voluit diligere; vult diligere; cupiet diligere. De Amatum iri, vel ire, postea dicemus.

Singula participia omnia tempora ad significare. Cap. XV.

Participia non dicuntur quod partem capiant à verbo, partem à nomine: sed quod à verbo partem capiant, quum sint omnino adiectiua nomina & verbalia.

Amans omnium temporum esse potest teste Iustino Martyre in admonitorio ad gentes. Quandoquidem, inquit, hæc syllaba *ων*, idest ens, vel existens non vnū duntaxat, sed tria innuit tempora, præteritum, præsens, atque futurum. Sic enim Plato *ων*, ad futurum retulit tempus, &c. Cicero. 10. epistol. Et abfui proficiscens in Græciam. Cæsar. 1. ciuil. Quos ab vrbe discedens Pompeius erat ad hortatus, idest, quum discederet. Terentius. Sed post quam amans accessit pretium polli-

E 5 cens.

cens, idest accessit, & pollicitus fuit. Idem. Vitro ad eam venies indicans te amare, idest venies, & indicabis. Cicero Coelio: De provincia decedens quaestorem Coelium preposui provinciam, idest, quum decedere vellem. Plautus. Amphitruo. cum vxore modo ex hostibus adueniens voluptatem capit, idest postquam aduenit. Nam in itinere voluptatem cum vxore non capiebat. Terentius. Offendi aduenies qui cum volebam collocatā filiam, idest postquam adueni non in itinere. Plaut. Most. Pater hic me offendet miserum adueniens ebriū, idest quum aduenerit. Ibidem. Satin habes, si aduenientem patrem faciam tuum, non modo ne introeat, verum vt fugiat. Horat. Venies in ærum, idest in futurum. Plinius. Inde educum e custodia bibere iussit, illico spirantem, idest qui statim spirauit. Idem. Tum apri inter se dimicant indurantes attritu arborum costas, idest postquam indurauere. Nam dimicantes non indurant. Plaut. Bacchid. Credo hercle adueniens nomen commutabit mihi, idest quum aduenerit. Cicero Balbo: Non dubito quin te legente has literas confecta iam res futura sit. Virgil. Turnum fugientem hæc terra videbit?

Est vbi hoc participium conatum quendā significat: *Ænei. 6.* Agnouit pauitātē & diratēgen-

tegentem supplicia: idest, qui conabatur tegere, nec tegere poterat truncis manibus. Idem. *9.* Nec nos via fallit euntes, idest si ire conamur, aut quum ibimus. *Æneid. 2.* Et terruit Austro euntes, idest ire conantes. *1.* A matulis si omnia tēpora, non ad significaret omnibus temporibus: nō adiungeretur, quare a verbo personali omnia participia deducunt suā significationē. Vt profecturo tibi dedit literas, profecturo tibi dabo literas. Item venturo Casare. Roma trepidat. Venturo Casare trepidabit. Venturo Casare trepidauit. Et sic per omnia tēpora. Itaq; hoc participiū iunctū presentī, aut futuro, se referuat futuri significationē, vt facturus sum, facturus ero, eū alijs tēporibus variat. Curtius lib. 4. Mazeus, quasi transeūtibz flumē superuenisset, hæc dubie oppressus fuit incōpositos in ripa. Cicero pro Milo. Vos vituros fuisse. Idē. *4.* epist. Eum magis cōmunem cēsemos in victoria futurū fuisse, quam in eētis in rebus fuisse. Idem. *2.* de diuin. Ant. in cēsses vltimam animam delirā futuram fuisse, vt somnijs crederet. Idem in Ant. alia sentētiam se diciturum fuisse. Seneca epist. *19.* ingeniosus ille vir fuit, magnum eloquentiæ Romanę daturus exemplū nisi cōseruasset felicitas, idest qui dedisset. Plinius lib. 3. epist. libri, quo nuper optimo Principi gratias egi, nisi

misi exigenti tibi, missurus etiam si non exegisset, id est quem misissem. Cicero. 4. Philip. Non sine exitio nostro futurum Antonij reditum fuisse. Idem. 7. de Finib. Ne manum quidem versuras fuisse. Nugatur igitur Valla quum dicit duo futura iungi non posse. Martial. Mer gite me fluctus quum rediturus ero. Cicero. in Rhetor. Demostraturus erimus. 1. de Oratore. Erit acturus. Quid. Tu procul absenti cura futurus eris. Idem Meta. Si quis forte Deum doliturus erit. Prop. Et si quid doliturus eris, sum testibus illis.

Amatus non solius preteriti est, sed omnium. At vero quia omnia verba in oratione preteritis grammatici inculcarunt pueris hoc participium pro preterito perfecto. Unde creditum est esse preteritum passiuum. Sed revera, sum amatus presentis est: Eram amatus, imperfecti; Fui amatus, preteriti; Ero amatus, futuri. Nam si semper preteriti esset Latine non diceretur: amatus ero. At Cicero dixit: Ego si cum Antonio loquutus fuero. Idem: quos spero brevi tempore societate victoria tecum copulatos fore. Idem, quibus officijs Atticum adstrinxeris, istud me tibi obligatum fore. Livijs: Paratos fore. Curt. lib. 4. Hoc quoque acceptum fore Iovi vates respondit. Virgilius Æneid. 3. Desertas quætere terras Augurij agimur

agimur divum, id est deserendas: Idem. 1. de Cycnis: Aut capere, aut captas iam despectare videntur, id est capiendas. Ibidem: Submersaque obrue puppes, id est submergendas. Lucanus lib. 1. Carsoque duces & funera regum, id est cadendos. Terent. Andria: Vtinam aut hic surdus, aut hæc muta facta sit, id est fiat. Lucanus. 2. Victis bona spes partibus esto, id est vincendis. Causam vero quare hoc participium magis videatur perfecti, & preteriti esse temporis videtur assignare Priscianus inquiriens. Itaque preteriti quoque perfecti vim habet Lib. 8. verbum est, quod ostenditur quando participijs preteriti iunctum officio fungitur preteriti perfecti, per passiuorum declinationem, vel similia passivis. Hæc ille. Mihi tamen alia videtur potior ratio. Solet enim contingere passivis, ut narrando presentibus utamur pro preterito. Terent. Andria. ubi te non inuenio, ibi ascendo in quendam excelsum locum, circumspicio, nusquam. Ibidem. Funus interim procedit. Sequimur: ad sepulchrum venimus: in ignem posita est: fletur. Idem Phormio. persuasit homini, factum est, ventum est, vincimur. Idem: Ignotum est, tacitum est, creditum est. Hæc omnia presentis temporis esse ostendunt alia presentia. Sic illud Valerij Max. Postquam in patriam revertitur. Cicero

Lib. 1. cap.
26.

Lib. 11.
fam.

Lib. 13.

Lib. 2.

Lib. 4. de
Arch.

cero ad Luceium, qui tunc denique sibi auelli spiculum iubet. Posteaquam illi percunctanti dictum est, clypeum esse saluum. Et illud tritum. Hic situs est Phaeton. Sed iam omnes abutuntur hoc participio de praeterito cum verbo est. Sed cum alijs verbis nullius esse tenoris ostenditur. Ut: iussus feci, iussus facio, iussus non faciam. Cicero ad Treb. Quum ille tardior tibi erit visus, perferto. Ibidem: Gratissimum igitur mihi feceris, si ad eum ultro venies, etique pollicitus fueris Iuuenal. Conuerso pollice quemlibet occidunt, id est quum conuertunt. Caesar. 1. Galli. Nam etsi sine vilo periculo legionis delectae commissum cum equitatu praelium fore videbat, id est committendum vel quod possit committi. Plinius libro. 2. Lacus ad margines plenus neque exhaustis aquis minuitur, nec infasis augetur. Idem. Anisum strangulationes vuluae, si manducetur, sedat. Et mox. Portulaca alias manducata refrigerat intestina, potuisset in vtraque parte vti participio vel verbo.

A mandys non semper esse futuri subindicat Valla: Nescio, inquit, an dicendum sit Gerundium esse participium praesentis temporis more Graecorum. Et infra: Vnde indicatur Gerundium, esse participium praesentis. Idem sentit Thomas Linacer. Clarius Donatus in illud

illud Terentij: Vix sum apud me, ita animus commotus est metu, spe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino bono: Mirando, inquit, id est, quum miror: & est participium. Ego autem assero omnium temporum esse posse. Ut legendis carminibus fuit poeta: legendis carminibus est poeta: legendis carminibus erit poeta. Virgil. voluenda dies en attulit ultro, id est quae voluitur Lucret. Plumbea vero glaes etiam longo cursu voluenda liquefcit. Teren. Quod in opere faciendo operae consumis tua. Cicero de Senectute: His enim ipsis legendis in memoriam redeo mortuorum. Idem. 2. de diuinatione. Neque vero superstitione tollenda religio tollitur. Idem. 4. epistolarum: Gratiam nos quoque inire ab eo defendenda pace arbitrabamur. Iuuenal. Prouida Pompeio dederat Campania febres optandas, id est: quas optare debuerat. Cicero: Sed res multis querelis de repub. interponendistransacta est. Plinius in Epistolis: Abstiniui a causis agendis. Liuius in prologo obscure dixit, Ante conditam condendamve urbem. Quidam explicant: ante condendam id est paulo antequam conderetur, mihi videtur in ipsa aedificatione, aut fortasse legendum: Ante conditam, condendamve urbem. Quae vero hic solent addere grammatici de gerundio adie-

adiectiuo, & de gerundiuis: mera deliramenta sunt, vide reliqua lib. 3. cap.

*De natura & numero prepositio-
num. Cap. XVI.*

PRæpositio, etiam si postponatur, non desinit vocari præpositio, ut Cæsar Scaliger videtur innuere, nam si grammaticum ordinem spectes semper præponi debet, ut transtra per, expone per transtra. Etiam in illis, mecum, tecum, secum.

Porro ex receptis à grammaticis præpositionibus reieci Circiter, prope, propius, proxime, pridie, postridie, procul, secus, vsque versus, versus. Circiter Kalendas, circiter meridiem, octauam circiter horam, non probant circiter, esse præpositionem. Nam deest, ad, vel in. Cicero Attico lib. 10. Verum hæc in Arpinati ad sextum circiter Idus Maias non defleamus. Prope, aduerbium est, quasi pro pedibus, accipitur pro Fere, aut proxime & fuit aliquando nomen Propus, a, um. At dices sæpe legimus: Prope montes consistere: Prope ripam Anienis, &, Prope metum res fuerat. Prope seditionem ventum est. Sed in his omnibus deest, Ad, ut iam dicemus. Quid quod iungitur ablatiuus cum, Ab, ut, Prope à Sicilia,

Sicilia: tam prope à muris habemus hostem. Prope ab origine. Prope ab domo detineri. Propius, non solum non est præpositio, sed nec aduerbium: quidem. Nam Melius, Peius, Propius, nomina sunt adiectiua, ut diximus eum de accusatiuo egimus, & in *nata*. Quare quum legis: propius urbem: propius mortem abest: deest, ad. Cicero Finib. Sed ut ad ea propius Cato ascedam. Idem. 1. Natur. deorum. Ad similitudinem enim Deo propius accede bathumana virtus. Idem in Partitionib. Accedere propius ad sensum alicuius. Dicimus etiam: propius ab aliquo loco stare: Stelle alię propius à terris, alię remotius ab eisdem principijs. Hæc Cicero de Natur. deorum. vbi nescio cur Grammatici non annumerent præpositionibus illud remotius, ut Propius: quum nulla discriminis ratio inter hæc duo inueniri queat. Cur non etiam dicas propius esse præpositionem datiuam, ut in illo Virgilij: propiusq; periculo it metus. Et. 2. Georg. Propius stabulis, Et. 3. Georg. Et faciem tauro propior. Proximè, aduerbium semper est. Neque obstat illud Cicero: Habere exercitum quam proximè hostem. Nec Varronis: Proximè ianuam. Nec Liuij: Proximè morem. Nam idem Cicero dixit: Proximè accedere ad verum. Et idem (cum ablatiuo) Proximè à Lacy de solo retenta est.

ta est. Livi lib. 1. Is ducit exercitum quam proximè ad hostem potest. Vbi legitur in Sallustio: Proxime Carthaginem Numidia appellatur, Fronto legit: Proxima Carthaginem Numidia. Et infra. Proxime Hispaniam, Fronto legit. Proximi Hispaniæ. Cicero pro Milone. Proxime ad deos accessit Clodius, Lambinus legit proximè deos. Vide in Thefauro, Quam proximè, & Prope ab. Sed quid in his moramur, si nomen ipsum proximus inuenitur cum accusatiuo. An dices esse præpositionem. Proximus, a, um? Plaut. Poenulo: Proximus te sum. Cicero Attic. lib. 1. Proximus Pompeium sedebam. Alij legunt: Proximus Pompeio. Sed illa lectio verior. Itaq; dici mus Latine. Proximus Põpeio, Pompeium, ad Pompeium, à Pompeio, post Pompeium. Ouidius. Proximus ad dominam, nullo prohibente, sedeto. Pridie Nonas, Pridie Kalendas, non indicant Pridie esse accusatiui præpositionem, Quum legamus apud Ciceronem vsque ad pridie Kalendas: Et apud Plin. ad Pridie Idus Septembres. Sed in Kalēdas & Idus, & Nonas deest ante. Ut sit: pridie ante Nonas: vbi pridie ablatiuus est à die, quasi dicas primo die, vel priori die ante Nonas. Postridie ludos Apollinares dixit Cicero. Et Suet. Postridie nundinas, deest, post. Cicero Terentiz.

tiz. Quid causæ autem fuerit postridie intellexi, quàm à vobis discessi, id est postquam, vel: posteaquam. Procul urbem dixit Curtius & Lilius: Locus procul muros fati æquus agendis vineis fuit. Nescio an alibi reperiat, procul, cum accusatiuo, sapissime cum ablatiuo. Ut procul mari Oceano, patria, & procul dubio. Exempla non adscribam cum præpositione, quia sunt innumera & cuilibet in promptu. Secus decursus aquarum, latinis inauditum est. Semper autem aduerbium esse cenfeo. Ut: rectè, an secus facias nihil ad nos. Plautus. Quid diximus tibi secus, quàm velles. Citat Erasmus ex Plinio: secus fluuios, libro. 24. Sed in correctis legitur secundum fluuios. Vsq; nihil aliud significat, quàm continue, aut perseueranter. Ut: vsque laborat, vsque ne valuisse. Ut Terent. Animus vsque ante hac attentus. qua in parte Donatus valde laborat, & nihil explicat. Quum legis: vsque Romam, &: vsque Roma, deest semper præpositio. Catull. hunc ad vsque locum. Quod ita frequens est, ut probatione non indegeat. Romam versus, & familia, præpositiones non sunt, neque versus, quod probant aduersus, & aduersum. Cicero lib. 4. epist. In Italiam versus.

De Aduerbiorum natura, & differentia.

Caput XVII.

Aduerbium est dictum, quasi ad verbū, quod sit quasi verborum adiectiuum, & modus. Ut: bene currit. Adiungitur tamen alijs partibus, ut bene doctus, valde mane. Semper Deus. Semper lenitas. Formas eius adnumerare ad Grammaticum non pertinet. Pertineret tamen, si fines aduerbiorum recenserentur. Ut quum alia finiuntur in *IM*: ut punctim, cæsim, membratim; Alia in *V*: subitus, intus: Alia in *O*: cito, profecto: in *A*: ut alias, cras: in *I*: ubi, ibi. In *E*: bene, pulchrè, sane. In *Er*: duriter, fortiter: & sic deinceps. Significationes vero aduerbiorum enumerare magis Philosophi est, quam Grammatici, quia Grammatici munus non est (teste Varrone) vocum significationes indagare, sed earum usum. Propterea nos in arte hæc prætermisimus, sed ne hic aliquis fortè ea desideret ut cumque dicentur.

Affirmandi sunt: Certè, nã, quid nĩ, quidem.

Negandi, seu prohibendi: Non, haud, minime, nequaquam.

Loci: Hic, intus, foris, de quibus copiose in arte.

Tempo-

Temporis: Diu, cras, nuper, dudum.

Quantitatis: Valde, nimis, fatis, perquam, impensè.

Qualitatis: bene, pulchrè, eleganter, nimis.

Comparandi: Magis, nam cætera, ut melius, doctius Accusatiui sunt: in quibus deest *uara*, ut sæpe monuimus, & in ellipsi latè.

Congregandi: Vnã, pariter, simul, coniunctim.

Demonstrandi: En, ecce, quannis hæc potius sint soni inarticulati.

Vocandi: O, Heus: sed soni potius, quam partes orationis.

Dubitandi, seu, Euentus: Forte, fortasse, fortitan, quannis hic sint tres dictiones, Fors sit An. Remittendi: vix, sensim. Hortandi: Eia, age, agite, agedum.

Interrogandi: Cur? quare? & si hoc sit, Quare de re.

Iurantis: Hercle, Medius fidius, Aedepol. Æcastor, nisi malis nomina appellare.

Ordinis: Deinde, Deinceps, Atvero, Primum, primo: Secundum, secundo, nomina sunt vbique.

Numerandi: Semel, bis: deinde, deinceps, centies, cæt.

Græci, quas nos vocamus interiectiones, inter aduerbia connumerant. Mihi sunt soni

F 3 inarti-

inarticulati, & naturales: ideo inter partes orationis non adnumeravi. Hæc sunt huiusmodi: Apagel! phy! væ! papæ! vah! o! ofi! ei, hei. eu, heu. At at, au, st, pro, proh, hahahe, euge. Aduerbij etiam adnumerantur illa quæ modo expunxi ex præpositionum numero iuxta grammaticorum enumerationem.

De Coniunctione. Cap. XVIII.

Coniunctio non iungit similes casus, vt ineptè traditur, sed tantum iungit sententias. Nam quum dicis: Emi equum centum aureis, & pluris: Sintaxis est. Ego emi equum centum aureis, & ego emi equum pretio pluris æris. Petrus & Paulus disputant: id est, Petrus disputat, & Paulus disputat. Coniunctionum officia distinguere, veluti diximus de adverbio, Grammatici munus non est. Nam si ad Grammaticam spectes omnes sunt coniunctiones, id est omnes coniungunt, etiã si videantur disiungere. Nam qui minus coniungit, dormit, aut vigilat, quam dormit, & vigilat: in sensu multum differt; in grammatica nihil. Eastamen explanationis maioris causa in classes distribuamus.

Copulantes absolute. Et, que, nec, neque, ac, atque, quoque, etiam, item, itemque.

Copu-

Copulantes ex conditione. Quum, cum, si, fin: nisi.

Disiungentes, aut, vel, ve, siue, seu, an, necne, vtrum, sed hoc nomen est.

Aduerfantes. At, sed, porro, tamen, tametsi, etsi, licet, quanquam, quanuis, autem.

Rationales illatiuæ, siue colligentes, quas ratio præcedit: ergo, igitur, ideo, itaque, quocirca, proinde, quare, quapropter, sed hæc duo nomina potius, qua de re, propter quæ.

Causales, quando causa sequitur: Nam, nanque, enim, enimvero, etenim, quia, quoniam, siquidem, quippe, vtpote, propterea quod, quod, vt putant grammatici, sed semper est nomen relatiuum, vbi intelligitur præpositio.

Declarantes: vt, vti, velut, veluti, sicut, sicuti, ceu, tanquam.

Sed Grammatico satis est, vt dixi, si tres has partes posteriores vocet particulas indeclinabiles: & functus erit officio perfecti Grammatici. Atque hæc de natura sex partium

orationis, nunc ad illarum constructiones accedamus.



LIBER SE- CVNDVS.

DE CONSTRUCTIONE Nominum. Cap. I.



Constructionem diximus diuidi in concordiam & rectionem: item concordiam triplicem esse, adiectiui & substantiui: Nominis & verbi: Relatiui & antecedentis: Substantiuum & adiectiuum numero, & casu tantum consentiunt, non genere. Nam adiectiua genus non habent: sed certas terminationes ad genera: propter quas substantiuorum genus indagamus. Itaque postquam scieris, cuius generis sit paries, tunc necessario dices: paries albus: quia albus, est terminatio ad genera masculina: restat deinde vt accedat concordia numeri, & casus. Quod si obijcias, Paries alba in numero & casu concordant, nec tamen est perfecta concordia: Respondeo, Concordiam perfectam esse, sed à te peccatum esse in regula, quæ

la, quæ ante concordiam est; quæ iubet terminationem in vs deberi necessario masculinis. Eadem ratio est in concordia nominis, & verbi: diximus enim hanc concordiam ex solo numero constare. Tu obijcis: ego docet, est numeri concordia: non tamen congruit omnino oratio. Peccatum item à te est in regula quæ docet omnem nominatiuum esse tertie personæ præter ego, & tu, cætera. Quia igitur ignorasti, ego esse primæ personæ verbalis, non adaptasti concordiam, quæ post regulam sequebatur.

Nominatiuus à nulla parte regitur. Duo recti simul. Cap. II.

EX nomine & verbo tanquam ex materia & forma (quæ breuissima sit) constituitur oratio. Id docet Plato in Sophista, & Aristo. lib. 2. Perihermenias. Porro nomen cum verbo in solo numero conuenit, vt diximus, non in persona, vt docent Grammatici. Nā ea quæ conueniunt, debent in aliquo tertio, quod sit ambobus cōmune cōuenire. Sed nomina non habent personas, id est facies illas, quas sola verba retinent: Non ergo in persona, casu, genere nomina cum verbis cōueniēt. Sed quum sint omnia, exceptis duobus, tertie personæ

personæ verbalis, semper in illam tertiam personam ferentur; opus tamen est concordia, quia duplex illa persona est, singularis, & pluralis: itaque qui dixit: ego disputat: erravit in regula, qui dixit: Ego disputamus, erravit in concordia, illud enim necessitatis fuit, hoc concordia. Rectus præterea nunquam regitur: nam in hac oratione, Cato scribit: Cato non regitur à verbo: Nec scribit à Cato. Sed concordia est nominis & verbi, & Cato suppositum est, non persona agens, aut patiens, vt formiant Grammatici. Nec vlllo alio modo reperitur nominatiuus in latino sermone. Nā in illis: O vir fortis, atque amicus: En Priamus: ecce homo: ve ecce hominem: quærendum verbum est, vt docemus in ellipsi verborum. Duplex nominatiuus non vno modo videtur reperiri in eadem oratione: vt Ego Annibal peto pacem. Sed deest, Ens, vel qui sum Annibal. Vide Ens, in Ellipsi. Omne præterea verbum vtrinque nominatiuum videtur habere. Vt legis inuitus, doceo libens. Sed hic quoque deest Ens; In verbis quibusdam passiuus fit reciprocatio: Vt vocor Sanctius; Diceris poeta. Sed hoc est ab actiuo, Dicunt te poetam.

Geni-

Genitiuus neque Græcè nec Latine à verbo regipotest. Vrbs Toleti Latine dicitur.

Duo genitui ab vno eodemque nomine. Cap. III.

GENITIUIUS perpetuo significat, possessorem, siue actiuè, siue passiuè capiatur. Vt amor patris: vulnus Achillis: vnde fit vt à verbo regi non possit. Nam possessor & res possessa nomina relata sunt (vt vocant Dialectici) quum alterum sine altero nequeat intelligi. Possidere verba significabunt, at possessionem nunquam. Hæc quum ignorarent grammatici, varias species statuerunt verborum quæ genitiuum regerent: quæ peccata sigillatim discutienda sunt.

In verbis pretij, & æstimationis si fit genitiuus, à nomine, non à verbo regitur: vt magni emi, deest pretio: integrum enim erat, emi hoc magni æris pretio. Et quum dico Nihili, vel Pluris te facio, deest æstimationis, vel pretio. Vide Pretium in ellipsi: & æris.

In verbis accusandi, & absolnendi manifestè patet genitui natura: nam deest Ablatiuus Crimine: & vt Barbarè dicitur, Accuso te criminis, ita latine dicitur: Accuso te furti. Vide Crimen.

Miseret,

Miseret, misereor, tædet, pertædet, pudet, piget, poenitet, genitiuum regere videntur. Sed non ita est. Audiamus Priscianum: Hoc, inquit, sciendum, Impersonalia quæ accusatiuo simul casui, & genitiuo copulantur, vt Pudet me tui, similiter Poenitet, Tædet, Miseret, Accusatiuo quidem significant personam in qua fit passio. Genitiuo vero illam, ex qua fit actus. Neque est mira huiuscemodi ordinatio, quum in eisdem casus resoluitur. Est enim pudet me tui, Pudor habet me tui: Tædet me tui, Tædium habet me tui: Miseret me tui, Miseratio habet me tui: Poenitet me tui, Poenitentia habet me tui: Hæc Priscianus præclare, ni vocasset, hæc verba impersonalia (quæ vere actiua sunt) & genitiuum agentis, qui regitur à nomine quod in verbis latet. Vt: pudor peccat pudet me. Et miseratio pauperis miseret me, idest me tenet. Vide in ellipsi: Nominatiuus cognatus. & lib. 3. cap. 1.

Vbi partitio significatur, genitiuus ab alio nomine subintellecto pendet: Vt: Quis vestrum? Omnium primus: Romanorum fortior: Græcorum doctissimus. Vide Ellipsin ex numero. Et lib. 3. cap. 10. & 11.

Desine querelarum: Abstine irarum: Integer vitæ: Lassus viarum, Græca sunt: in quibus deest præpositio in quæ genitiuum apud illos regit.

regit. Et quum dicis impleo granarium frumenti, si Latine loqueris, significaste implere granarium, quod sit frumento dicatum. Vt si dicas impleo pateram regis: Sed poetæ aliquando Græcos imitantur. Vnde Virgilius: implentur veteris Bacchi. Græci dicunt πληρῶ τὸ ἀρχαῖον. idest, impleo pateram de vino, vel si verbum verbo reddas, de vini. Nec tibi mira videatur huiusmodi constructio: Nam antiqui Latini verbum ex verbo reddentes genitiuo addebant præpositionem. Vitruuius lib. 1. cap. 2. Quantitas autem est modulorum ex ipsius operis sumptio. Ibidem cap. 4. Aquatiles autem piscium naturæ, quod temperata sunt à calido: plurimumque ex aeris, & terrenis sunt compositæ. Ibidem cap. 8. Quum ergo ijs rationibus erit salubritatis in mœniū collocandorum explicatio. Et lib. 3. capit. 2. Præterea si ex imbrium aquæ vis occupauerit. Et lib. 9. cap. vlt. Descriptio que ex duodecim cœlestium signorum sit figurata. Hæc testimonia Vitruuij aliqui conati sunt emendare nescientes ad Græcam formam esse dicta. Sed in antiquis manuscriptis ita, vt citavi, leguntur. Hinc illud antiquum: in præsentiarum. Nec hæc, vt imitere afferuntur, sed vt intelligas, quoties genitiuus videtur adhaerere verbis, vel etiam adiectiuis nominibus, esse Græcam

Græcam phrasim eamque figuratam. Hinc illud Horatij: Desine mollium tandem querellarum. Idem. Abstineto, dixit, irarum calidæque rixæ, quod Homericum est ἄλλ' ἔγε λάγε ἔγιδε, idest, desine contentionis. Virgilius: Nec veterum memini lætorvè malorum. Idem. Iustitiæ ne prius miret, bellinè laborum. Plaut. Rudent. Vt me iam omnium laborū leuas! Idem Sticho: Hæ res vitæ meæ, foror, saturant. Idem Cistellaria: Paternum feruum sui participat consilij, Ouid. Successorumque Mineræ indoluit. Horat. Et morbi micor purgatum te illius. Tacitus. Veteres oratores Grammaticæ, Musicæ, & Geometricæ imbuebantur. Vide et in Hellenismo, & in Ellipsi. Causa.

Deest etiam in genitiuis Græcorum sæpissimè aduerbiū ἕνεκα, idest causa vel gratia. Vide Causam in Ellipsi.

In verbis memoriæ (si genitiuis utimur) aut est eadem phrasim Græca, aut nomen verbi suppleendum est. Vt memini tuorum consiliorum: supple mentionem: venit in mentem illius diei: sup. mentio vel recordatio. Vbi errant qui dicunt esse antiptosis: ut illius diei dicant esse pro ille dies, quos merito ridet Vallalibro. 1. cap. 5. Cicero, Quum in animo haberem nauigandi, scilicet, propositum,

tum, teste eodem Valla. Et Linacro libro. 6. Vide in Ellipsi, Mentio.

Potiri rerum. Vide in Ellipsi Imperium, contra Vallam lib. 3. cap. 34.

Natus Romæ: Ægypti educatus, & similia: deest vrbs: vel locus: vel prouincia: vide Vrbs.

Non est tui muneris: non est moris: Regis est gubernare. Vide Officiū, vel Negotium.

Satagit rerum suarum dixit Terent. Heaut. unde Grammatici putant satago regere genitium, quum sit agere satis rerum suarum. Plaut. Bacch. scen. Petulans. Nunc agitas tu te satuarum rerum.

Pendeo animi: Discrutior animi: Desipio mentis: Felix animi: Impotens letitiæ: Integer vitæ: Sceleris purus: Lassus maris, & viarum; militiæque: Græca omnino sunt, & figurata. Vide Mens in Ellipsi: & Hellenismum.

Eo ad Mineræ, scilicet, Ædem: Tullius Ciceronis, scilicet, filius: Catonis Martia, scilicet, vxor: Castra aberant bidui, scilicet, itinere, vel via: Huius vidi Byrrhiam, scilicet, seruum. Secundarum, tertiarumque Pamphilus, scilicet, astor. Vide Ellipsin.

Sunt qui dicant non posse dici, vrbs Toleti, Arbor mori, Flumē Tagi, quia nomē generale cū speciali in eodē casu debeat collocari. Vide Vrbs

Vrbem Romam, Flumen Tagus, Arbor Morus, Quod, vt non negauerim, ita & illud affirmandum est. Nam si dicimus Vrbis Sparthana, inquit Scaliger, cur nō dicemus vrbis Sparthæ? Sed quod attinet ad nomina vrbium, Vide vrbis in Ellipfi. De cæteris accipe testimonia: Virg. Demessum florem violæ, & hyacinthi dixit. Hora. in Epodo, Aut herba lapathi prata amantis. Plinius: Herba pulegij. Cicero pro Flacco: Qui arborem fici nunquam vidisset. Virg. Flumen Hymelæ. Sueton. Caligula: Sed quum ad visendum nemus, flumenque Clyptumni Meuaniam processisset: Horat. Denique quatenus exscindi vitium iræ, cætera item nequeunt. Plinius: Arbor palmæ. Idē, Arbor mori. Columella libro. 6. in serobem fici arbusculam deponito. Ibidem: Tunc arborem fici detrunca. Cicero. 5. epist. Ne vitium arrogantia subsequatur. Idem pro Murena: Alijs ego te virtutibus, continentia, grauitatis, iustitiæ, fidei, cæteris omnibus, consulatu & omni honore semper dignissimum iudicavi. Quem locum, huius regulæ ignoratione conatur emendare Lambinus. Fallo item citatur à Grammaticis: in mensem Ianuarij: Hoc enim Latine non dicitur. Vide Mensis in Ellipfi,

Duos genitiuos ab vno eodemque nomi-

ne

ne pēdere aliquando animaduerti. Cicero in Pisonem: Iam ne sentis bellua, quæ sit hominum querela frontis tuæ? Idem ad Plancum: Consules designatus maxima orbitate reip. virorum talium. Idem pro Cornelio Balbo: Habetis summorum hominum interpretatio nemuris ac foederum. Cæsar. 1. ciuili. Omnium temporum iniurias inimicorum in se commemorat. Ibidem: cuius rei magnam partem laudis ac æstimationis ad Libonem peruenturā. Valer. Max. de Cyro: Cuius ortus ad imperium totius Asiae expectantis maternus auus Astyages duos prænuntios somni frustra discutere tentauit. Cicero. 1. Catil. Exhaustur ex vrbe tuorum comitum magna & perniciosa sentina reip. Auctor ad Herennium: Memoria est firma animi rerum & verborum dispositionis perceptio. Sed frequentius alter genitiuorum in possessiuum conuertitur. Vt mea doctrina præceptoris. Et Fructibus Siculis Agrippæ.

Datiuus nunquā regitur, nec in actiua, nec in passiu: & vbiq; acquisitionē significat. Nunquam est rei agens. Cap. IIII.

Dormio tibi: Tibi seruo: Do tibi pecunias: tibi emitur liber: Nihil differunt, si datiui naturam spectes: vbiq; enim

G

signi-

significatur acquisitio . Vt furripuit mihi nummos : & lac subducitur agnis . Nam dativus ultimum finem significat . Quare iam compositæ & structæ orationi potest accedere . Domus constat ex materia (vt lapidibus & lignis) producitur ab artifice (quæ causa efficiens est) habet formam (qua distinguitur à rebus alijs .) Quum igitur constructa & perfecta est : tunc querimus , cui negotio , vel domino sit accomodanda . Sic dativus constructæ , atque perfectæ orationi per modum acquisitionis superuenit . Nulla igitur erit oratio , cui per modum acquisitionis dativus adiungi non possit . Vt tibi doceo : Tibi soli amas . Cur enim in his orationibus Filius mihi peccat : non omnibus dormio ; fateris esse acquisitionem ; Et in illis , do tibi pecunias non fratri , à verbo dicis regi dativum ? Intelligendam igitur nullam , cui dativus esse orationem , aut verbum vllum , cui dativus non possit accomodari : dum tamen hoc intelligatur aliud esse : Amo me : aliud Amo mihi . Aliud doceo vos : aliud doceo vobis . Vnde iam mirari desinamus huiusmodi phrasas cum dativo .

Decet tibi .

Terent. Adelph. Vt vobis decet . Cornelius Fronto de exemplis eloquutionum citat Salustium in . 1. histor. Locum editiorem , quam victoribus decebat , capit . Plaut. Amphitryo :
Nostro

Nostro generi non decet . Hispanè . Para quæ nosotro somos . Idem Bacchid . Huic decet . Idem Astitaria : Vt me , teque maxime , atque ingenio nostro decuit . Vides hic dativum & accusativum , sed diuersa significatione . Cicero de Oratore , quandoquidem id decet prudentiæ tuæ . Terent. Adelph. Imo Hæc ele ita nobis decet . Ibidem . Vt vobis decet . Græcè *ἡμῶν ἰστέον* . Gellius libro . 8 . Adolescenti præfatur elatius , quam ætati eius decebat . Idem libro . 7 . Fœminis solis vestem longè lateque diffusam indecere existimauerunt . Tacitus : decere nobis terram . Terentius : Si hoc fratri celetur . Plaut. Amphitryo . Homini seruo suos domitos habere oportet . oculos , & manus . Cicero . 1 . Catilina . Nihil agis , nihil moliris , quod mihi latere valeat in tempore . Quod non intelligens Lambinus conatur emendare . Lucanus libro . 1 . Tu mihi causa late . Cicero . 1 . Catilina . Vt tibi ad forum Aurelium præstolarentur armati . Virgilius . Hæc eadem matricæ tuæ , generique manebunt . Idem , & Manto . tibi poena manet . Cicero . 1 . Philipp . Cuius quidem tibi fratrem , sicut Caio Curioni manet . Catullus : Scelestæ tene , quæ tibi manet vita . Cæsar . 3 . Gallie . Quum tela nostris deficerent . Gellius libro . 1 . 1 . capite . 29 .

Celo .

Oportet .

Latet .

Præstolor .

Manto .

Deficio .

Interest.

Præstat.

Precor.

Misereor.

Aufero.

Eripio.

Iubeo.

Vt messes hanc nobis adiuuent. Plaut. Bacchidibus: Quum nihilo pluris ea res referat sibi. Idem Pseudolo. Nam quanti refert ei, nec rectè dicere, qui nihil rectè facit. Horatius Satyra. 1. vel dic quid referat intra naturæ sineis viuenti. Plinius lib. 18. Acinò plurimum refert, si contingat crescente luna vindemiare. Tertull. Interest homini Deo cedere. Sed mihi videtur hic deesse literulam, & legendum hominis. Vt in illo Plinij cap. 1. Nec interest hominis. Terent. Eunuchus: Homini homo quid præstat! Plaut. Asinaria. Pergin precari pessimo? Seneca de vita beata. Huic succurro, huic misereor. Idem Controuers. Misereri debent omnes mei. Et ego misereor tibi puella. Vnde in sacris. Miserere mihi Domine: Et miserere nobis. Plautus Aulularia: Nihil equidè tibi abstuli. Ibidem. At quod tibi abstuleras, cedo. Ambiguitas est in datiuo, nam primo loco tibi idest à te, in secundo manifesta est acquisitio. Catull. Eripite hanc pestem, perniciemque mihi. Doctiores quidam negant posse dici, iubeo tibi, qui si hæc intelligerent Cornelio Tacito assentirentur, quum dixit lib. 13. Vbi Britannico iussit exurgeret.

Væ victis, Hei mihi: etiam sunt datiuu acquisitionis, & particula væ est suppositum verbi subintellecti. Syntaxis est, Væ victis est.

Hei

Hei mihi erit. Vide ellipsim verborum.

Sum ruri. Natus Carthagini datiuos esse somniant grammatici, quum sint sexti casus, vt dicemus in sexto casu.

Vehementer errant grammatici, quum datiuum in passiuua voce, esse rei agentis inculcant: vt Deus amatur mihi, idest à me, quem errorem suo loco, quum de passiuuis agemus exagitabimus.

Duo datiuu sæpe simul reperiuntur: sed neuter à verbo regitur, imo vterque suo modo significat acquisitionem: vt. Hoc erit tibi cura: Datur tibi hoc vitio. Plaut. Nucleum amisit, reliquit mihi pignori putamina.

Accusatiuus multis modis à præpositione pendet. Ea in Romam, in rus. Exclamatio postulat verbum. Exploditur grammaticorum Synecdoche. Duo accusatiui ab eodem verbo non reguntur. Cap. V.

Accusatiuus (nisi sit infiniti verbi suppositum, vt: me amarj: aut actiuorum appositum, vt: ama litteras) semper à præpositione pendet. Vt vixit annos centum: latus pedes viginti: eo Romam: niger oculos.

G 3

Tempus

Tempus continuum & mensuram præcipiunt deberi collocari in accusatio sine præpositione. Ut: studii decem annos: pendet libra triginta. Hoc falsum est, virtute enim præpositionis subintellectæ ponitur ille accusatiuus, & non ex vi temporis. Dicimus enim commoda mililibrum in decem menses; aut intra quinque dies. Dicimus item: Vixit annos centum, & per annos centum; Erante annos centum, & centum annis. Denique ratione præpositionis subintellectæ, aut apposita, ut: is accusatio vel ablatiuo. Cicero læpissimè dicit: aliquot per annos: per eos dies: per decem menses. Linius. Obsidio vix in paucos dies tolerabilis. Horat. Quod & in hunc annum vivat & plures. Plinius lib. 15. At qui tertium ante diem scitote decerptum Carthagine. Suetonius; Sed in reliquum anni tempus cuna abstulit. In illis pridie Comptalia: pridie Iudb's, Erasmus & alij docti fatentur deesse præpositionem.

Lib. 11. c. 5. Quatilianus socrisimum putat esse si quis dicat. Venis de Sulis in Alexandriam. Sed decipitur, decepitque gregem Grammaticorum. Nam ausim sancte deirare ne ferme plura ne testimonia inuenerim cum præpositione, an secus. Inclinat tamen animus, ut plura cum præpositione legerim: e quibus aliqua

aliqua proponam, nam omnia esset infinitum. Ac primo hanc meam opinionem satis confirmant Græci oratores, qui ferè semper nominibus locorum addunt præpositiones. Poetæ vero suo iure vtuntur, qui nunc apponunt, nunc detrahunt. August. Cæsar Cap. 86. teste Suetonio semper dictionibus præpositiones addebat, quia genus dicendi apertum amabat, & ambiguitatem fugiebat. Sed nostri Grammatici aduerbialiter dici putarunt; eo Romam, venio Roma. O crassam ignorantiam! an ne quum Græci dicunt γὰρ ἄνευ εἰς Ἀθήνας, Latini Noctuas Athenas, Græcis accusatiuus erit, Latinis aduerbiu? Similiter πλεονεξίᾳ εἰς Ἀρτιμόγας, id est, nauiget Articyras. Et sexcenta huiusmodi. Sed si essent aduerbia quomodo reciperent adiectiua foeminina? Ouid. Atque aliquis doctasiam nunciat, inquit, Athenas. Sed quia illi rationibus paruum habent fidem testimonijs agamus. Cicero Attico libro sexto. in Pyreæa cum venissem. Idem libro septimo. Enauiegressum in Pyreæum. Idem ibidem. Multa disputat de Pyreæo & præpositione In, quæ ipse non obseruat, ut idem satis indicat ad Atticum libro tertio: Quod à Bibone subito discessimus. Idem: nisi cum ab Epheso ante aliquando profectum.

Idem. Nec me in Arpinum hoc tempore abdam. Idem. Is ad Messanam venturum esse dicebatur. Idem: de illius ab Alexandria discessu, & libro. 8. à Brudusio absum propius. Ibidem: ne citius ad Brundisium, quam opus sit, accesserit. Ibidem. Dum certum nobis ab Essernia de eo quod audieram referretur. Idem Familiar. Tertio die abs te ad Aliciam accesseramus. Ibidem: ab Epidauro naui aduectus & ab Athenis proficisci. Ibidem. Ipse iter ad Mutinam dirigerem. Ibidem. Fugisse à Mutina videretur. Ibidem: exclusis enim ab Antiochia. Ibidem: Nunciatum esse quatruidi iter à Laodicea abfuisse. Idem, Antonij, reditus à Brundisio. Idem. 3. Verrina: Hoc ille nauigio ad omnes populi Romani hostes vsque Ab Dia no, quod in Hispania est, ad Sinopem, quæ in Ponto est, nauigauerunt. Idem. de Senectute: Miles profectus sum ad Capuam quinto anno post à Tarento quæstor. Vbi notat Erasmus proprijs nominibus additam præpositionem, sed notant grammaticæ. contra nostram hanc doctrinam, aliud esse eo. Romam, aliud eo ad Romam. Nam eo Romam, significari aiunt ipsam urbem: & eo ad Romam, loca propinqua Romæ. Delirat igitur Lilius, qui libro. 5. sæpè dicit Veios, & ad Veios eodem sensu. Et in hoc loco de senectute: profectus

ctus sum ad Tarentum quæstor, non designat loca circa Tarētum. Caesar. 3. Ciuili: Prius Casius ad Messanam nauibus euocauit. Si ex Tito Lilio testimonia vellem congerere, nunquam finis esset. Curtius lib. 4. Iam peruenerat ad Arbelam, vicum nobilem sua clade facturus. Plautus Pseudolo: Quin iam quidem illam in Sycionem ex vrbe abduxit modo. Idem Epidico, quando hinc iturus est ipse in Seleuciam. Idem Menechmis. Geminus qui Syracusis habet, hodie in Epidamnium migravit. Idem Bacch. Nam vt in Ephesum hinc abij, ex Epheso huc ad sodales litteras misi. Ibidem. Ibo in Piræum. Idem Pseudolo. Illam in Sycionem ex vrbe abduxit modo. Ibidem, ex Sycione huc peruenisti. Terent. Eunucho. Heri aliquot adolescentuli coijmus in Piræum. Propertius lib. 3. Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas. Marti. Tyburin Herculeū migravit nigra Lycoris. His adde multa prouerbia, Vt. Nauiges in Massiliam, & E Massilia venisti.

• Addunt ineptiæ suæ nomina prouinciarum non posse poni sine præpositione. Poeticum enim esse, Italiam veni. Hæc refelluntur in ellipsi præpositionum. Rus & domus admittunt præpositionem in vtroque numero. Vide ellipsim præp.

O curas hominum: En quatuor aras: Ecce hominem: deest verbum aliquod. Ellipsis verborum in Audio, vel Narro, vel Aspicio.

Fractus membra: cætera Graius: albus dentes: ad ineptissimam quandam synecdochen referunt Grammatici, quum Græca sint: & ad Ellipsim referantur: deest enim *uox*, vt in Ellipsi præpositionum.

Duos accusatiuos diuersæ rei verbum regere non potest, quia efficiens vnum duas simul res, efficere æquè non potest. Nec enim dices: Amo patrem literas, sed amo patrem, & amo literas. Neque Philosophi concedent duo prædicata de vno subiecto dici. At rancidi Grammatici dicunt hanc esse constructionem vehementissimam. Habent enim illi tres constructiones: Vehementes, vehementiores, & vehementissimas, sed eos vehementissimè in sanire dicamus. Et nostrum propositum vrgeamus. Illi pauca verba constituerunt, quæ duos accusatiuos regerent. Vt docto, moneo, posco. Sed inter hæc aliqua, quæ nunquam duos accusatiuos agnouerunt. Qualia sunt De doceo, Posculo, Peto, Induo, Exuo, Cingo, Calceo, Excalcio. At, inquiunt, satis est, si hæc verba in passiuâ cum accusatiuo reperiantur. Vt: Accingitur enses: Induitur lorica: Postulatur pecunias: O debilem rationem. Cur igitur

istò

istò pacto non addis tuæ quartæ speciei innu-mera alia verba, quæ hos accusatiuos accipere in passiuâ possunt? vt Dido vultum sermone mouetur: & Dido expleri mentem nequit: Et: Carpitur attonitos sensus: Sed hæc latius in Ellipsi præpositionum Græcarum disputabuntur.

Vocatiuus nunquam regitur. Defenditur Plinius à calumnia Laurentij.

Cap. VI.

Vocatiuus non est secundæ personæ, (vt aiunt Grammatici) sed res aliqua cum qua sermonem communicamus. Nam vt artifex, perfecto opere, vocat homines spectatum: sic qui composuit orationem auditorem vocat auditum. Vnde non potest hic casus regi, quia tota composita oratio ad vocatiuum dirigitur. Si dicas regi ab aduerbio O, quia hæc particula sæpe coniungitur vocatiuo, Concedã sæpe coniungi, at nõ semper. Imo vero alicubi nec apponitur, nec apponi potest, vt in Hisp. adio mate aperte ostenditur. Nã quum quis seruos suos inelamat: moços, pajes, criados: illi respondet: Señor: tibi nõ põt suppleri O, quid quod sæpe inuenias, O sine vocatiuo. Virg. O vbi cãpi, Sperchiusq; O qui

O qui me gelidis in motibus Æmi sistat. Sed particula O, nihil aliud est, quam signum lætitiæ, vel doloris, vel exclamationis. Et vero vocatiuum à verbo non regi aperte indicat: vox passiva, quum huiusmodi orationem vertis: Petre doce illum: ille Petre doceatur à te. Indicat quoque nomen adiectiuum, quum post verbum imperandi additur, vt discipule esto bonus. Mart. Esto Næuole sollicitus. Idem apertius: Esto tu Cæsar amicus. Ouid. 1. Tristium: Vade, sed incultus. Denique aduerbia, nisi pro nomine sumantur, casum regere non possunt, vt docet Cæsar Scaliger.

Nunc exoritur quæstio, sit ne dicendum veni puer dicende doctus; an dicende doctæ. Vtriusque loquutionis accipe testimonia; Per vocatiuum loquutus est Horatius: Age dic latinum Barbite carmen, Lesbio primum modulante ciui. Idem: Inuide mortalibus Dea nate puer Thytyde. Ouid. 2. trist. O princeps parce viribus vte tuis. Propertius: Lectule delicij facte beate meis. Martial. lib. 4. Libelle inuersa pueris aræde charta. Ouid. 3. amorum: Amnis arundinibus limosas oblite ripas siste parumper aquas. Tibullus lib. 4. Iam nimium Messala mei studiose quiescas, non tempestiua sæpè propinque via. Virgil. Ænei. 10. O dolor atque decus magna rediture parenti.

Perfius.

Perfius. Stemmata quod Tusco ramum, millesime ducis, Cenforemque tuum vel quod trabeate salutas, quo in loco nugantur interpretes cum sua antiptosi. Idem. Audaci quicumque es afflate Cratino. Tibullus ad Bæchum. Huc venias hodiernæ tibi dum thuris honorem. Albinoua. in Mœcenatis obitum: Impiger Alcide multo defuncte labore, te memorant curas sic posuisse tuas. Plaut. Curcul. Haud malè meditate malè loquutus es. Aufonius: distentas interne vias mirere domorum. Exempla de vocatiuo & rectione: Statius. 7. Theb. Haud vetito nudus iaciture sepulcro. Propertius lib. 2. Tucriminis autor. Nutritus duro Romule lacte lupæ. Idem lib. 3. el. 3. Nudus ab inferna stulte vehere rate. Ouid. Epistol. Surge age Belide de tot modo fratribus vnus. Virgil. Nate meæ vires mea magna potentia solus. Martialis libro. 6. Nile iussus cedere Brumæ Mitte tuas messes. Idem lib. 7. Secretusque tua mule lauaris aqua. Virgil. 10. Æneid. Dardania stratus dextra miserande iaceres. Plinius autem lib. 7. cap. 30. Salutans Ciceronem vtrumque casum miscuit, his verbis. Salue primus omnium parens patriæ appellate. Primus in toga triumphum, linguæque lauream merite. Quod imperitissimi me capit Laurentius Valla. Nam et si contra

leges

Lib. 9. de
caus

Li 3. c. 22.

leges Grammaticorum videretur dictum, græcè tamen defendi poterat: Sic enim illi loquuntur teste Budæo in commentarijs: Sufnesius ad Aurelianum ὁ μὲν ἄλλος πρὸς τὸν αὐτὸν μόνος ἀμὲν ὀλίγων σὺ μόνος δὴ μόνος καλῆς μὲν, id est, Oeximie solus, vel inter paucos tu solus iustus vocande. Sed Valla in illo loco non putat latinè dici: Tace tu imperit⁹ homo, sed imperite, quod non dixisset si in hæc, quæ retuli mus testimonia incidisset. Dicimus itaque recte: Defende me a vice ini: Et defende me a vicus meus. Sed diuerso sensu & Syntaxi. Nam in hoc posteriore sunt veluti duæ Orationes, & deest EN S, vel Qui E S. Vide ens in ellipsi. Vnde falluntur qui in sacris litteris putant nomen Deus facere vocatiuum Deus, quum legunt; Deus Deus meus respice in me, quum rectus sit, & legamus apud Prudentiam Deum in vocatiuo.

Sextus casus in vniuersum à præpositione pendet. Ablatiuus absolutus reijctur. Se Consule orabat Cicero Latinum, Sextus casus tertius in E, vel I. Cap. VII.

Sextus casus proprium nomen non habet, neq; enim semper significat ablatiuum, vt inde ablatiuus dicatur. Priscia-

nus

nus comparatiuum casum nominat, quia in sola comparatione (vt ipse putat) à præpositione non regitur, sed ex comparatiui natura. Nos sextum casum appellemus, aut casum præpositionis, quia semper à præpositione regitur. Vt sigillatim exponemus.

In cōparatione vt doctior omnibus, deest Præ. vide ellipsim.

In illis formis. Dicitur opinione: Calceus maior pede: potius videtur deesse Pro, quam Præ, nam solet addi sa pæ Pro, aut Quam pro: Vt sit Syntaxis. Maior est calceus pro pede, vel quam pro pede. Liuius lib. 2. 5: Maior quàm pro numero omnium editur pugna. Ellipsis præpositionis:

De instrumenti, pretij, modi, & verborum copie & inopie præpositionib⁹, vide Ellipsim.

In ablatiuo quem falso absolutum vocant, valde sunt allucinati grammatici. Sed illis danda venia est, hoc enim altioris est considerationis, quam quo possit ingenium grammaticorum ascendere. Ellipsis præp.

Præcipiunt grāmatici in hoc ablatiuo quæ vocat absolutum cauendū esse, ne duæ ille orationes sint eiusdē suppositi: negat enim dici latine: Se Cōsule orabat Cicero. Sed ratio stat cōtra. Nā si subintelligit semper ppositio, cum nō dicā: Sub me præceptore discā: vt dicis. Paulo præce

præceptore discam? Ouidius de Narcisso: Lacrymas quoque sæpè notavi me lacrymante tuas, & lib. 2. Amorum: Me duce adhuc voti finem, me milite veni. Idem. 2. Pastor. Hic castas duce se iubet esse maritas. Luca. lib. 5. Et latos fecit se Consule fastos. Idem libro. 6. seque arma tenente, ac nondum strato Magnum vicisse negavit. Claudianus, Illicitas Consul pœnas se Consule soluet. Plaut. Bacchidib. Necequidem illam me viuo corrumpi sinam. Idem Aulularia: In meis ædibus me absente neminem volo introumitti. Idem milito. Si ego me insciēte paterer vicino meo eam fieri iniuriam. Ibidem: Te vidente vides. Idem Mostell. Priusquam te me viuo vnquam sinā aut egere aut mendicare. Terent. Heaut. Qui se vidente amicum patiatur suam. Sed igitur incensura comicorum: Eum me iudice errorem dissoluam tibi. Quintilianus lib. 8. Hibericas herbas se solo nequidquam intelligente dicebat. Idem de declamatione. 4. Te volēte misisti. Curtius lib. 4. Quibus occultatis Sidona deuecti sunt. Suetonius Tiberio. 31: Iterum censente vt Trebianis legatam pecuniā transferre concederetur, obtinere non potuit Plinius lib. 10. cap. 9. Absumi que etiam se inspe etante patitur. Idem lib. 8. Prodentem se auctor est M. Varro. Idem lib. 7. ca. 2. Horum supra centum

centū viginti millia fuisse se prodente Ctesias scribit: Cicero in Bruto. Se audiente locuples auctor scribit Thucydides. Idem. 3. Philipp. Nobis vigilantibus, & multum in posterum prouidentibus, populo Rom. consentiente erimus profecto liberi breui tempore. Idem lib. 15. Famil. Non potes effugere huius culpæ poenam te Patrono. Ibidem lib. 1. Tenebamus memoria nobis consulibus, cæt. Ibidem. Denique memineras nobis priuatis, cæte. Idem in Pisonem. Quæ ornamenta etiam in sexto Clodio te Consule esse voluisti. Seneca de vita beata. Populo spectante fieri credam quidquid me conscio faciam. Idem. 3. epistolarum. Acerbum vri, quanto acerbius si id te faciente patiaris. Laurentius Valla. lib. 3. cap. 64. illud Horatij in arte tanquam nouè dictū admiratur. Laudator temporis acti se puero. Tu sic dispunge, & separa. Acti se puero, non laudator se puero.

Ablatiuus tertiæ declinationis in E. vel in I. antiquitus desinebat, de quo sic Consentius Romanus. Sed consuetudo & autoritas variat, & intra hoc pugnat, vt pleriq; in hac parte dubium dixerint ablatiuum. Hæc ille. Nos id probemus primum exemplis substantiuorum adductis. Dein de adiectiuorum. Varro lib. 1. cap. 3. Rustic. Fenestras habere oportet

H

ex ea

ex ea parti, unde commodissimè perflari possit. & lib. 3. capit. 3. In secunda parti. & infra: In tertia parti. Plaut. Menech. Satur nunc loquitur de me & de parti mea. Lucret. lib. 6. Ille ex æstifera parti venit amnis ab Austro. Et lib. 4. Et libella aliqua si ex parti claudicat hilum. Cato. cap. 37. Ex segeti vellito ebulu. Persius: Nonne pudet capiti non posse pericula cano Pellere. Idem, vos ò patricius sanguis quos viuere fas est Occipiti cæco. Idem Saty. 2. & acri bile tumet. Virgilius in Sileno. Serta procul tantum capiti de lapsa iacebant. Idem. 9. Æneid. Discussæ que iubæ capiti. & lib. 7. Cū dentibus albis Indutus capiti. Idem Eclog. i. & ingrata premeretur caseus, vrbi nō vnquā &c. sic enim dispungendus locus. Cicer. 4. de rep. citante Nonio: orbi terrarum comprehesos. Varro. Clauditur Oceano, Libyco mare, flumine Nilo. Elegans iocus est Plauti in Milite, de mare: Scen. Si alium. Nam si abstiniuissem amare tanquā hoc vterer. Aufonius de Occasione. Heu st u occipiti caluo es. Et lib. ff. 28. l. ult. de hæred. instituendis: licet modus in stitutioni cōtineret. Et in. l. si. ff. de hæred. inst. Cōtentā esse doti. Et. l. 1. §. preuaricatorē. ff. ad Turpil. Muneri defungi. Sepe in Digestis legimus hos ablati, petitioni, ferruminationi, affinitati, pmissiōni cōditioni. Et. l. 27. D. de Eui-

ction.

ction. Noxale, pro noxali. Tacitus. Fusti caput eius afflixit. Apuleius li. 4. Paratus nō fusti tātū, sed machæra percussus occūbere. Lucret. li. 2. Nā sæpe in colli tōdētes pabula læta. Idem lib. 5. Terrarū qui in orbi, &c. Gell. lib. 1. cap. 3. Hæc fini ames. Ibidem, qua fini, & li. 7. cap. 3. ea fini. Cato. cap. 113. anfarum infirmarum fini. Iam de nominibus neutris in E, Al, Ar, hæc sunt Prisciani verba: Vetusissimi solebāt huiuscemodi nominum ablatiuū etiam in E. proferre. Hæc ille & citat antiquos. Ego addo, Ouid. in Ibim. Et summam Libyco de mare carpat aquam. Et. 5. trist. eleg. 2. Exiguū pleno de mare demat aquæ. Lucret. libro. 1. E mare primū homines. Catull. Cū veniret à mare nouissimo. Quid dicā de nominibus, adiectiuis: Ouid. in Epist. Humēt inculte fonte perenne genæ. Et Fasti. 3. Amne perenne latens Anna perenna vocor. Et. 6. Fast. Extaque de porca cruda bimestre tenet. Idem in Epist. Paradis, Fore vt à cæleste sagita figar. Idem 15. Metam. Specie cæleste resumpta. Lucanus libro. 7. Erepto natale feret. Horatius. Cœrite cera digni. Idem. 1. Carm. Cum Tyburte via. Idem. 2. carm. Nec purpura, venale nec auro. Varro. 2. Rust. cap. 3. Collo breue, gurgulione longiore. Suet. Vesp. Conuiuabat assidue, ac sepius recta ac dapfile, vt macellarios

H 2 adiuua-

adiuaret. Preterea vigil, & pugil, confessione omnium faciunt in E, vel I. at sunt adiectiua. Et si imber facit E; vel I. cur composita non facient similiter, quæ omnia sunt adiectiua: vt September, October, &c. Nomina quoque in A S gentilia olim (teste Charisio & Prisciano) erant in Atis & ate: vt, Arpinatis & arpinate. Sed in E. & I. mittunt ablatiuum, quanuis sint qui negent per E, quos refellit Cicer. pro Cluent. Fratres gemini fuerunt ex municipio Aletrinate. Idem. 5. Tuscul. Nisi ab homine Arpinate didicisset. Liuius lib. 5. in Capenate agro. Idem lib. 10. ex agro Sentinate. Valer. Maxim. lib. 6. Ex illo Mario tam humili Arpinate. Mart. Metamque lactis Sarsinate de silua. Sunt & alia apud Plinium & cæteros. Sospiter Charisius ex Cæsare, Plinio, & Varone. Si de persona loquamur in E. fiet ablatiuus: si vero, de re alia in I, vt ab homine breue & ab itinere breui. Quare ab ædile semper dicendum, quia semper de homine dicitur. Hæc ille. Priscianus etiam ex eodem Charisio asserit. Si nomen sit proprium ex adiectiuo nunquam per I, asserit. vt, à Iuuenale, à Martiale, à Prudente, à Clemente. Si de negotio loquaris, per I, tantum: vt, in re clementi. Ego vera illos præcipisse pato, sed melius est, vt iam dicamus vsu esse factum, vt promiscue adiectiua

Adiectiua omnia mittant in E, vel I, ablatiuum. Ex tam multis colligitur errasse Grammaticos, dum præcipiunt nomina oppidorum, vbi aliquid sit, si sint tertiæ declinationis, poni in datiuo: vt, natus Carthagini, Sy cioni habitat, & ruri vitam agit. Ego assero melius dici, rure viuit, Carthagine natus, sed si illa reperiuntur, datiuos non esse, sed ablatiuos, Plaut. Mostell. veniunt ruri rustici. Terent. Phor. Opus ruri faciendum. Iustinus lib. 1. ruri iter ingressus: à pluri nunc dicimus, Charisius magis probat à plure, his verbis: ab hoc vetere, maiore, plure: non veteri, maiori, pluri. Quid quod ipse Valla hoc etiam aliqua ex parte vidit lib. 4. capit. 80. Reperiuntur (inquit) luci pro luce, & vesperi pro vespere, & ruri pro rure. Hæc ille. Plaut. Cistell. Postea autem tum primo luci. Sic dicimus tempori venito, & Cato dixit. Satifne tempori opera sient confecta, & si temporifacias. Charisius à rure vel ruri probat.

Plura adiectiua vni substantiuo eleganter iungi. Cap. VIII.

Dicimus, inquit Valla, Hic robustus messor, ista robusta mulier. Neque dicimus antiquus robustus messor. Antiqua robusta mulier. Hæc ille. At vero ratio ipsa

præscribit vni substantiæ simul multa coherere posse accidentia. Nam vt libenter fateor: Catonem non posse simul esse frigidum & calidum, ita libenter concedam, simul frigidū crassum, ac album esse. Cicero pro lege Manilia: Mithridates magnis aduenticijs multarum nationum copijs adiuuabatur. Ibidem. Quum ita clausa erant nobis omnia maria, vt neque priuatam rem maritimam, neque publicam gerere iam possemus. Idem. 2. de Oratore: Hæc perpetua contra Scuolam Curiana defensio tota redundabit hilaritate. Idem. 5. paradoxo. Quem nutum locupletis orbis nis non obseruat? Idem. 2. Tuscul. Sic ad malam domesticam disciplinam vitamque vmbatilem, & delicatam quum accesserunt etiã Poetæ, &c. Idem. 1. Philip. Non igitur prouocatio ista lege datur, sed duæ maximæ salutaris leges, quæstionesque tolluntur. Ibidem. Carissimus tuus paruus filius in Capitolium à te missus pacis obses fuit. Ibidem: Vt omittâ res autui prosperas, acerbissimum eius diem supremum malum, quàm L. Cinnæ dominationem. Idem. Phil. 5. Periculossimum ciuile bellum. Ibidem. bellum acerbissimū ciuile sit restitutum. Idem. 8. Epistol. Etiam externos multos, claros viros nominarem. Ibidem: Quasi de iuncti magnis meis veteribus officijs.

cijs. Idem de Oratore: Assidua diligens scriptura. Idem Verrinã. 2. Crepercius ex acerri ma illa equestri familia, & disciplina. Idem. 2. de diui. Vnde superstitiosa primum euasit vox fera. Idem Attic. lib. 7. belle nobis statim ab Epiro lenissimus Auster mitis. Idem 7. Pamil. Nisi nos pauciretineamus gloriam anti quam Atticam. Terent. Tum vt maleuoli veteris poetæ maledictis respondeat. Lucanus: Fulgura fallaci micuerunt crebra sereno. Martia. libro. 12. Nemendica ferat barbati prandia nudi pera rogat. Sueton. Nero in vetere gentili stemmate. Valer. Maxim. libro 1. c. 6. Puerum infantem femestrem. Idem lib. 4. Aurea Delphica mensa. Idem libro. 9. cap. 3. Nonne multo alieno sanguine profuso ad vltimum & suum erogauit. Sueton. Cæsare. In summo publico lectu. Curtius libro. 3. Quum captiuis mulieribus nobilibus. Ibidem. Captiua nobilis mulier. Cæsare. 1. Gall. quem locum duplici altissimo muro munierant. Linius libro. 1. Insignique eum veste & Curuli regia sella adornauit. Idem libro. 38. Hic speciosus vltimus dies Scipioni illuxit. Terentius Phormio introit ater alienus canis. Idem Eunuchio: Labore alieno magno partâ gloriam sæpè in se transfouet. Sic enim legèdus est locus, nō Magnâ.

Idem Adolph. Ego hanc clementem vitam urbanam atque otium sequutus sum. Varro lib. 2. de re rust. Quid rationes dominicas pecuarias conferre ne quicquam recte potest. Idem lib. 3. Quam severi boni viri laudabant. Plin. lib. 1. cap. 2. est lamina cerea tenui aurata. Seneca in Medea. Candida thyrsigeri proles generosa Lyci. Sed poetarum longum esset persequi testimonia. Passim etiam occurrit, ubi suppresso substantiuo, plura leguntur adiectiua. Ut in clyti Romani: supple homines. Integrum Aprilem te expectaui: sub, mensem. Super omnes & inferos testatur: sub. Deos. Miseri mortales, sub. homines. Splendidus Oriens, scilicet, Sol. Immensi molares, scilicet, lapides, Virg. Centum lanigeras macTABAT ritè bidentes, scilicet, oves. Tibull. lib. 2. Eleg. 2. Fictilia antiquus primum sibi fecit agrestis.

De relatiuorum constructione: & de relatione, quam habent inter se Hic, Ille. Cap. I X.

Rogabit aliquis: cur in arte Grammatica non proposuerimus pueris: Aliud esse relatiuum substantiæ, aliud accedens: Rogabo ego illos, Cur velint artes confundere, & facere ut nè intelligendo nihil intelligant?

gant: Hæc & alia multa sustuli, quæ ad grammaticum, etiam perfectissimum, nihil attinēt. Satis est enim grammatico scire, Tantus, quantus: Talis, qualis: Tot, quot: esse nomina adiectiua, nullamque habere relationem, nisi dialecticam; ut pater, filius, discipulus, magister. Diximus itaque; relatiuum collocari inter duos casus nominis vnius, ut vidi hominem, qui homo disputabat. Hunc loquendi modum taxat D. Hieronymus in Ruffinum. Sed multa sunt testimonia, quæ nostram regulam confirmant. Cicero Verr. 3. Ego tibi illam Acilianam legem restituo, qua lege multi simul accusati. Ibidem. Ex ea die, ad hanc diem quæ fecisti, in iudicium voco. Ibidem. Fauonius qui legem nosses, qua in lege numerus tantum columnarum traditur. Et. 4. Verri. Edictum enim hominis cognoscite, quo edicto omnia iudicia redegerit in suam potestatem. Ibidem. Cephalidi Mensis est certus, quo mense sacerdotem maximum creari oporteat. Idem pro Milone: Antefundum Clodij, quo in fundo. Idem pro Roscio Amer. Qui de ea re posses dicere aliquid, in qua re nulla subesset suspicio. Idem. 1. Verreina: Emptum est ex S. C. frumentum à Syculis Prætoris Verre, pro quo frumento pecunia omnis soluta non est. Ibidem. Quum illius diei mihi venit in mentem,

quo die citato reo mihi dicendum sit ; Nunc legitur, illius tēporis: Sed Pædianus illius diei agnoscit. Idem. 2. Agraria. Sequitur enim caput, quo capite non permittit. Idem ad Attic. lib. 3. Is causam habet, quam causam ad te defert. Ibidem lib. 8. Litteras abs te M. Calenus ad me attulit, in quibus litteris scribis. Idem ad Volumniū. Eutropia litterarum fecit, ut intelligerem tuas esse, quibus in litteris, &c. Ad Heren. libro. 1. Oratoris officium est, de ijs rebus posse dicere, quæ res ad usum civilem, &c. Ibidem: firma similitudine eius rei, qua de re agitur: ad eam rem, qua de re iudicatum est. Ibidem: Expositio est, quum res, quibus de rebus dicturi sumus, exponimus breuiter. Ibidem libro. 2. Deinde ea res similis sit eirei, de qua re agitur, aut dissimilis. Ibidem: Oporteat ne de ea re iudicium fieri, quæ res in iudicio non venit. Ibidem libro. 3. Et quæ similes sententias habebunt, quibus sententijs. Ibidem: Imagines igitur nos in eo genere constituere oportebit, quod genus in memoria manere diutissime potest. Cæsar. 1. Gall. Erant omnino duo itinera, quibus itineribus domo exire possent. Ibidem: Omnibus rebus ad profectioem comparatis diem dicunt, qua die ad ripas Rhodani omnes conueniant; Is dies erat ad

5. Kalend. Aprilis. Idem: Ultra eum locum, quo in loco Germani confederant. Idem. 6. Galli. Post diem septimum sese reuersurum confirmat, quem ad diem ei legioni, &c. Et paulo post: Diesque appetebat septimus, quem ad diem exirent, &c. Suetonius Iulio: Defedit apud Nicomedem, non sine timore prostrata regi pudicitia, quem rumorem auxit. Idem Augusto: Dubium euentu meliore, an voluntate, quam voluntatem, quum identidem præ se ferret. Teren. Hecir. Eodem ut iure uti senem liceat, quo iure sum usus adolescentior. Ibidem. Ita eam oppressit calamitas, eam calamitatem vestra intelligentia sedauit. Plaut. Stichus: Est causa, qua causa mecum ire veritus est. Idem Aulula. Id quod in rem tuam optimum esse arbitror, te id admonitum aduenito. Plinius: Mareotim lacum, qui lacus antea Arapotes nominabatur. Autor de viris illustribus. Vbi post multos annos arcula cum libris à Terentio quodam exarata, quæ libri, quia leues quasdam sacrorum causas continebant. Lilius libro. 3. 9. Neque harum rerum ullam rem in se, aut alios admiserant Sallust. Catil. Tunc lex Portia alia que leges parata sunt, quibus legibus exilium damnatis permissum est.

Solet

Solet in relatiuo deesse primus casus, ali-
quando secundus, nonnunquam ambo simul.
Exempla primi modi. Terent. Hecyra. Quia
enim qui eos gubernat animus, infirmum ge-
runt. Idem Heaut. Vnde habes? quã Bacchus
secum adduxit adolescentulam. Id est ab ea
adolescentula, quam adolescentulam. Plautus
Aulus. Nemini credo, qui diues largè blan-
dus est pauperi. Id est Nemini diuiti credo, qui
diues. Horat. Qui sit Mœcenas, vt nemo quã
sibi sãrtem, seu ratio dederit, seu fors obiecit,
illa contentus viuat: Ordo est, vt nemo cõ-
tentus viuat illa sorte, quam fortem. Cicero:
Quam quisque norit artem, in hac se exer-
ceat. Quintil. Vereor, ne quos porrexerim ci-
bos venena fiant. Terent. Andria: Populo vt
placerent, quas fecissent fabulas. Ibidẽ. Quas
credis esse has, non sunt veræ nuptiæ. In qui-
bus locis meras nugas, & antiptoses machinã
tur isti, quum dicendum sit: hæ nuptiæ non
sunt veræ, quas has nuptias credis esse veras.
Virgilius. 2. Æneid. Quod te per superos, &
conscia numina veri. Per, si qua est intemera-
ta fides, oro. id est per fidem. Idem. 6. Æneid.
Per sidera iuro, per superos, & si qua fides tel-
litur sub ima est. Idem Æneid. 12. Turne, per
has ego te lachrymas, per, si quis Amatae tan-
git honos. Et 10. Æneid. Vnum hoc per (si qua
est

est victis venia hostibus) oro. Hinc intelliges,
falli illos qui præcipiunt: si relatiuum præce-
dat, trahere ad se antecedens, quasi relatiuum
possit præcedere non apposito quod referen-
dum est.

Exempla secundi modi passim sunt peruia.
Vt vidi hominem qui dormiebat.

Vterque casus sic desideratur. Terentius
Adelph. Minimè miror, qui insanire incipiunt
ex iniuria, id est. Minime miror eos homines,
qui homines. Horatius. Sunt quos curriculo
puluerem Olympicum collegisse iuuat. Id est,
sunt aliqui homines, quos homines iuuat, cetera.
Obscurius hæc Liuius lib. 34. Cautum erat,
quo ne plus auri, & argenti facti, quo ne plus
signati argenti, & æris domi haberemus. Id est.
Cautum erat de modo, vel numero, quo num-
mero ne plus auri haberemus. Cicero Curio-
nili. 7. Sed eo vidisti inultum quod præfinsi
sti, quo ne plus emerem. Hæc Tranquil-
lus planius protulit in Iulio: Cautum est de
numero gladiatorum, quo ne maiorem cui-
quam habere Romæ liceret. Ibidem. Ex om-
ni prouinciarum copia Gallias potissimum
elegit, cuius emolumento & opportunitate ido-
nea sit materia triumphorum. Id est Gallias
elegit, prouinciam, cuius prouinciæ. Ouid. 2.
Metamorph. Præfide tuta Deo nemorum se-
creta

creta subibis. Nec de plebe Deo: Sed qui cæle-
stia magna sceptrâ manu teneo. i. me Deo,
qui Deus ego teneo. Sallust. Catil. Sed antea
item coniurauere pauci contra remp. in qui-
bus Catilina fuit: de qua quâ verissime potero
dicam: id est, coniurauere coniurationem, de
qua cōiuratione dicam. Cicero. 1. Philip. Vt
natum te esse ciues tui gaudeant, sine quo nec
beatus, nec clarus esse quisquam potest, id
est, gaudeant gaudium sine quo gaudio.

Aliquando tota oratio præcedēs per aliud
nomen explicatur: & est sillepsis, quia conci-
pimus totam orationem esse pro priore ca-
su, aut deesse potius casum priorem. Lilius
libro. 3. Inter alia prodigia etiam carne pluit,
quem imbrem ingens numerus auium inter-
uolitando rapuisse fertur. Sallust. Iugurth.
Deinde Philenorum aræ, quem locum Ægy-
ptum versus finem Imperij habuerunt Car-
thaginenses. Cicero: Plancus me retinet, spe-
rat posse fieri vt mecum in Italiam decedat:
quem ego diem si videro, &c. Idem Atti-
co: Quin etiam feci (quod profecto ante me
nemo) vt ipse per litteras me cōsolaret, quem
librum ad te mittam. Virgil. Arcumque ma-
nu, celeresque sagittas corripuit, fidus quæ
pela gerebat Achates. Idem. Interea socios
inhumataque corpora terræ mandemus, qui

solus

solus honos Acheronte sub imo est. Huius
generis sunt Parentheses illæ (quæ tua est
pietas) (quæ vestra libido est.) Quintil. Pæ-
dagogi, aut sint eruditi plane, (quam primam
esse curam velim) aut se non esse eruditos
fiant. Hoc nomen negotium subintelle-
ctum in relatiuo neutrali explicat etiam præ-
cedentem orationem. Terent. Qui habet sa-
lem, quod in te est, id est, quod negotium. Ci-
cero. Perdifficilis Brute quæstio est (quod tu
minime ignoras) De Natura Deorum. Plau-
tus Aulu. De alia re te rescuisse arbitrabar,
quod ad me attinet. Terent. Adel. Et quod
fortunatum isti putant, vxorem nunquam
habui. Sallust. Catil. Interea seruitia repudia-
bat, cuius initia ad eum magnæ copiæ cōcur-
rebant, id est, cuius negotij. Et in plurali: Cice-
ro. 2. epistola. Cum Pompeio complures
dies, nullis alijs nisi de rep. sermonibus, verfa-
tus sum: Quæ nec possunt scribi, nec scriben-
da sunt. Idem. Eadem mente comprehendi-
mus colorem, saporem, odorem, sonum, quæ
nunquam animus cognoscet. Et in sacris:
Lunam, & stellas, quæ tu fundasti. Quo
etiam in genere falluntur, qui pueris incul-
cant: genus neutrum concipere foemini-
num, vt triste lupus stabulis. Nam deest
πραγμα, id est, negotium. Atque hæc

iuxta

iuxta Latinorum veram præceptionem sunt disputata. Græci vero circa hæc licentius euagantur. Qui postquam vnum casum regunt alium huic sine rectione annectunt, dum modo aliquid cum illo habeat societatis. Vt: vt or libris, quibus habeo. Vide Hellenismum.

Hic, & Ille sic differunt, vt ait Laurentius; duobus positis, hic refert propinquius, ille remotius; vt Corydon, & Tyrfis, ducebant greges; hic oues, ille capellas. Sed (quod ignorauit Valla) regula hæc nõ est latinitatis, sed ad vitandam ambiguitatem; quum vero nulla potest contingere ambiguitas, parum refert vtro modo loquaris; vt vidi Hectorem, & Achillem, Hunc Troianum, illum Græcum. Cicero pro Ros. Quid est quod negligenter scribamus aduersaria? quid est quod diligenter conficiamus tabulas? qua de causa? quia hæc sunt mensura, illæ sunt æternæ. Idem. 4. de Finib. in princip. Quum duæ sint artes, quibus perfecta ratio & oratio compleatur, vna inueniendi, altera differendi: hanc posteriore & Stoici & Peripatetici: priorem illi egregie tradiderunt, hi omnino ne attigerunt euidẽ. Virg. Urbem, quam dicunt Romam, Melibæe putauit ultus ego huic nostræ. similem, quo sæpe solemus Pastores ouium teneros depellere scetus. Verũ hæc, cæt. Valer. Max.

lib. 2.

lib. 2. cap. 7. Scipio Africanus grauius in Romanos, quam in Latinos transfugas animaduertit, hos enim tanquam patriæ fugitiuos crucibus affixit: illos tanquam perfidos socios securi percussit. Ibidem: Quorum nescio utrũ maius dedecus fuerit quod patria spes, an quod hostis metus nihil in ijs reposuerit, hæc pro se, ille ne aduersus se dimicarent parui pendendo. Idem lib. 5. cap. 4. de Scipione & Coriolano: Ille enim metu patriam pulsauit, hic verecundia, & sæpe apud Valer. Max.

De Comparatiuorum constructione.

Caput. X.

Circa Comparatiuorum constructione nugis armati pugnant Græmatici: multa confinxit Priscianus. Scaliger multa frustra philosophatur. Egregie tamen ineptus est Valla, cuius studium fuit Latinam linguam compedibus constringere. Hic reliquos Grammaticorum dedit præcipites. Ex Prisciano tamen lib. 3. ii. princ. sic nos de Comparatiuis præcipimus.

Comparatum nomen est, quod vnum, vel plura, sui, vel alieni generis superans dissoluitur. Ipositiuũ, & aduerbiũ Magis. Vt, Cicero fuit eloquentior fratre, vberior Demosthene,

I

Roma-

Romanis facundior; cæteris oratoribus prou-
 detior; Græcis & Romanis omnibus suauior;
 quo nemo vel Græcorum, vel Latinorum do-
 ctior. Duo tamen hic sunt consideranda, quæ
 non solum grammaticos, sed peritos etiam la-
 tuerunt. Primum est: comparatiua nullum ca-
 sum regere. Vnde sunt illa, quæ grammaticos
 conturbant: Similior sum patri, quam matri:
 Litteris, quam moribus instructior: nulli am-
 nium claritate inferior; Maior quam pro nu-
 mero sonus: celerius opinione hominum. Curt.
 libr. 5. maiorem quam pro flatu sonum ede-
 bat. Alterum est: in comparatiuorum ablati-
 uis deesse. Prævide ellipsim. Nunc vero con-
 tra Vallam, & eum sequutos comparatiua in
 ter plura sui generis habere locum luce cla-
 rius ostendam. Plinius de tribus pyramidibus.
 Tertia, inquit, maior prædictis, sed multo spe-
 ctatior. Sallusti⁹ de tribus filiis: Te Ingurtha,
 qui ætate & sapientia prior es. Valer. Maxim.
 de tribus Dionysijs: Tertium te importunio-
 rem superioribus habere capimus. Apuleius
 libr. 9. E tribus iunior. Apud Horatium se cõ-
 parat Hypermetra reliquis sororibus libr. 3.
 Oda. 11. Ego, inquit, mollior illis. Plinius
 libro. 36. capit. 7. de generibus marmorum.
 Viride cunctis hilarius. Idem libro. 36. cap. 9.
 de quadam nauis: Omnibus, quæ unquam in
 mari

marivisæ sunt, mirabiliorem. Valer. Maxim.
 lib. 4. cap. 3. Fabricius Lucinus honoribus &
 auctoritate omni cui temporibus suis maior,
 censu par vnicique pauperimo. Idem libr.
 5. cap. 3. Neminem Lycurgo aut maiorem,
 aut vtiliorem Lacedæmon genuit. Columella
 libro. 6. Nonnunquam etiam in olea vnus ra-
 mus cæteris aliquando lætior est. Plinius Iu-
 nior: Dies alibi, hic nox pigrior & dærior om-
 nibus noctibus. Curt. libro. 6. Mare Caspium
 dulcius cæteris. Apuleius libro. 2. Florido-
 rum: Fuit Hippias è numero Sophistarum
 prior omnibus. Lactantius: Omnes sibyllæ
 vnum Deum prædicant, maxime tamen
 Erithræa, quæ celebrior, & nobilior inter ex-
 teras habetur. Quem locum impudentissimè
 damnat Valla. Quum ipse, qui alios auda-
 cter carpit, audeat dicere cap. 8. de reciproca-
 tione. Posterior, quæ & quarta est causa: sed
 ego te licet immerentè defendam Valla. Ci-
 cero. 1. de Natura Deorum. Mundum rotun-
 dum esse velint, quod ea forma vlla neget
 esse pulchriorem Plato. Ibidem: Elephanto
 belluarum nulla prudentior. Ibidem: Quæ
 figura, quæ species humana potest es-
 se pulchrior? & paulo post: Forma quo-
 que esse pulcherrima debeat, nec esse hu-
 mana yllam pulchriorem. Et infra. Num
 I 2 etiam

etiam est vna omnium facies, nam si plures
 aliam esse alia pulchriorem necesse est. Ibidem.
 Itaque in illis selectis breuibusque sententijs
 hæc prior sententia est. Idem. 1. de Oratore.
 Cumque illo nemo nec integrior esses in ciui-
 tate, neque sanctior. Idem officiorum. 1. Sed
 omnium societatum nulla præstantior, nulla
 firmior, quam, cæt. Idem lib. 1. Natura Deo-
 rum. Quis omnium doctior, quis acutior, quis
 in rebus vel inueniendis, vel iudicandis acrior
 Aristotele? Idem. 2. Officio. Rerum autem
 omnium nec aptius est quicquam ad opes
 tuendas, ac tenendas, quam diligi. Idem ci-
 tante Nonio. Omnium autem rerum ex qui-
 bus aliquid acquiritur. Idem epist. 5. libro. 9.
 Nemo est illorum omnium mihi te iucun-
 dior. Lentul. in epistolis Ciceronis. Idcirco na-
 ues onerarias, quarum minor nulla erat du-
 millium amphorarum. Curt. libro. 9. In ocu-
 lis duo maiora omnium nauigia submersa
 sunt. Sed hæc duo testimonia reprehendunt
 imperiti. Plinius: Animalium fortiora, quibus
 sanguis crassior. Curt. lib. 6. Cleander priores
 eorum intronitti iubet. Gell. lib. 14. cap. 7.
 Qui eorum prior alijs esset. Pompon. Mella
 de Danubio. Eorum qui in nostrum mare deci-
 dunt tantum Nilo minor. Idem lib. 3. cap. 3.
 Sylvarum Hircinia vt maior alijs, ita & no-
 tior.

tior. Paul. Æmilius in Trassullo. Neque
 quisquam est vulneratus nisi qui prior impu-
 gnare voluit, sed quando semel coepimus. ad-
 damus & poetarum testimonia. Home. Iliad. 2.
Ἰὺν Πάτερ, ἔτι σέιο ὀλοώτερος. idest Iupiter
 Pater non Deorum aliquis te perniciosior.
 Virgil. 8. Æneid. Sed cunctis altioribat An-
 chises. Quid. 3. Metamorph. Nam doctior il-
 lis Iſmenis Crocale. Idem. 13. Omnibus infe-
 rior, quas sustinet arduus Æther. Idem in Lean-
 dro. Tanto formosis formosior omnibus illa
 est. Idem. 1. Metam. Sanctius his animal men-
 tisque capacius alta. Ibidem de Zonis. Quin-
 ta est ardentior illis. Ibidem. Non illo melior
 quisquam, vel amantior æqui vir fuit, aut illa
 reuerentior vlla Dearum. Idem. 2. Metamor.
 Quanto splendidior quam cætera sidera ful-
 get lucifer. Et quæto quam lucifer aurea Phœ-
 be, Tanto virginibus præstantior omnibus
 Herse. Horat. 4. Carmi. Cæteris maior tibi mi-
 les impar. Plaut. Captiuis: Non ego nunc pa-
 rasitus sum: sed regum rex regalior. Idem Sti-
 cho: Verum ex multis nequiores nullum,
 quam hic est. Ibidem: Conspicatus sum inte-
 rim cæcurnum, quò ego me meliorem non vi-
 disse senteo. Idem Casina. Te fene omnium
 senum neminem esse ignauiores, Papin. Sta-
 tius lib. 3. Cunctisq; prior Cadmeus Heros.

Idem lib. 6. Prior omnibus Idas Proflit. Martialis libro. 1. Hic totus volo rideat libellus, & sit nequior omnibus libellis. Ex his tam multis hæc velim colligas: Primum Comparatiuum inter plura sui generis habere locum: atque adeo cum genitiuo plurali inter plura sui, vel alieni generis. Deinde errasse Priscianum, Diomedem, Donatum, Seruium, & Laurentium, qui comparatiuum Prior, de duobus dici tantum præceperunt. Errasse etiam Laurentium, & eum sequentes, quum inuolcant, comparatiuum inter duo tantum regere genitiuum pluralem. Nam hoc monstrum simile est, si dicas genitiuum illum, qui sit partitionis, regi à comparatiuo æquum enim dicit: Oculorum dexter est acutior, dexte sinistro, vel quàm sinister. Itaque comparatio non fertur in genitiuum, imò vero dexte ex numero. ut in Ellipsi. Istorum error conuincitur, quum inter duo comparatiuum habet præpositionem De, vel, Ex. Cæsar. 1. ciuili. Sed ex propositis consilijs duobus, explicitius videbatur ad Herdam reuerti. Postremo ridiculam esse defensionem Despauterij, & Ascensij, quum defendunt Valla, dicentes in huiusmodi sermone: Cicero est doctior Icalis, deesse Reliquis, vel cæteris. At Valla non diceret: Medius dignus est cæteris maior;

maior; nam reprehendit Lactantium de Sibyllis dicentem: Quæ celebrrior & nobilior inter cæteras habetur. Nec diceret Valla ad illud Ouidij, Quinta est ardentior illis, deesse cæteris.

Ex his igitur liquido constat non esse reprehendendas phrasas illas in sacris litteris: Maior discipulorum: Minor fratrum: & illud Pauli ad Corint. 1. cap. 3. Nunc manent Fides, Spes, Charitas, tria hæc: Maior autem horum est Charitas. Hic ego non video, præcipue si græca consulas, quo modo melius hoc potuerit enuntiari. Nam Græci non ferè aliter loquuntur. Matthæi cap. 3. de grano sinapis, *ὁ μικρότερος μὲν ἐστὶ πάντων σπερμάτων, ὅτι ἀπὸ αὐτοῦ μέγιστος τῶν λαχάνων ἐστὶ*, idest. Quod minus est omnibus seminibus, quādo autē excreuerit, maius est omnibus oleis: Eadē verba repetuntur Marci ca. 4. Sapient. 7. Omnibus mobilibus mobilior est sapientia. Itē Sapient. cap. 10. Ut scirent, omnium potētior rem esse sapientiam. Daniel cap. 9. Quod esset honorabilior omnium. Anacreo *χαλεπότερος δὲ πάντων*, idest quod est omnium difficilior. Et vulgatum illud, quod adducit Suidas *παντῶν δὲ ἀνθρώπων σοφώτερος σοφώτης*. 1. omnium hominum sapientior Socrates. Celebris ad nram doctrinā loc⁹ est apud Hora. li. 3. o. d. d.

Ætas parentum peior auis tulit nos nequiores, mox daturos progeniem vitiofiorem. Vides tria ex ordine comparatiua, non vt Grammatici docent post comparatiuum addendū superlatiuum. Item Martialis lib. 5. epig. 2. Creta dedit magnum inaius dedit Africa nomen, nobilius Germania. Cicero. 6. Paradox. Filiam quis habet pecunia opus est: duas, maiore: plures, maiore etiam.

Illud insuper non fuit omittendum quod Scaliger, & alij docti contra Quintilianum viderunt; comparatiuum nunquam sumi propositiuo: sed debere intelligi casum comparationis: vt: sum paulo infirmior, sup. solito: vel quam antea. Ocyus huc venite omnes: sup. dicto. Vt: Et dicto citius tumida æquora placat. Neque vero assentior Varroni (si modo Varronis sunt quæ citant seruius: & Lauren. lib. 1. cap. 12.) Iuuenior, inquit, & senior comparatiui sunt per diminutionem: Senior non satis senex, Iuuenior, non satis iuuenis. Vel intra iuuenem: sicut Pauperior, intra pauperem. Simile quiddam ex Varrone citat Cersorinus de die natali cap. 14. Vtique ad sexagesimum annum, seniores vocitatos: quod tunc primum senescere corpus incipiat: inde vsque ad finem vitæ vnusquisque quintum gradum in factū, in quo qui esset senex appellaretur, quod ea

ætate

ætate corpus senio laboret. Gellius libro. 10. cap. 28. eadem fere videtur sentire. Quibus oppono Quintil. lib. 3. cap. 1. de Isocrate scribente. Eo iam seniore (octauum enim & octuagesimum impleuit annum.) Ouid. 2. Trist. Sospite sic te sit natus quoque sospes, & olim imperium regat hic cum seniore senex. Id est filius senex, cum patre seniore. Mart. libro. 6. in principio: Cui pater æternas post sæcula tradat habenas, qui que regat orbem cum seniore senex. Virgil. lib. 5. Assueti syluis comites senioris Acestæ. Idem: Aui maturus Acestes. Et. 2. Aneid. de Priamo: Senior. Idem de Charonte lib. 6. Iam senior, sed cruda Deo, viridisque senectus, id est, magis quam senex: hoc est, senex senior. Plinius de apibus lib. 11. cap. 10. Seniores intus operantur. Cicero de Senectute. Tum etiam Cato loquutus, quo erat nemo fere senior temporibus illis, nemo prudentior, Facio te certior, non est facio te certum, sed Romanæ urbanitatis causa, ne viderent docere alios, dicebant: Faciam te certior, scilicet, quam tu es. Sic maiores nostri: sic plures horas, scilicet, quam vnā, Plus eo; dixit Terentius.

Particula Quam non semper petit simile casum præcedenti (vt imperiti docent.) Nec enim dices: vt or Cicerone, doctiore quam

Sallustio: habeo vestem Titij melioris quam Sempronij. Sed addes aliud verbum: vt dedi pecunias Titio fideliori, quam Sempronius est. Cicero ad Quint. Dixitque aperte se munitionem ad cultodiendam vitam suam fore, quam Africanus fuisset. Lilius lib. 26. Vt gloriari possis, multo fortiozem, quam ipse es, virum abste occisum. Valer. Max. lib. 3. ca. 2. Vt gloriari possis aliquādo virum fortiozem, quam ipse es, tuo iussu esse interemptum. Cicero lib. 1. de inuent. Si vicinus tuus, meliore equum habet, quam tuus est. Idem ad Pōpē. um: Vbi tibi multo maiori, quam Africanus fuit, me non multo minorem quam Lælius facile & in rep. & in amicitia adiunctum esse patiare. Plaut. Curc. Meliorem, quam ego sum, suppono tibi. Cicero. Nihil tibi concedo, quo studiofior eius sis, quam ego sum. Itaque rectus rectum petit, cum, Quam, expresso vel subintellecto. Vt Cicero doctior est, quam Sallustius. Aliquando Particula (quam) præcedente accusatiuo petit accusatiuum. Terent. Ego callidiorē hominem, quam Parmenonem, vidi neminem. Vbi aliud verbum (vidi) supplendū est. Non enim ex vi & natura particulae (Quam) accipimus similem casum præcedenti, si verbum subintellectum illum non regat.

Superlata

Superlata neque casum regunt, neque magis comparant, quam possessiua.

Cap. XI.

Peruerfa Grammaticorum opinio ita late peragata est, vt iam fere nullis machinis labefactari queat. Iam enim persuasum est omnibus, tres esse gradus in comparatione. Doctus, Doctior, Doctissimus. Quod in presentia, si attentis animis excipiamur, facili negotio dissoluemus. Sola nomina comparatiua comparant. Nam in illis, Gratae mihi fuerunt litterae tuae: & Gratissimae mihi fuerunt litterae tuae; nulla est comparatio: sed quaedam amplificatio, qualitatis in superlatiuo, vt vocant. Nā hoc nullum aliud peius nomē potuit inueniri. Sed nos hoc nomine vtēmur, vt tantum intelligamur. Siquidem ita fert Barbarorum vsus. Hispanē dicimus, non per comparisonem, sed per incrementum: Es hōbre doctissimo: es muy hermoso: es hermosissima. Nullam igitur in his nominibus esse comparisonem argumentis conuincam necessarijs.

Grammatici ipsi fatentur superlatiuum idem significare quod positiuum cum aduerbio valde (ego dicerem cum aduerbio maxime) vt doctissimus, id est valde doctus,

scu

seu maximè doctus. Vbi ego nullam comparationem video. At dices, in superlato absolute posito hoc facile potest concedi: Dubium est, si genitiuis pluralis accedat. Tùc enim nõ videtur ullomodo excludi posse comparatio.

II. Accedat igitur secunda ratio. Hæc comparatio, quàm tu existimas, fit etiam aptè perpositiua etiam cum genitiuo plurali. Vt sancte deorum. Sanctissimè deorum. Plinius lib. 13. Inter omnes potentissimus odor; quo sensu dixit Linius libro. 3 6. Inter cæteras pugna fuit in signis. Virgil. 4. Aneid. Sequimur te sancte deorum quisquis es. Et sepe apud Homer. Δία θεάων, idest diua dearum. Vnde Ennius: Dia dearum. Idem: respondit Iuno Saturnia sancta dearum. Sic dicimus: Vna sororum: Vnus Gallorum: vel ex Gallis: Primus sapientum: Medius digitorum: Octauus sapientum dixit Horat. Ouid. 1 1. Metam. Mire Deum numen Bacchus. Linius: Macedonum fere omnibus & quibusdam Hadrianorum, vt manerent, permittit. Plin. Lanarum nigrae nullum colorem bibunt. In omnibus ijs deest, ex numero: vt in ipsis superlatiuis. Vide Ellipsin. Græci sæpiissime vtuntur genitiuo plurali cū positiuis in quibus credo deesse περι. Apollonius lib. primo Argonau. περι γὰρ βαθυλή & άλλων νησῶν, idest, præ alijs fertilis insulis. Hesiodus

Hesiodus in Ergis: ιαπετιονιδη πάντων πέρι μήθεα εἰσός, idest: Iapetide ex omnibus consilia sciens. Aratus de Ariete περι γὰρ πολέων εὐάστρη εστ, idest, præ multis enim fulgidus est. Apollonius rursus superlatiuo iungit περι, lib. 2. de Phineo: οὐς περι δὴ πάντων δλωτάτα σιματα ἀνέτη, idest, qui præ omnibus miseriam passus grauissimam. Frequentius addūt Græci ἐν, Aristoph. φίλτατε ἐν τῶν άλλων θεῶν: idest, Amice ex omnibus dijs. Lucianus de sectis: ἀριστος ἐξ ἀπάντων προειπῶν, idest, optimos omnium significans.

Non possum tibi negare per superlatiuum fieri comparationem, si accedant præpositiones, Ante, Propter, vel Inter. Vt in illo Virgil. Petit ante alios pulcherrimus omnes Turnus. Suet. Vitell. Famosissima super cæteras coenafuit ei data. Sed vis comparationis non est in nomine, sed in præpositione. Vide plura in Ellipsi.

Deinde si superlatiuum compararet necessario haberet casum comparationis, ad quem fieret comparatio. Sed hoc non fit: nam genitiuis ille partitionis est, non comparationis. Et ita absolute ponuntur semper superlatiua. Siquidem nullus casus adiunctus ad eorum naturam spectat. Vide Ellipsin ex numero. Quid quod eadem hæc vis partitionis fit per

III.

III.

per cōparatiua, & alia noīa. Superlata igitur, sicut & alia, ponuntur semper absolute. Cicero. Nemo est illorū omniū mihi te iucundior, Plinius. Belluarum Elephanto nulla prudentior. Et cætera, quæ diximus in comparatiuis.

VI. Si superlatiua compararent, id etiam negando facerent, aut interrogando; sed id non fit. Non enim dices: Romanorum nemo Cicerone, vel quàm Cicero fuit doctissimus, sed doctior. Cicero pro Ligario: Nulla de virtutibus tuis plurimis, neque gratior, nec admirabilior misericordia est. Idem contingit interrogando, vt quis Romanorum fuit Cicerone vberior, vel elegantior?

VII. Iam fortissimus Græcorū; Fortissimus ex Græcis, Fortissimus ex numero Græcorum, Fortissimus inter Græcos, idē significare fatetur omnes; Cur igitur tibi cōcedam in primo esse comparisonem, in cæteris partitionem?

VIII. Si in superlatis esset comparatio, vtiose & ambigüe scripsisset Cicero ad Trebat. Sic habeto, nō tibi maiori curæ esse, vt iste tuus discessus fructuosissimus tibi sit, quam mihi. Nō enim scire possemus quō referri deberet particula, Quàm, ad fructuosissimus ne, an ad maiori. At vero hic vna est comparatio non duæ. Et ordo est: sic habeto, non tibi maiori esse curæ, quam mihi, vt iste tuus discessus sit tibi fructuo-

ctuosissimus: Id est, maxime fructuosus. Vt superlatum semper absolutum maneat.

IX. Si superlatū significaret vltimū excessum, quod Grāmatici asserunt, nō haberet numerū pluralem, quia vnus semper in eodē genere tantum deberet excellere sed Cicero dixit: Duos Scipiones fortissimos; & optimos viros & duas opulētissimas vrbes Carthaginem & Numātiā. Carthago igitur est opulētior Numātiā, & Numātia est opulētior Carthagine: qđ ridiculū est. At si dicas hæc eadē ratio erit in cōparatis nominibus, nihil ages: Oēs enim mecū cōcedūt, in cōparatiuis excessū esse, sed nō vltimū excessum: qđ de superlatiuis Grāmatici asseruerūt. Eadē ratione superlata non possentiūgi nominibus distributiuis: vt Doctissimus quisq; , oēs doctissimi: qđ & Valla negauit: dicens nomen (omnis) non posse iungi superlatiuis. At Cicero dixit: Obieruor à familiarissimis Cæsaris omnibus. Idem, non omnia minutissima consecrabitur.

X. Si superlatiua significaret vltimū excessum, inter duo locū nō haberēt. Sed locū inter duo habere cōtra grāmaticorū turbā ostēdamus. Terēt. Adelp. de duobus fratribus, inquit De mea. Id mea minimè refert, qui sum natus maxim⁹. Pōponi⁹. Mella de duob⁹ Euxini angulis, li. 1. c. 2. 1. Angulitissimū Pōri facit angulū. Cicero. 2.

Cicero. 2. de Inuentione. Quaquam praestat honestas incolumitati: Tamen vtri potissimum consulendum sit, deliberetur. Idem ad Marium. Quum dubitaret in Italia ne maneret, an ad bellum tenderet: sic intulit: Quo tempore vidisti me profecto ita conturbatum, ut non explicarem, quid esset optimum factu. Idem lib. 1. 1. epist. 10. Sed neque Caesari imperari potest, neque Caesar suo exercitui, quod vtrumque pessimum est. Liuius lib. 1. Numitori, qui erat stirpe maximus, regnum legat.

XI. Praecipunt Grammatici comparatiuum si praecedat superlatum plus significare. Ut Cato doctissimus est, sed Cicero doctior. Ego assero in vniuersum comparatum semper comparare. Superlatum minime quocunque loco ponatur. Ut doctior est Cato, quam qui doctissimus. Plaut. Trinummo. Verum meliora sunt, quam quae deterrima. Cicero ad Terentiam: Ego sum miserior, quam tu quae es miserissima. Denique vbicumque sit comparatum maiorem vim habet, quam superlatum: imo omnis comparatio semper fit in comparatiuo, aut per illas, quas diximus, praepositiones.

XII. Non tamen dissimulabo esse aliquas phrases apud Latinos quae videantur agere partes Grammaticorum, qui praecipunt tres esse gradus. Ut Doctus, Doctior, Doctissimus, quod ego

ego semper negaui: Nam si superlatiuum ponatur in tertio gradu, non propterea (ut dixi) significat comparationem, sed idem significabit, ac si solum poneretur. Quod acriter est aduertendum, ne parum perspicaces Grammatici ijs testimonijs ad suam comprobanda inscitiam abutantur. Quod planum fiet, si in quatuor, vel quinque fiat comparatio: nam in septem Nili ostijs, si dicas: primum magnum est, secundum maius, tertium maximum; quoniam rogo pacto reliqua numerabis; nisi dixeris: Primum magnum est, secundum maius, tertium maius, quartum maius, quintum adhuc maius, &c. Potuisses primo loco dicere. Primum maximum est. Sic igitur intelligendus est Cicero pro Ligario: Alij errorem appellant, alij timorem: Qui durius spem, cupiditatem, odium, pertinaciam, qui grauissimè, temeritatem. Idem lib. 4. epist. 13. Sed tu hoc melius, vel optimè omniù. Idè lib. 1. 1. epist. 1. Si melior casus fuerit, reuertemur Romam: si mediocris, in exilio viuemus: si pessimus, ad nouissima auxilia descendemus. Hic incipit à comparatiuo ascenderit ad positium, & superlatiuum: Plautus Capriuis actu. 3. Miser homo est, qui ipse sibi quod edit, quaerit, & id ægrè inuenit: sed ille est miserior; qui & ægrè quaerit, & nihil inuenit: ille miserimus est, qui

quum esse cupit, quod edat non habet. Miserimus, id est, omnino miser, vel maxime miser. Plinius lib. 1. 8. cap. 6. Malum patrem famillias, quisquis interdum faceret, quod noctu posset, nisi in tempestate cœli; peiorem; qui profectis diebus ageret, quod feriatis deberet; pessimum, qui fereno die subiecto potius operetur, quam in agro. Cornel. Celsus lib. 2. cap. 1. 8. Grauior his ex lacu aqua; grauisima ex palude. Sed si locum integrum legas, videbis alium superlatiuum, ante comparatiuum, Terentius. Adolph. Quid si maius aliquid terebret. Mit. Quasi hoc non sit maximum. Helena Paridi apud Ouidium: Lude, sed occulte maior non maxima nobis est data libertas, quod Menelaus abest, id est, non est nobis maximalis libertas, sed maior, quam antea. In omnibus his potuisses incipere à superlatiuo.

XIII.

Nomen Proximus superlatum esse nemo, ut opinor, negabit. At Cicero & alij, quum aliquid enumerant, in secundis locis ponunt, non in tertijs, aut quartis. Unde tota tua doctrina de superlatis, atque adeo nomen ipsum superlatiuorum euanescent, & prosternitur. Cicero. 1. Offic. Prima societas in coniugio est: proxima in liberis: deinde vna domus, &c. Ibid. Sed si contentio quædam, & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum sit Officij, princi-

pes

pes sint patria, & parentes: proximi liberi, totaque domus. Idem. 2. Inuent. Summa necessitudo honestatis, huic proxima incolumitatis, tertia, & leuissima commoditatis. Idem. 1. Offic. Maximam vim natura habet, fortuna proximam. Plin. lib. 1. 2. cap. 1. 3. A sacrum optimum in Ponto, proximum in Phrygia, tertium in Illyrico.

Elegantissimus est locus Pomponij Melæ lib. 1. cap. 8. Fons media nocte feruet, mox & paulatim tepescens fit luce frigidus, tum ut sol surgit, ita frigidior, subinde per meridiem maxime riget: sumit deinde tepores iterum, & prima nocte calidus, atque vtile procedit, ita calidior, rursusque quum est media, perferuet. Vides in tertio loco verbum positum pro comparatio, vbi Grammatici superlatiuum collocandum putant. Quod & ego quoque sic collocare ni, sed sine comparatione vlla, & absolute. Ut de eodem fonte Plinius libro. 2. cap. 1. 0. 3. circa meridiem maxime frigidus, mox paulatim tepescens, ad noctis media feruore, & amaritudine infestatur.

Nunc aliquas Vallæ rationes cõuellamus: nam omnes persequi esset importunum. Non putat ille locum esse superlatiuo vbi sit diuersum genus, ut Cicero fuit Græcorum & Latinorum disertissimus. Sed longè

K 2 fallitur:

XIII.

fallitur: nec in hac parte quid sit genus intelligit, quum reprehendat illud Macrobij: Age serui, non solum adolescentum, qui tibi æque ui sunt, sed senum quoque omnium doctissimi. Quasi vox (doctissime) non sit genus iuuenum & senum. Sed quid attinet genus inculcare, quum hic sit partitio, ut sæpè diximus? Cur igitur eadem opera non reprehendis Ciceronem pro domo sua, dum inquit, Hoc ministro omnium non bipedum solum, sed etiam quadrupedum impurissimo, remperdidisti. Et in Bruto: Phalerius successit ijs senibus adolescens eruditissimus ille quidem horum omnium. Idem. Dijisti Sigulio male faciât homini nequissimo omnium qui sunt, qui fuerunt, qui futuri sunt. Plin. in epistola: Regulus omnium bipedum nequissimo. Plinius lib. 9. velocissimus omnium animalium non solû marinorum est Delphinus: id est, maximè velocis. Cicero. 1. de Oratore. Iuris peritorum eloquentissimus, & eloquentium iuris peritissimus. Casall. Phasellus nauium celerrimus. Idem. Disertissime Romuli nepotum, quot sunt, quotque fuere Marce Tulli, quotque post alij erunt in annis. Martial. lib. 12. Non est, crede mihi, bonus: quid ergo? ut verum loquar, Optimus malorum. Ibidem, vltimus bonorum. Idem Valla præcipit, ne dicamus: hæc est

est pulcherrima suarum fororum; sed pulcherrima fororum: quia fororum ipsa vna est, suarum non est. Egregia vero ratio, & tali viro digna! Eodem ergo argumento dicere non possumus: horum digitorum, aut omnium digitorum medius est longissimus. Errauit igitur Cicero. 3. Tuscul. Zeno istorum acutissimus. Idem. Demetrius horum istorum politissimus, & multa que supra citauimus. Illud multo putidius. Non potest (inquit) locus esse superlatiuo citra tertium gradum: nam si inter plura vascula æqualia vnum sit magis capax, non rectè dicas; hoc est omnium maximum: quasi Latine non optimè dicatur: Pessimè tecum actum est: mecum vero malè: durius cum socijs nostris: vel sic. Salus homini pretiosissima est: vita dulcior, pecunia optabilis. Si intellexeret Laurentius, nullam hic esse comparationem, quum dicimus: omnium maximum, sed partitionem; has argutias mitteret. Attende contra Vallam Liuij verba lib. 7. Inde Barbari dissipati vertunt impetus in suos, fusi que per campos (quod editissimum inter æquales tumulos occurrebat oculis) arcem Albanam petunt. Non attēderat item Valla quod superius adduximus, superlata inter duas res habere locum. Acutius disputabat amicus quondam meus ex loco Ciceronis, sic colli-

gens. Hoc nomen summus superlatum est
 sed summum vocat Cicero, quo nihil sit supe-
 rius, significat igitur vltimum excessum, si-
 mulque comparationem. Locus autem sic se
 habet in secunda Tusculana: Summum dico,
 quo nihil est superius; breue, quo nihil est bre-
 uius, & infra: Summum autem dico, etiam si
 decem atomis est maior alius: Hæc Cicero,
 Sed hic locus nil obicit nostræ doctrinæ, Nā
 si velim negare summum esse superlatum,
 eodem modo illi facere possem: sed sit sanè super-
 latum; nōne sequitur statim: breue voco, quo
 nihil est breuius: potuisset etiam dicere: Mag-
 num voco, quo nihil est maius; & nigrum
 quo nihil est nigrius. Sed illo in loco ridet
 Cicero Epicurum de summo & breui dispu-
 tantem. Summa sit nostræ disputationis:
 comparata, & superlata nullum penitus ca-
 sum regere. Nam si fuerit ablatius (vt; Do-
 ctior Catone: Celerius opinione) deest Præ-
 si fuerit Genitiuus (vt: Pedum dexter est ve-
 locior: Omnium horum maior est charitas;
 sororum formosior; vel sororum formosif-
 sima) deest, Ex numero; vt sepe iam
 ostendimus, partitio enim
 est, non compa-
 ratio.

De vsu reciprocorum, Contra Vallam, Budæum, & Quintilianum.

Cap. XII.

IN labyrintho reciprocationis diligentio-
 rem Theseum optarem, qui filum duce-
 ret, quam fuit Valla, qui magno conatu
 magnas, vt solet, nugas dicit, non parcens in-
 terim grauisimis scriptoribus. Quid hic sit
 tenendum, aut fugiendum, accipe. Stultum
 est ea scribere aliquem, aut loqui, quæ ne pe-
 ritissimi quidem intelligant; quare amphibolia
 maxime vitanda est: in reciprocis vero con-
 tinget vel maxima, nisi regulis adhæreas; qui-
 bus poteris superfedere, dum ambiguitas nō
 potest contingere, aut sensus est apertus:
 Quare vbi est prima vel secunda persona, re-
 gula nulla erit: vt cepi columbam in nido
 suo, vel eius vel ipsius: ille tibi irascitur,
 quia sibi nocuisti, vel ei nocuisti. Hoc Val-
 la nesciuit, quia damnat illud Ouidij. Respi-
 ce Laerten, vt iam sua lumina condas. Et
 corrigit illud in Sallustium. Nolite hunc iu-
 dicare ex operibus suis: Budæus etiam hoc
 non animaduertit, quum multa contra Val-
 lam congerit in commentarijs. Cice. 2. Verri.
 Vt non modo in auribus vestris, sed in oculis
 omnium sua furta atque flagitia defixurus sim.

Et. 3. Verr. Suis eum certis proprijsque criminibus accusabo. Idem. 4. Attico. Debemus patrem familias domi suæ occidere nolle. Quid. Ecce rogant teneræ sibi dem præcepta puellæ. Plautus Milite: Excruciabit me herus, domum si venerit, quum hæc scibit, quia sibi non dixerim. Seneca ad Albinam matrem: Puer ad tuum formetur arbitrium; multum sibi dabis, etiã si nil dederis præter exemplum. Plinius. Vineæ si macruerit sarmenta sua comburito. Nec vero solum in primis & secundis personis sic loquuntur grauisimivris; sed etiam in tertijs, quoties contigerit, vt dubius sermo esse non possit: Virgil. Æneid. 4. Tūc breuiter Barcen nutricem affata Sichæi, Namque suam patria antiqua ciuis ater habebat. Hoc Valla quibusdam argutijs emendare conatur: dicitque emendaturum Virgiliū si vixisset. Cur non etiam carpit illud Æneid. 6. At Pius Æneas ingenti mole sepulchrum statuit, suaque arma viro, remumque tubamque? Cur etiam solocissimi non damnat Valerium Maxim. lib. 2. cap. 2. de Metello, neque singulas partes apprehendit; sed testam continuo in statum suum redegit. Vbi suum non ad Metellum, sed ad disciplinam militarem retulit. Idem lib. 3. cap. 7. Ad speculanda acta sua venisset. Et lib. 4. cap. 1. de Africano. Eodē robore

robore mētis causam Annibalis in senatu protexit, quū eū ciues sui missis legatis accusarēt. Et lib. 4. cap. 3. Alexander Diogenem gradu suo diuitijs pellere tētat. Suo, idest, Diogenis. Quintus Curtius lib. 3. Alexander, inquit, urbem destitutam à suis intrat. Cæsar. 1. Gallico: Biduo post Ariouistus legatos ad Cæsarem mittit: velle se agere cum eo, aut si id minus vellet, è suis legatis aliquem ad se mitteret. Idem. 1. ciuili. Pompeius enim rescripserat, sese rem in summum periculum deducturum non esse, neque suo consilio, aut voluntate Domitium se in oppidum Corfinium contulisse. Ibidem. Cæsar interpellat se non maleficij causa ex prouincia egressum. Sed vti se à contumelijs inimicorum defenderet; Vt tribunos plebis ea re è ciuitate expulsos ad suam dignitatem restitueret: vt se & populum Romanum in libertatem vindicaret. Sequitur statim: Lentulus vt in oppidum reuertit liceat petit: quod de sua salute impetrauerit, fore etiam reliquis ad suam spem solatio. Cicero lib. 1. 1. Attico. Quumque ex eo de me contaretur, eum sibi ita dixisse narrabat: se mihi esse inimicissimum; volumenque sibi ostendisse orationis, quam apud Cæsarem contra me esset habiturus: multa à se dicta contra eius amentiam. Hic scribit Cicero Attico. Terentium

sibi scripsisse de amentia Q. Ciceronis. Vocet sibi, referunt Terentium voces, se, prima refert Quintum, secunda Terentium. Cæcina ad Ciceronem libr. 6. Hoc si Cæsar non cogitat omnibus rebus felix est: Si scit, & persuasus est; quid irascitur ei, qui aliquid scripsit contra suam voluntatem: Quum ignorit omnibus, qui multa deos venerati sunt cõtra eius salutem: Suam sub. scribentis, eius sub. Cæsar. Cicero. 3. de Natura Deorum. Minerva dicitur patrem interemisse, Virginitatẽ suam violare conantem. Idem pro Milone: Vox ex M. Fauonio audistis, Clodium sibi dixisse, & audistis viuo Clodio, periturum Milonem triduo. Idem in Catil. Desinat infidari domi suæ consuli. Sallust. Catil. Cornelius & Vargunteius constituerant Ciceronem domi suæ imparatum confodere. Plinius libro. 2. de Luna. Defectus autem suos & Solis eorum magnitudinum, vmbraque indices existere. Idem libro. 27. capit. 8. de quadam herba: Curatum ea scio, omnibus fere ossibus contractis, putatorem aquam suam inspergentibus. Lucanus lib. 5. circa finem: Quæ nox sibi proxima venit insomnis. Sensus est: Nox proxima fuit sibi, id est Cornelie, sine somno, quem locum male pensitavit Budæus in commentarijs, sicut

& alios multos contra Vallam ibidẽ scribens, Neque Quintilianus rectẽ contendit Ciceronem incidisse in amphiboliam. Fabij verba sunt libr. 7. cap. 9. In quod genus incidit Cicero loquẽs de C. Fannij foceri instituto, quem quia cooptatus in augurum collegium non erat; non admodum diligebat, præsertim quum ille Q. Scæuolam sibi minorem natu generum prætulisset. Nam id (sibi) & ad focerum referri & ad Fannium potest. Hæc Fabius oscitanter nimis. Nam qui rectẽ totum Ciceronis locum excutiat, videbit aperte sermonem fieri præcipuẽ de Fannio: & Fannius est prius, & præcipuum suppositum. locus integer sic habet in Bruto: Alter autem Q. Fannius Marci F. Caij Lælij gener & moribus & ipso genere dicendi durior. Is foceri instituto (quem quia cooptatus in Augurum collegium non erat, non admodum diligebat, præsertim quum ille Q. Scæuolam sibi minorem natu generum prætulisset: Cui tamen Lælius se excusans non genero minori dixit se illud sed maiori filie detulisse) hic tamen instituto Lælij Panætium audierat. Hæc disputati verbosius. Vt intelligas magnos interdum viros in rebus paruis cæcutire. Regula igitur sit, quam sequi omnino debemus:

Quoties

Quoties ambiguus poterit esse sermo, recipi-
 procum ad primum & præcipuum supposi-
 tum recurrat, vt si dicas. Dios seaparta de los
 hombres por sus peccados; Los hombres se
 apartan de Dios por sus peccados. Deus disce-
 dit ab hominibus propter eorum peccata:
 Homines discedunt à Deo propter peccata
 sua. Vnde rursus non probo illud Quintilia,
 cap. citato: Pluribus inquit, verbis emendan-
 dum, vbi est id, quod quo referatur dubium
 est, & ipsum est ambiguum: Hæres meus da-
 re illi damnas esto omnia sua. Hæc ille: sed fa-
 tis emendabitur ambiguitas si supradictar.
 gula obseruetur.

*De possessiuis contra omnes ferè. De geniti-
 uis Mei, Tui, sui. Cap. XIII.*

Longa est apud Grammaticos de pos-
 sessiuis nominibus controuersia: nemo
 tamen hætenus quid rectum in illis sit,
 demonstrauit. Nos igitur contra Laurætium,
 qui in principio secundi libri longam de ijs
 texit disputationem disseramus.

Possessiuum idem significat quod geniti-
 uus vnde creatur, vt: Paterna domus, & pater-
 nas possessiones, idest patris. Huius regulæ
 nullam exceptionem esse patiar, nihil enim
 frigi-

frigidius, quam illud quod hic Laurentius
 adfert. Meus, Tuus, Suus, non deduci à Mei,
 Tui, Sui, primitiuis, sed ab antiquis genitiuis
 Mis, Tis, Sis. Quod figmentum fictis valde
 Grammaticis placuit. Ego non negauerim
 apud Enniū, & antiquos reperiri Mis, Tis, Sis.
 Sed in ablatiuo: vt fos, pro suos: sas pro suas:
 sum, pro suum. Vt postquã lumina sis oculis
 bonus Ancus reliquit. Vide Festum in voce
 Sos. Resigitur sic habet: Omnis genitiuus si-
 gnificat actiue, aut passiuè: Idem significabit
 semper possessiuum: Vt vulnus Achillis, vel
 Achillzum, actiue & passiuè accipi potest.
 Eodem etiam pacto Mei, Tui, Sui, & Meus,
 Tuus, Suus, Actiue & passiuè significabunt.
 Vt mox apparebit. Prius enim aperiam cau-
 sam, quare aliquando non sit nobis conces-
 sum primitiuorum genitiuis vti. Regula est:
 Mei, Tui, Sui, primitiua substantiuorum geni-
 tiuis etiam subintellectis non iunguntur. La-
 tine dices: Hic liber est mei præceptoris, sed
 illud Mei, adiectiuum est. Item: Præceptoris
 meo conducit castigare, tui autem est docere.
 Illud Tui, non potest esse à Tu. Nam hæc pri-
 mitiua fugimus in omni possessione, ne cum
 adiectiuis subfit ambiguitas, quam Latinæ
 aures vehementer reformidant. Latine itaque
 dicitur: Mei præceptoris interest docere: sed
 ita

ita tamen, ut illud Mei omnino sit à Meis. Ridiculum autem est quod aiunt isti, propterea non dicunt Mei est legere, quia Mei Tui, Sui, solum passiuè significant. Id falsum esse subiecta exempla demonstrabunt. Cicero ad Curionem: Eam autem tui vnius studio me assequi posse confido. Idem libro sexto ad Appium: Vincēbatur enim fortuna ipsa debilitate gratiæ nostræ, tui charitate, & meo perpetuo erga te amore, id est, quia me amas, & te amo. Hoc testimonium, quum Valla non intellexisset, scdissimè decurpat. Cicero pro Marcello: Quis non intelligat, tua salute contineri suam: & ex vnius tui vita pendere omnium? Idem Atticè libro nono. Nihil malo, quam me mei similem esse, & illos sui. Idem Cæciliam: Vterque pro sui dignitate & pro rerum magnitudine. Idem libro secundo Finib. Ut & sui, & Metrodori memoria colatur. Idem de Vniuersitate: Ita se ipse consumptione & senio alleuat sui. Ibidem: Instantes effectorem, & generatorem sui. Valerius Maximus libro primo. Lentò enim gradu ad vindictam sui Diuina procedit ira. Idem libro primo, capite sexto. Priusquam exoptatum ciuim oculis conspectum tui offerres. Idem libro

tertio

tertio, capite septimo. Quid aliud est, quam fauentem fortunam in adiutorium sui conuertere? & paulo post: Fiducia est, quæ estimatione sui certò pòdere examinat. Plinius libro. 22: in procemio. Compleisse poterant miraculum sui natura atque tellus. Seneca in Troade, Actu secundo. Nullaque pars manet nostri. Idem Hercule Otheo actu tertio. Et partem mei fierat omne saxum. Cicero Attic. libro vndecimo. Epistola octaua. Quintus misit filium non solum sui deprecatorem, sed etiam accusatorem mei. Ouidius. 1. Metam. or. Et pressa est gravitate sui. Ibidem libro vltimo. Parte tamen meliore mei. Et in carmine obscuro. Quod partem madidam mei videtis. Terentius Adelph. Tetigi sic tui quidquam? Ibidem. Qui se in sui gremio positurum puerum dicebat. Idem Heauton. Tot mea vnius solliciti sunt causa. Vbi Muretus ex antiquis exemplaribus restituit, Mei vnius. Varro. 3. Rust. cap. de villa. Et quum hæc sit communis vniuersi populi, illa solius tui. Eudæus in commentarijs citat Ciceronem in Vatiniut. sic: Quid ergo præstantius mihi potuit accidere, quam omnes hos ciues meos iudicare: ciuitatis salutem cū vnius mei salute esse coniunctam? sic citat Eudæus.

Nunc

Nunc legitur cum me a vnius salute. Plautus Aulula. Neque tui me quidquam inuenisti penes. Idem Pseudolo.

Si ex te tacente fieri possem certior Here, Quæ miseræ te tam miserè macerant, Duo ū laboriego hominū parvissem libes, Mei, te rogandi; Et tui, respondendi mihi.

Hæc Plauti verba expendit Gellius libr. 20. cap. 5. Et in super ait: Itaque si dicere velis, Patrem mei, pro Patrem meum, quo Græci modo τὸν πατέρα μου dicunt, inusitatè quidè, sed ecclè professio. Eaque ratione dices, quæ Plautus dixit labori mei, pro labori meo. Hæc ille, qui tamen si legeret illud Ciceronis, Genitorem sui, & Effectorem sui, & illud Maronis, Et nunc magna mei sub terras ibit imago, Et illud Macrobij lib. 2. ca. 1. In somno: Deinde tonus per naturam sui in duo diuidi sibi equa non poterit; fortasse non diceret inusitate dicit: patrè mei. In ijs omnibus, quæ citavi, testimonijs, si aliqua tibi videantur significare passionem, non valde repugnabo dum illud teneam, loco illorum poni posse possessiua: vt effectorem sui. Effectorem suum.

Rursus nunc contèdam Meus, Tuus, Sui, posse accipi passivè, & loco illorum posse succedere, Mei, Tui, Sui. Cicero lib. 5. epistol. Ego quæ tua causa feci, potuisset dicere tui.

Idem

Idem Philippica. 10. An vero hoc pro nihilo putas in quo quidem pro amicitia tua iure dolere soleo, &c. Pro amicitia tua, inquit Budæus in commentar. pro eo dixit quod est pro amore: quo te prosequor, hoc est quo tu à me diligeris. Idem. 2. Catil. Inuidiæ meæ leuandæ causa; id est, quam alij de me habent. Idem. 1. Catil. Patria te nihil iudicat, nisi de patricidio tuo cogitare. Terent. Eunuch. In eam utilitatem ego faciam vt cognoscas meâ. Hic passivè. Rursus Cicero ad Tironem: utilitatibus tuis possum carere, Activè: vide Muret. 2. Catil. Terent. Phormio. Nam neque negligentia tua, neque id odio fecit tuo. Laurentius dixisset Tui. Idem Heaut. Et lachrymis oppletos totum sibi, vt facillè scires, desiderio id fieri tuo. Idem Phormio. Nunquam odio tuo me viresces. Itaque nostra querela est & quam habemus, & quæ de nobis habetur. Martia. lib. 5. Iam precor oblitus nostræ utilitatis querelæ parce. Valer. Max. lib. 9. cap. 2. Nam quum animaduerteret, quantum suo odio patria teneretur, timori remedium scelerè petiuit. Idem. 6. cap. 2. Vidi eodem habitum, & quietatū tuo, id est, in querela tui. Sed huiusmodi plura quilibet passim leget. Causa igitur quæ vetatur dicere: Hic liber est mei, & mei interest legere, non passio est, sed vt vi-

L t. mus

temus ambiguitatem, quam facile vitamus, si genitiuis primitiuorū, alios genitiuos substantiuorū non addiderimus. Neq; enim eodē sensu dicā. Miserere mei: & Miserere, mei præceptoris. Nam illud Mei est primitiuus; hoc vero deriuatiui. Si vero ambiguitas in causa est, quominus hos genitiuos nō recipiamus, ubi ea non possit cōtingere, recte eis vtēmur. Quare quū illis addideris genitiuos adiectiuorum non errabis: vt liber est mei solius. Tui vnus, vel: Tui vnus interest legere. Cicero Lētulo: Quocumq; tempore mihi potestas præsentis tui fuerit. Terent. Heaut. Atq; inopis nunc te miserescat mei. Cicero: Tui vnus studio. Idē: Ex tui vnus vita. Et quæ citauimus ex Varone: Hæc sit communis vniuersi populi, illa solius tui. Sed vt dixi. Mei tui, Sui, Nostri. Vestri, primitiuorum fugiuntur merito propter solam ambiguitatem, nō propter passionem. At dices: Ostende nobis hanc amphiboliam: præcipuē in nostri, & vestri: Ostendam paucis his orationibus: Meus populus legibus gubernatur: solius tui semper fuit sine lege vivere. Noster præceptor est doctus: vestri autem semper fuit malē docere. Imo etiam si istis primitiuis addas substantiua, quæ genitiuis non aptē iungantur, ambo rectē ponentur in genitiuo, vt si dicas: Miserere mei peccatoris.

Nam

Nam hic non contingit amphibolia, quæ contingit in hac forma. Miserere mei patris. Hic enim nescias, an Mei sit à Meus, an ab ego. Quare tutius consilium fuerit, ijs genitiuis primitiuorum abstinere. Quod si feceris: latine rectē dices. Mei præceptoris, vel Mei regis, vel vestri magistri interest imperare: quia illud Mei, & vestri semper est ab adiectiuo Meus & vester. Et certe nulla alia de causa dicimus Cuius, vel Cuius interest, Cuius, vel Cuius est pecus: nisi quia non contingit amphibologia.

Restat modo euertenda Vallæ opinio circa hanc eandem doctrinam: Verba illius sunt vidimus licere dicere: Meam vnus operam, Tuum solius studium: non tamen dicemus: Meum Laurentij studium: Tuum Prisciani prædium: Sed Meum studium, qui sum Laurentius: Prædium suum, qui est Priscianus. Hæc ille: Ego (si quid addendum esset in his formis) libentius dicerem: Nō mea Pompeij, sed tua Cæsaris interest: quam mea qui sum Pompeius, & tua, qui Cæsar es. Nostra enim regula est: Si possessiuis addatur aliud nomē, etiam proprium, illud in genitiuo potest poni: vt, Opes Siculas Verris: Villa Tuiculanæ Ciceronis: In paterna domo Neronis. Cicero ad Trebatium lib. 7. Litteris tuis primorū men-

Lib. 2. c. 15

L 2 sum

sum vehementer commouebat. At dices: In cæteris possessiuis verum hoc esse, sed Meus, Tuus, Suius aliter se habere. Imo vero ego in vniuersum de omnibus possessiuis idem præcipio. Cicero. 1. Tuscul. Theodori quidem nihil interest, humi ne, an sublime putrescam. Deest (mea) propter putrescam; Vt sit: Mea Theodori. Quod si non credis, audi Valer. Maxim. libro. 6. cap. 2. de eodem Theodoro: Mea quidem nihil interest humi ne, an sublime putrescam. Cicero. 2. Philip. Ille nunquã concionatus est nudus, tuum hominis simplicis pectus vidimus. Valla diceret: Tuum pectus, quies homo simplex. Cicero. 5. Ven. Ne tua quidem recentia proximi Prætoris vestigia persequi poterat. Idem pro Sextio: Quæ non tam adiutor, quod meam legem contemnat hominis inimici. Idem ad Crassum. Quantum meum studium extiterit dignitatis tuæ. Idem ad Lentulum: Nam nostra propugnatio, ac defensio dignitatis tuæ. Linius. Quod meum factum dictumve Consulis grauius, quam Tribuni audistis? Idem lib. 7. de Valerio Coruino: Quum desiluisset ex equo: Nostrum, inquit, peditum illud, milites est opus: id est, nostrum opus, qui sumus pedites. Idem lib. 8. Vt nostro duorum iam hinc euentu cernatur. Cato ad Ciceronem: Tuam virtu-


tem

tem domi togati, armati foris. Cic. L. Paulo cons. me consulem tuum studium adolescentis perspexisse. Plini. lib. 8. epistol. Post iudicium tuum viri eruditissimi, grauiissimi, ac super ista verissimi. Seneca in Hippolyto: Quis meas miseræ deus, aut quis iuuare Dædalus flammæ queat. Et illud Boetij, quod reprehendit Valla: Solantur moesti nunc mea fata senis. Cæcilianus apud Marcellum: Mea hominis quid referat. Virgi. in Ciri. Perq; tuum memoris hauustum mihi pectus alumnæ. Idem 6. Æneid. Et pater ipse suo superum iam signat honore. Id est suo Deorum honore. Et Æneid. 1 2. Postquam arma Dei ad Vulcania ventum est. Apullei. lib. 8. Quæ res circumstantium ab emptione mea, vt pote ferocissimi, deterruit animos. Ouid. 1. Amorum: Vt mea defunctæ molliter ossa cubent. Terentiûs Hecyra: Vt ne cui mea longinquitas ætatis obstet. Idem. Nã herilem filium eius duxisse audio vxorem. Idem: Paternum amicum me alsimulabo virginis. Et in sacris. 3. Reg. Tulit filium meum de latere meo ancillæ tuæ dormientis. Et illud quod damnat Valla ad Corinth. Salutatio mea manu Pauli. Qua etiam forma dixit Ausonius ad Theonem epist. 4. Anticipesq; tuum Samij Lucumonis acumen, id est, tuum acumen Lucumonis, vt recte anno-

L 3 tat

tat Ioseph. Scaliger lib. 2. ca. 12. in Aufon. vbi hanc phrasin à Grammaticorum tenebris in lucem vindicat. Idem in Catulum. 46. 18. ita etiam construendum, quasi dixisset, vt tuum pectus monstratum: citat quædã ex superioribus deinde addit. Quæ omnia dicta sunt per Ellipsin. In Græcis minus laboraremus *ἡ ἰσχυρὸν σου μέγανον*, ita hic pectus mōstri, idest, pectus tuum, qui monstrum es. Sed videlicet Scalig. Ex alijs possessiuis iunctis cū genitiuo nominis proprii, & appellatiui possem innumera exempla colligere: vt Imperatorius vultus Marij: Catuli Cumana villa: Calui Licinij hipponactium præconium: Fratrum nomē populi Romani, in eade Iouis Mariana: Frustris Agrippæ Siculis: Litora fraternæ Erycis: Nocturna Orgia Bacchi: Augusti paternus animus, & alia huiusmodi innumera. Elegantius itaque credo dici: Meum præceptoris officium, quàm Meum officium, qui sum præceptor. Non tamen dissimulabo dixisse Terent. Mea, qui sum natu maximus. Et Ciceronem pro Sylla: Vestra, qui dixistis hoc maximè interest. Sed Cicero hæc aliter dixisse non potuit, non enim hic participio erat locus.

LIBER



LIBER TERTIUS.

T I V S.

De Constructione verborum. Exploduntur impersonalia grammaticorum. Cap. I.



N verborū cōstructione duo cōsiderāda sunt, Cōcordia, & rectio. Cōcordia est mutua cōplexio nominis & verbi, quādo nomē in debitā verbi persona, seu domiciliū recipitur, quæ cōiunctio ostēdit verbū esse personale. Rectio est quā verbū ostēdit vires & effectū in rē aliquā. Vnde verbū ostēditur actiuū, vel passiuum. Dicamus igitur de personaliū concordia primū: Deinde de actiuorum, & passiuorum rectione.

Veteres (inquit Fabius) verba modo, & noia, Lib. 1. cap. & cōiunctiones tradiderūt: videlicet quod in verbis vim sermonis, in nominibus materiā (quia alterū est, quod loquimur, alterū de quo loquimur.) In cōiunctionibus autē cōplexū eorū esse iudicauerūt. Hęc Fabius. Si igitur oratio quæ admodū cætere res natura cōstātes) forma & materia cōstat: sine noie, & verbo nullū vnquā

L 4 sermo

fermo efformabitur, quod elegantissimè ostendit Plato in dialogo de Ente, in hæc verba. Hosp. Duo sunt genera declarationum earum, quæ in voce fiunt ad rerum naturam significandam. Th. Quo pacto? Hosp. vnum quidem *ὀνόματα*, idest nomina, alterum *ῥήματα* idest, verba vocatur. Th. dic vtrūque. Hosp. Declarationem, qua actiones significantur, verbum dicimus. Th. sic est. Hosp. signum autem vocis agentibus ipsis inpositum, nomen. Th. Prorsus. Hosp. Ex solis nominibus continuè prolatis oratio nunquam efficitur: neque rursus ex verbis absq; nominibus pronuntiatis. Th. quomodo? Hosp. Vt ambulat, currit, dormit, & alia verba, quæcunq; actiones significant. Quavis omnia eo ordine verba continenter quis protulerit, nunquam efficiet orationem. Th. quomodo vero? Hosp. Rursusque quum dicitur leo, ceruus, equus, cæteraque nomina, quæ ipsos agentes significant, efferuntur: non dum hac continuatione efficitur oratio. Nullum enim hoc vel illo modo negotium aut otium, neque natura verè vel fictè significant prolata: priusquam ipsis nominibus verba misceantur: quando autem adaptantur, statim fit sermo, & prima horum complexio, licet breuissima, est oratio. Th. quomodo vero ista dicis? Hosp. Quum

aliquis

aliquis dicit: Homo dicit, nonne hanc orationem, & primam, & exiguam esse ais? Th. rectè. Hæc, & alia latius Plato. Idem affirmat Aristot. in principio secundi Perihermenias. Ex his elicimus, etiam verbum per se sumptum nihil aliud esse, quam vocem quandam nihil prorsus significantem, nisi suppositum accedat. Eaque causa mouit Platonem, & Aristotelem, vt quum de verbo agerent, in tertijs personis tantum exempla proponerent. Vt sanatur, agrotat, currit, dormit. Si enim agrotat, & curro dixissent, orationis non verbi exemplum adduxissent. Vbicunque igitur fuerit in oratione verbum aliquod, nisi suppositum intelligas, aut aliunde quæras, sensus nullus apparebit. Vnde ridicula sunt Grammaticorum impersonalia: quæ totum Platonis, & Aristotelis dogma euertunt. Euertamus & nos sigillatim eorum Impersonalia exemplis adducendis.

Accidit, contingit, euenit, liquet, cat. cur dicantur impersonalia, non video; quandoquidè nunquã supposito carebunt. An obscurum est, Infinitum, vel totam orationem sumi pro supposito? Sed accipe clara supposita. Ouid. 1. Meta. Mox vbi creuerunt, naturaq; mtior illis contigit. Idem. 2. Meta. Nec cõtigit vllum vox mea mortalem. Vt igitur dicimus: Accidit

dit ægritudo, calamitas, morbus: ita dicimus, accidit vt ille veniret. Cicero Pro Milone: Qui dies quàm crebro accidat, experti debemus scire. Tacitus, En accido ad tua genua. Contin go idem fere est, quod tango. Horatius: Nam neque diuitibus cōtingūt gaudia solis. Ouid. Contigerat nostras infamia temporis aures, Euenire idem quod venire. Sed hæc proba- tione non egent.

In verbis, quæ falso dicuntur naturæ, vt pluit, fulminat, lucefcit, placet Linacro, & do- ctis, intelligi suppositum cognatæ significatio- nis: quæ causa est, vt fere nunquam nisi in ter- tijs personis reperiantur. Sed nihil erit impe- ditmento, quominus verbum pluit, primâ per- sonâ habere dicatur, si modo loquatur Deus. Integra ergo est oratio: pluit pluuia, fulget fulgur, lucefcit lux. Licebit tamen pro pro- prio recto suppresso, aliud exprimere: Vt De pluit, & pluunt lapides. Plautus Mostell. Ma- lum quum impluit cæteris, non impluat mi- hi. Martial. libr. 4. Qua vicina pluit Vipsanis porta columnis. Tibull. libro. 2. Multus vt in terras deplueritq; lapis. Statius: Saxa pluunt. Plin. lib. 2. c. 56. Effigies quæ pluerat spongia rum ferè similibus fuit. Virgil. non densor aere grando, Nec deconculsa tantū pluit ilice glan- dis. Idem. Magnus dum Cæsar ad altum Ful- minat

minat Euphratē. Idē, Porta tonat Cœli. Plin. in proœmio: Quanto tu patris ore laudes to- nas. Cicero Ioue tonante, & fulgurâte. Teren- tius: Lucefcit hoc iā: Sic enim dispungēdus lo- cus: Nā Hoc, antiqui cœlū appellabāt. Plaut. Amphit. Eamus Amphitruo, Lucefcit hoc iā. Idē. Curcul. Nā hoc quidē haud multo post luce lucebit. Cicero pro Milone. Et elucefcet aliquando ille dies.

Miseret, tēdet, piget, pudet, pœnitet nomina tiuū habēt cognatum, (vt in genitiui cōstru- ctione diximus) sed hūc nō exprimūt, vt po- te certissimum: alios tamen admittūt. Terent. Adelph. Quē neq; pudet quidquā, neq; me- tuit quēquā. Ouid. ad Pisonem: Nec pudeat Phœbea Chelys. Martialis: Nulli, Thai, nega: sed si te nō pudet istud; hoc saltē pudeat, Thai negare nihil. Plaut. Pseud. Qd̄ pudet facilius fertur, quā illud qd̄ piget. Idē Mercator. Nihil Charine te quidem quidquā pudet. Lucanus: Sēper metuit, quē sæua pudebūt supplicia. Te- rēt. Phor. Qd̄ te obsecro, ne pl⁹ minus faxit, quod nos postea pigeat. Idem Adelph. Non te hæc pudent? Seneca lib. 1. de Ira: Ira ea tæ- det, quæ inuasit, idest detestatur, & odio ha- bet. Gellius lib. 1. Verbis eius defatigati per- tæduissent. Cicero: Plura me ad te scri- bere pudet. Vbi infinitum pro supposito est.

est. Plaut. Stich. Id ne pudet te? Idem Casina. Ita nunc pudeo, atq; ita nunc pauco. Valer. Flacc. lib. 2. de Vulcano. Adclinem scopulo inueniunt, miserentque fouentque.

Delectat, Iuuat, Decet, Oportet, Libet, Personalia, & verè actiua sunt, siue in tertijs, siue in alijs personis. An quum dicis multos castra iuuant, & hostem ferire iuuat, illic iuuant, est personale, hic impersonale? Ridiculum. Cicero pro Balbo: Est enim aliquid quod non oportet, etiam si liceat: Quid quid vero non licet, certe non oportet. Terent. Adhuc Archillis, quæ ad solent, quæque oportent signa ad solentem esse, omnia huic esse video. Idem: Hæc facta ab illo oportebant, Syre. Lucan. lib. 3. Nō robore picto Ornatas decuit fulgens tutela carinas. Cicero. 1. Officio. Nec velle experiri, quā se aliena deceant, id enim maxime quæque decet, quod est cuiusque maxime suū. Plaut. Stich. Secundas fortunas decent superbia. Idem Pseud. vbi lepos, iocus, risus, vinum ebrietas decent. Martial in Spectaculis, de leone occiso: Herculeas potuit qui decuisse manus. Fingeleonem loqui, aptè diceret: Ego decuo manus Herculeas. Statius lib. 10. Thebai. Elegantissimè vsus est prima persona, quum sacerdos quidam sic Apollinem alloquitur. Si non dedecui tua iussa, tuique prementem. Colu-

Columella lib. 5. capit. 12. Mulieres quidem si lactis copia premuntur, cythifum aridum in aqua macerari oportet. Plaut. Mostell. Nā quod tibi libet, idem mihi libet.

Curritur, Statur, Ambulatur, verè personalia sunt, & verè passiua. Ut: Trepidabatur à Cæsare, deest trepidatio. Nam sine nomine & verbo non fit oratio. Nomen voco rectum ipsum, cum Aristotele: vidit hoc Priscianus lib. 18. sic disputans: Sed si quis & hæc omnia impersonalia velit inspicere penitus, ad ipsas res verborum referuntur. Et sunt tertiae personæ, etiam si prima, & secunda deficient: vnde Participia inueniuntur curritur cursus: & decursio spatio. Idem paulo post: Teste sapientissimo domino Apollonio, & Doctore meo Theotisto, quod in institutione artis grammaticæ docet, possunt habere intellectum nominatum ipsius rei, quæ in verbo intelligitur. Nam quum dico curritur; Cursus intelligitur. Et Sedetur sessio: Et Ambulatur ambulatio: Euenit euentus: Sic & similia: quæ res in omnibus verbis etiam absolutis necesse est vt intelligatur. Vt: Vivo vitam: Et Ambulo ambulationem: Et sedeo sessionem: & Curro cursum. Hæc aurea Prisciani verba si grammatici intellexissent, nō tot tenebris hætenus essent offuscata. Apollonij verba (si quis requirat) hæc

hec sunt ex. 3. lib. μέλει Σοκράτει, ὅσπερ ἐπιπῶ
καὶ αὐτὸ ἀναδέχσθαι νόον μένειν ἐνθεσίαι, τῆρ
κατὰ τοῦ παρυφιστάμενος πράγματος ἐν τῷ μέλει.

Contra Priscianum stulte adinodū, & pro-
teruē debacchatur Augustinus Saturnius li-
bro. 3. c. 11. in suo sophistico Mercurio, quē
nostra Minerua supplantabit. Illius verba
sunt: Nec fatis habes Prisciane, quod ipse tele-
uitatis infamax, nisi etiā Apolloniū, & Theo-
tistum praxceptorē tuum vna tecū traducas?
Dij te eradicēt Prisciane, cū tua ista doctrina:
sic enim primū tollis omnia impersonalia
passiuæ terminationis. Nā quibus verbis no-
minatiuus eiusmodi intelligitur, ea manifeste
sunt personalia: deinde sic omnibus passiuam
tribuis significationem. Verū enim vero ra-
tio tamen isthæctua, si vera, ea per totā verbi
naturā ac declinationē subintelligatur oportet.
Neq; enim maior ratio præsentis, quā
cæterorum tēporum. Itaq; qui nominatiuus
verbo præsentis temporis per te intelligitur,
idē vel per totā reliquam eiusdem verbi natu-
rā, ac declinationē subintelligatur necesse est.
Quare quum Tacitus ait: procursum ab ho-
ste: Et Cicero, non est ab isto perseveratū: &
Plinius Cæcilius: à quibusdam reclamationē est:
Et Livius: migrādum est à parētibus: Hic ego
te: hic te appello Prisciane, dic obsecro tu

iste

iste nominatiuus an huiusmodi verbis præte-
riti perfecti tēporis rectē intelligi potest? nul-
lū enim excipis, nec tēpus, nec impersonale.
Age, periculū faciam? Procursum est procur-
sus: Diui boni? quid hoc portēti est? Perseuerā
dū est perseveratio: Proclamatū est proclama-
tio: Migratum est migratio: Sessum est sessio:
Ambulatū est ambulatio: Peroratum est pe-
roratio: O mētis inops! qui intellectus iste tu?
quæ dicēdi ratio, vel potius quæ infania? Hæc
ille futilis Mercuri? Nūc Mineruā audiamus.

Dij te eradicent Augustine, cū tu istis ca-
uillis; sic enim tollit Priscianus omnia imper-
sonalia passiuæ terminationis, Fateor libētissi-
mē. Quis em̄ sanus nō tolleret? Nā quibus ver-
bis nominatiuus eiusmodi intelligitur, ea ma-
nifeste sunt personalia, vt tu verisimē asseris.
Deinde sic omnibus passiuā tribuit signifi-
cationē; fateor id quoq;: Nā quæ demētia est di-
cere: Curritur, todos corrē: Pugnat; todos pe-
lea? Viuitur, todos viuē? quū potius dicēdū sit:
corrēse, pelease, viuēse: Vt hac melius itur in
agrū: Por a qui se va mejor al cāpo. Præterea
qui magis tibi venit in mētē hæc verba signi-
ficare actionē, quā cætera passiuā, vt amatur,
legitur? Nā si: Curritur ab omnibus, significat
Omnes currūt: Veritas amatur ab omnibus,
significat, Omnes amāt veritatē; & cædimur

ab

ab hostibus, hostes cædunt nos. Decepit te grammaticorum turba, quæ planè sensu cõmuni caret. Tertium quod Prisciano obijcis hoc est: Si in Curritur, & Ambulatur, intelligitur cursus, & ambulatio; in Cursum est, & Ambulatum est; intelligitur Cursus, & Ambulatio. O mentis inops, quæ te vexat dementia! hic tecum fustibus agendum erat, non ratione. An nescis omnia verba in or, carere præteritis? quæ te impulit dementia vt pro Cursum est, per seueratum est, esse præteritum verbi diceres? Participia sunt Augustinè & quũ participium dico, nomen adiectiuum dico. Dicimus enim decursus est campus; decursa est ætas; decursum est spatium. Tum deinde quatienscumque participium seu adiectiuum sine substantiuo ponitur in neutrali terminatione pro substantiuo desiderat vel totam orationem, vt: Nuntiatum est regem venire: vel infinitum sui verbi, vt pugnatum est sub pugnaire. Vel denique deest negotium. Vt lectũ est sub negotium. Et quam dicimus in actiuo viuo, curro, dormio melius intelligitur infinitum, (quod verè nomen verbale est vt Priscianus docet,) quam aliud nomen. Propriusque adhæret verbo suum infinitum, quàm nomen ipsum verbale: vt viuo viuere, quàm viuo vitam. Et curro currere, quàm curro cursum. Atque

ita

ita in passiuo. Curritur currere, & cursum est currere. Et hæc Prisciani fuit doctrina, quam tu nullo modo es assequutus. A Prisciano stat Linacer libr. 6. quum agit de Ellipsi. Appellatum, inquit, aliquod eiusdem significationis cum absolutorum, cæterorumque neutrorum passiuo, quæ nos genus vocamus tertium passiuorum, subaudiui Apollonio; ac Prisciano placere video. Vt quum sedetur, sessio: quum curritur, cursus. Quod si quæmantorum virorum auctoritas mouet, non video, cur is verba huiusmodi impersonalia statuat, potiusquam personalia per defectum nominatiui, qui videlicet certus est: & propterea non apponitur. Nam qui ab hoc eiusdem significationis nominatio diuersus est; is, vt pote incertus, planè proferendus est. Ouidius. Tam tertia viuitur ætas. Martial. Tota mihi dormitur hyems. Horatius, Magna minorve foro si res certabitur vnquam. Hactenus ille nunc ad actiuorum disputationem transeamus.

Omnia verba esse actiua, aut passiuo reijciuntur Neutra & communia. Et communiæ Grammaticorum spe

cies. Cap. I I.

Grammatici nescio quo errore inducti verba omnia in quinque genera diuiserunt

M

runt

runt, Actiuum, Passiuum, Neutrum, Commune, Deponēs. Nobis autem, inquit Cæsar Scalliger, satis sit vniuersum verborum ambitum in duo diuidere, quæ actionem & passionem significant: quemadmodum horum vtrunq; ad vnum quippe ad ipsum *E s t*; quod est vtriusque radix & fundamentum. Hanc Scalligeri rationem sic confirmare possumus. Philosophia, id est recta & incorrupta iudicandi ratio nullum concedit medium inter agere, & pati. Omnis namque motus aut actio est, aut passio. Imo; si rem penitus inspicias, actio & passio nihil differunt, nisi ratione quadam, sicut Accliuæ, & decliuæ. Id quod docet Aristotel. 3. Physi. cap. 3. Quare quod in rerum natura non est, nè nomen quidem habebit. Nihil enim agens (inquit Cicero.) nè cogitari quidem potest quale sit. Idem secundo De natur. Deor. Mihi, inquit, quinihil agit esse omnino non videtur. Quid igitur agent verba neutra, si nec actiua, nec passiuia sunt? Nam si agit, aliquid agit. Si viuunt, aliquid viuunt. Cur enim concedas rem agentem in verbis, quæ neutra vocas, si tollis quid agant, An nescis omnem causam efficientem debere necessario effectum producere? deinde etiam effectum non posse consistere sine causa? quanto restat

Arist.

Arist. quilibro primo de generatione & interitu asserit, in omni actione alterum esse, quod agat, alterum quod patiat. A Philosophis; inquis, ista sumis: Metuebam nè à Lenonibus diceres: quasi vlla sit ars, quæ possit esse à ratione aliena. Itaque verba neutra neque vlla sunt, neque natura esse possunt: quoniam illorum nulla potest demonstrari definitio. Sed si Philosophos spernis, audi etiam Grammaticos antiquos Pri-
Lib. 8. cap. cum de verbo.
 scianus, verbum est pars orationis temporibus, sine casu, agentis vel patiensis significatiuum. Hac, inquit, definitione, omnia tam finita, quam infinita verba comprehenduntur: & neutra etiam quæ dicuntur ab soluta: & deponētia omnino naturaliter vel in actu sunt, vel in passione. Eadem ferè Antonio Nebriss. lib. 3. Verbum, inquit, est pars orationis declinabilis, cū modis, & temporibus, agentis vel patiensis significatiua. Aperti⁹ Cæsar Scalliger: Quibus, inquit, manifestū est, verba neutra non esse ab actiuis se iuncta. Fatētur itaq; omnes, quū rationē admittunt ducē, verba tantū in actiua & passiuia posse diuidi. Sed statim reuertuntur ad ineptias grāmaticas multæ generis verborū cōminiscentes. Et quod prius est per terminationes in o, & or, diuidentes: Quasi verborū natura per terminationes, &

M 2 acci-

accidentia, non per essentiam esset indicanda. Aliud est. Afficio te iniuria; aliud prosequor te iniuria? Et osculor te; & basio te. Actiua hæc sunt omnia natura, quocunque sine terminentur. Nam quæ vocantur Deponentia, actiua omnino sunt, neque enim ideo ita dicuntur, quia sint aliud genus ab actiuis, sed quia fuerunt aliquando Communia, quæ simul actionem, & passionem significarent. Sed quia deposuerunt passiuam significationem, dicta sunt Deponentia, quasi dicas, Actiua deponentia. Quum igitur in usu fuerunt verba communia, nulla erant deponentia, Nunc quia sunt deponentia, nulla erunt communia. Quis enim nunc latine dicat. Tu amplecteris à me? & tu oscularis à me? & , liber interpretatur à præceptore? quod si dicas reperiri aliqua participia in utraque significatione; dicam, id totum esse à me, qui assero, aliquando fuisse verba communia, quorum vestigia remanent in aliquibus participijs. Quid quod ex tuis deponentibus adducam participia passionem significantia? Ante Ciceronem multa verba fuerunt communia. Vnde ipse in officijs citat ex veteri poëta: O domus Anti, quam dispari domino dominaris. Inferit. & Sallustius in Iugurtha orationem C. Memmij, in qua legitur: quidquid

sine

sine sanguine ciuium vlcisci nequit. Cicero in oratore perfecto dixit: Pes enim, qui adhibetur ad humeros, partitur in tria. Partitur ibi passiuum esse, à Partio dicendum est, non commune. Quamquam mihi locus suspectus est. Et fortasse legendum. Numeros partitur, id est diuidit. Itaque iam constat omnia verba aut esse actiua, aut passiuua: vt ex Aristotele comprobauimus. Vnde falsum est. & illud quod ex Cathegorijs Dialectici disputant: inter agere, & pati medium esse iacere, & stare, situm esse. Nam si iacet, aut sedet, aut situs est aliquid agit. Sedet enim sessionem, & stat stationem. Ego enim illas Cathegorias, siue prædicamenta Aristotelis non esse, multis argumentis possum comprobare. Multo minus illa ferenda sunt apud Philosophos & Theologos tritissima, de actionibus permanentibus, & transitibus. Nam si actio est aliquid agit.

Turpiter lapsi multis modis grammatici, qui verba seu actiua, seu neutra, siue deponentia, in species partiti sunt. Primo quia species in grammatica non id, quod tu fingis, significant. Sed id quod lib. 1. capit. 23. significauimus. Deinde nemo est, qui non videat verba primæ speciei, siue ordinem vocare malis, esse etiam vel sextæ, vel quartæ, & aliarum etiam esse posse. Nam amo te dicimus: & Infania est

M 3 amare

amare tanti: & id amo te: & quid nōs amat
 de fideiua ista: Et vbi sunt qui amarit à Le-
 none, apud Plaut? Itaque si omnia verba sunt
 diuersarum specierum, quid opus est his spe-
 ciebus, id est tricis & fallacijs? Dica nūc clarius.
 Si omnia verba sunt omnium ordinum, aut si
 nullum verbum in his ordinibus habet pro-
 priam sedem: ita vt in aliam transire non pos-
 sit: in aīfēstā infania est ijs speciebus puero-
 rum ingenia differere. Postremo in hoc
 maxime peccatur? quod etiam si verum sit
 verba prima elisis regere accusatiuum, qui-
 nam sit ille accusatus ignoratur. Quid enim
 est apud Latinos? Fœmina reponit genus: aut
 mas reponit genus, nullo monstrante? Aut
 quis vnquam dixit: Ego amo Deum: & Deus
 amatur à me? Num etiam dices: facio oratio-
 nem? & do tibi damnum? & multa huiusmo-
 di? Ex optimis scriptoribus hæc discenda
 sunt, non ex arte grammatica. Nec grammati-
 ca docet latine loqui, sed Latinum sermonem
 ad artem refert, vt tu postea ex latina imita-
 tione latine loqui discas. Quomodo dicitur (seclu-
 so verbo substantiuo) Omnia verba sint, aut
 actiua, aut passiuā, intelligendum est. Actiua
 omnia vel in variōs transire accusatiuos, vt fa-
 cere verba, fidem, finem: vel in vnicum tan-
 tum, id est, in suum, vt viuere vitam: mori mor-
 tem:

tem: egere egestatem: furere furorem: De qui-
 bus Ruffinianus Rhetor. lib. 2. sic ait: Figura
 per pleonasmum, vt Mortem occumbere: &
 obire diem: Et viuere vitam: & pugnare pu-
 gnā: & ire iter; in quibus siue addas, siue
 tollas accusatiuum, idem manet sensus, & to-
 tidem virtute, vocabula enumerantur. Idem
 enim est viuo, & viuo vitam. Idem careo pecu-
 niarum, & careo caritatem pecuniarū. Idem
 est ego medici, & ego egestatē medici. Vn-
 de enim esset in passiuā (Egetur, Sedetur, sta-
 tur: nisi actiue diceretur, ego egestatē, sedeo
 sessionem, sto statum, siue stationem? Sed iam
 nobis obijcies, cur hos accusatiuos non ante-
 nimus: quia vitium esset apponere, vel saltem
 archaismus. Nam olim frequēs erat: nocere
 moxam: seruire, seruitutem; nūc nisi adden-
 dū sit ad actiuū pleonasmus erit. Vt enim super-
 uacū est dicere: Gaudemus gaudium; ita ne-
 cessario dicemus: Tuū vel alienū gaudiū gau-
 debimus. Hunc furere furorē: Consimilem lu-
 derolū dū: & Græcis quidē, vt inquit Budæus
 in commentarijs, familiare est omnibus ver-
 bis seu transitiujs, seu absolutis, seu passiujs, seu
 deponentibus, nomina substantiua ab eisdē
 deducta in accusatiuo casu subijcere.

Illud porro non est leuiter aduertendum:
 verba quę vni tantum accusatiuo deseruiunt,

vt viuo, Dormio, posse multos alios recipere, dummodo per translationem idem significant, quod proprius accusatiuus. Recte enim dicas de aliquo auaro: viuit pecunias: id est tota illius vita nihil aliud est quam meræ pecuniæ. Virgil. Corydon ardebat Corydon, erat Alexis. In sacris aptissime dictum est. Terra germinet Saluatorem. Sic dicimus: Somniat thesaurum. Cicerol. lib. 13. epist. 28. Tum studia illa quibus ante delectabamur, nunc etiam viuimus. Adrianus Turnebus lib. 10. cap. 1. aduersariorum super illud Persij. Iratum Eupolidem prægrandicum sene palles. Audacter, inquit, dictum est. Pallere Eupolidem, vt si diceret: pallere pallorem, quod est, qui palles quod tam impense illis poëtis operam impenderes, vt decolorem contraxeris in sano labore vultum. Hæc ille. Similia sunt: Alios suspirat amores. Crepât sulcos, Et vineta, de quibus suis locis. Aduertendum in super, accusatiuum cognatum, qui est in verbis simplicibus, posse etiam in compositis subintelligi, vt obiit, interijt; perijt, scilicet, viam, vel iter.

*

Enume-

Enumerantur ordine Actiua multa quæ hætenus credita sunt neutra impersonalia, vel deponentia.

Cap. III.

Quonia ex Aristotele citauimus: omnem motum aut actionem, aut passionem esse; nihilque medium, quod neutrum possit verè appellari; Consensaneum erit, verba neutra reijcere, quibus videlicet, id quod non est in rerum natura, velint grammatici nuncupari. Ratio illorum (si ratio ea dicenda est) sic habet. Videmus verbū Amo, significare actionem, & verbū Amor, passionem; sed verbū, Sedeo in medio amborum est, quia nec actionem, nec passionem significat. Sed falluntur, qui hæc comminiscuntur. Nam si verum scrutari velint, inuenient profectò actiua omnia in duplici constituta differentia. Quædam enim vni tantum accusatiui iunguntur, vt viuo, sedeo, dormio. Quædam varijs accusatiuis vt amo, amplector, iudico. In illis non apponitur accusatiuus, quia certissimus; in his apponitur quia incertus. Vnde illa, quæ tu vocas absoluta, veræ & prima sunt actiua, & in primo loco actiuorum collocanda. Itaque sedeo, magis actiuum est, quam amo, aut percutio. Aristoteles enim, & Cice-

ro in Topicis hanc regulā nobis tradūt: Quae se ipsis cōtenta sunt, meliora sunt, quā quae egent alijs. Et vero, quū dicitis, Petrus sedet, dormit, iocatur: in quolibet horū sensum absolutū fīti, ita vt nihil dēfiderari videat: At quū dicitis, Petrus fregit, percussit, vidit: imperfectū sensum reliquisti, propterea quod manca illa verba sunt sine accusatiui appositione.

Nūc ad verba enūmerāda me cōuerto quae falso neutra putant, in quibus illud vel im mihi cōcedi, quod superius probatū est, satis mihi esse ad pbandū verbū aliquod esse actiuū si in passiuā testimoniā citētur: etiā illorū, quae dicūtur ab istis impersonalia, vt caletur, egētur, curritur, peccatur. Nā si (vt iam diximus) impersonalia illa ficta in passiuā nulla sunt, hae voces, egētur, caletur: actiuum verbum factis superq; demonstrabūt. Vt egētur sub. egestas: egeō egēstatē. Vbiq; itē participiū in Dūs da dūm reperitur, siue solū in Dūm, siue cum substantiuo, semper dēnotat verbū actiuum: vt feruendū est, sub. seruire: micandū est, sub. micare.

Abstineo, Nebrissenfis esse actiuum fateatur: Sed quum Horatius dixit: Abstineto irarum, calidāq; rixae: neutrum esse arbitratur. Sed malē, vide Hellenismum. Abstine male dictis, vel à maledictis neutrum multi arbitur

tur, sed deest accusatiuus. Brutus ad Atticū: Vt se maledictis non abstineat.

Ab eo, vide eo,

Abnuo, Saltust. Iugurth. Hic milites fessos itineris magnitudine, & iam abnuētes omnia.

Abutor, Phillip. Beroaldus ad Sueto. Dicimus, inquit, abutor hāc rē, & hāc rē. Terēt. Nā in plōgis scribendis operā abutit. Cato rusti. Donec omnē caseū cum melle abusus fueris. Plaut. Bacchi. Nos aurum abusus. Idem. Nā hoc argumentū alibi abutit. Idē Trinummiō: Qui abusus sum tātā rē patriā. vide, vt or. Quū dicim⁹ abutor hac rē: deest; abuti, vel vsurū.

Accidit, Accedo ferē idē est qd cado: & sicut in Cado intelligit rē cadere: sic in accidit. Tacit⁹: Accidit ad genua illius. sc. se, vel castum.

Adeo domū, vel ad dōmū neutrū putāt, tu semper actiuū putato. Nam et cimus: adeo vrbem, & vrbs aditur. Et adeo ad vrbē. s. viam, vel iter. Tacit⁹: Oceanus nauib⁹ aditur. Lin⁹, Libri per Dūm viros sacrorū aditi. Quid: s. Faflorum: Sacra vir intrabo non adeundā virō. Cicero. Illa pericula adeuntur in praesij, Columella: sed granaria scalis adeantur.

Adoleo Verbenas; nemo actiuū esse negabit. At vero, prestere, cōtendāt esse neutrū. Sed dicimus adoleuit aetatem: & adoleuit ad aetatem. s. se: Hinc saepe adūta aetas, adultus,

Are-

Aretūmus, adulta vitia; vide Nōnium. & nota Paradoxa in Euphemismo. Adolefcit (inquit Festus Pompeius) ab Olesco, id est, cresco venit. (Sic enim legi debet.) Vnde fiunt Adulus, Adolefcens, Altare, quod in illo ignis ex crescat. Adolefcit puer, scilicet, se vel rō adolere.

Adulor tibi, & adulor te, dicimus. Sed in illis supprimitur cognatus accusatiuus, vt apud Græcos δουλεύειν δουλεύει. Tacitus lib. 6. Ne codicillis quidem Neronem, aut Tigellinum, aut quem aliorum præpotentium adulatus est. Idem lib. 16. At nunc colimus æternos, & adulamur. Columella lib. 7. capit. 12. Furem adulantur. Cicero: Adulati fortunam alterius dixit, 2. diuin. Adulo etiam dixerunt veteres Cicero. 2. Tuscul. ex poeta veteri. Pinnata cauda nostrum adalat sanguinem. Valer. Max. Si Dionysium non adulares, ista non esses. Lucretius: Gannitu vocis adulant. Hinc videtur Cicero traxisse passiuum offi. 1. Cavendum inquit est, ne assentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos sinamus. Valer. Maxim. Tribunus militum adulaudus erat. Idem lib. & cap. 3. Cuius clementiam non adulatus Mucius. Idem lib. 4. Ephestionem more Persarum adulata.

Aduerfor, id est, Verfor ad, vel verto meti-
bi &

bi. & vt Verto sæpe reticet accusatiuum se: vt in glaciem vertere lacunæ: sic aduerfor reticet etiam accusatiuum: vt aduerfari animo, libidini, sententiæ: Tacitus lib. 1. expressit accusatiuum: Sua facinora aduerfari deos lamentatur. & lib. 17. Sed ambitionem scriptoris facile aduerfarij. Ibid. Vidistis deos infamam adoptionem aduerfantes.

Æstuo, Staius, Pisam quæ domus non æstuat annum. Annotat Turneb. lib. 5. ca. 3. & lib. 2. 1. capit. 8. Papinius, inquit, noue dixit, æstuat annum, vt si æstuat æstum quis diceret.

Allatrare eius magnitudinem solitus erat: Linius 38. Plinius lib. 2. de Oceano, Internaria allatrat. Columella in præfatione: locupletissimum quemque allatrandi.

Ambulare viam, solocissimum putat esse Lib. 1. c. 5. Quintilianus, rectius dixisset pleonasmum. Nã vt ambulare viam, vel iter est, ἀρχαῖοις, & πλεονασμός, ita longū vel difficile iter ambulare, necessario & eleganter dicitur. Quū vero dicitur, ambulare per viam, deest accusatiuus cognatus: nam & ambulatur via, apte dicitur. Cicero. 2. Finium dixit de Xerxe: Ambulare maria, & terram nauigare. Plinius lib. 23. cap. 1. Si ambulatur stadia bina. Vide de Sedeo.

Anhelare

Anhelare scelus, dixit Cicero 2. Catil. Auctor ad Herennium lib. 4. Anhelans ex infimo pectore crudelitatem. Cicero 2. natur. De or. Tunc gelido validum de pectore frigus anhelans. Pers. Saty. 1. Grande aliquid, quod pulmo animae praelargus anhelet. Idem 3. Orat. Verba inflata & anhelata.

Annuat omnia omnibus: Catul. in epithalam.

Appellere ad littus, deest nauim vel accufatius cognat. Vale. Max. lib. 1. c. 7. Quam ad littus nauim appulisset. Terentius, animum ad scribendum appulit. Vide in Ellipfi: Nauim.

Ardeo te videre: Ardet in illa: Ardebat amore? Ardet in arma. f. ardorem, vel ardere. Et vt dicendum erat: ardeo ardore, sic dicimus ardet pecunias: ardet virginem, Corydon ardebat Alexim. vide Palleo.

Arrideo, Cicero de optimo genere: Quum aut non adhibeant ad causas, aut adhibiti derideantur; nam si arrideantur, esset id ipsum Atticorum. Agellius. Gn. Flavius id arrisit.

Aspirare, Virgilius Ventosque; aspirat eunti. Quintilianus in praefatione: Tantum ingenij aspiraret, Columella lib. 1. cap. 6. Et modicis fenestellis Aquilonibus inspirentur.

Assentabor quidquid dicit mulier, Placet. Sed hic melius desideratur praepositio Terentii Eunu. Postremo imperaui egomet mihi omnia assen-

assentari: quanquam Lambinus legit assentiri.

Assentior, & assentio: Plaut. Ampho. Mihi quoque; adfunt testes, qui illud quod ego dicam assentiunt. Cicero 4. Acad. Vitiosum est assentiri quidquam falsum. Idem ad Octa. Timet multa, assentit omnia. Idem: Caetera assentior Crasso. Idem, nam neque; ego assentior illud Theophrasto,

Assurgo, Cicero in officijs. Haec enim ipsa sunt honorabilia, quae videntur leuia: atque communia: saluari, appeti, decedi, assurgere. Idem 1. in uentione. vt maioribus natu assurgatur. Suetonio. Augusto: Assurrectum ab vniuersis in theatro. Sed dices haec esse impersonalia. At ego Platoni & Aristoteli accedo, qui verbum sine supposito negant esse posse.

Attinet attineo, idem ferè quod teneo, seu tango, quare si haec actiua, & illud quoque Plaut. Bacch. Ita me vadatum amore vinculumque; attines. Idem Captiueis: Nunc iam cultros attinet. Tacitus lib. 1. Ni proximi prehensam dextram vi attinuissent. Ibidem: Post discordijs attinemur. Idem lib. 13. Cuius cura attinebat danata veneficij nomine Locusta. Ibidem: Velut vinculo seruitutis attineri. Ibidem: Si vltra vnam alteramque; noctem attinere-tur. Ibidem: Sed imperium eius attinuerunt Senatores. Ibidem: Ne tamen segnem militem attinerent. Idem lib. 3. Attineri publica custodia.

Apul-

Apulleius de mundo: Quinque coniuges co-
pulae his ordinatae vicibus attinentur. Quum
dicimus, Hoc attinet ad me, deest se, vel accu-
satiuus cognatus.

BELLARE. S. bellum. Homerus ἀπρη-
του πόλεμου πολεμισόμεν, Id est, infectum bel-
lum bellamus. vide Pugno.

CADENDVM est in vnus potestatem:
Cicero Attico lib. 8. Cado igitur actiuum est.
Nam hoc participium nisi à verbis passiuus
non descendit. vt Scelus in illud non cadit, scilicet
licet, casum vel se.

Caleo, id est habeo calorem. Vnde meta-
phoricè calere virginem, vel virgine, & fuisse
aliquando transitiuum indicat Plaut. Capt.
Quasi quum caletur, coctex in occulto latet.
Idem Truculento. Quum caletur maxime,
id est, quum calor est, vel fit calor. Plaut. ego
illius sensum pulchrè caleo.

Careo pecuniarum: id est habeo caritatem
pecuniarum. Careo pecunijs, id est caritatem
à, vel de pecunijs: esse actiuum indicat illud
Terentij Eunuchio: Præterquam tui carendi
quod erat. Et olim frequenter habuit ex pres-
sum accusatiuum. Nonius. Carere rem bonam
dici potest. Turpil. Meos parètes careo. Plau-
tus, colum collararia caret. Idem Curculio,
quia id, quod amo, careo. Careo pecuniam

citat

citatur ex Catone Casar Scaliger Nebriff. quo-
que Accusatiuus, iungebant, vt Meos careo.

Cauo te actiuum est Nebriffensi; at ve-
ro caue tibi, neutrum, non ita est. Sed ca-
ueo tibi sub. damnum vel malum. Vide Me-
tuo. Plaut. Mostell. Iubet cauere malam rem
prius. Satis tritum est: Caue tibi malum: qua
figura dixit Cato cap. quinto. rusti. Scabiem
pecori, vel iumentis caueto. Cice. initio Topi-
co. Quum mihi, meisque multa sæpè cauis-
ses, & r. offic. Et huic simile vitium in gestu
motuque cauetur. Frigorà & iurgia cauere,
dixit Ouidius. Sallust. Iugurth. Ita nec cauere
anceps malum. Sueton. in Galba: Cauere peri-
culum. Et Cicero Cauere insidias, & intempe-
rantiam. Idem. r. Orato: quam sit bellum ca-
uere malum. Idem: in cauendo bello & prædi-
cendo. Idem Attic. Cætera, quæ quidem pro-
uideri poterunt, cauebuntur. Eidem: O homi-
nem cauendum mihi. Eidem: Fidem vobis ha-
bendam non esse, me vero cauendum.

Cedere maiori. Concede præceptori: Dede-
dam futuri Tribunitio: Dedece somno sub-
locum, vide locum in Ellipsi. Plaut. in argum-
to Afinaria: Cedit noctem filius. Vale. Max.
lib. 1. ca. 5. Ego vero, inquit, libenter tibi meam
sedem cedbita enim lego ex antiquis manusc.
Vlpianus: cedere aëtori supplicationes, dixit

N

Virgil.

Virgil. cedat ius proprium regi. Valer. Max. lib. 4. Ille cecidit eam Bianti. Ibidem. Eam provinciam collegæ cecidit. Idem lib. 5. cap. 7. Carissimam coniugem filio suo cedere non dubitavit. Concedi, Decedi, & Succedi passim sunt apud Ciceronem.

Certare eum aliquo, sub. certamen, *μάχη μάχεσθαι*. Ut in sacris. Bonum certamen certavi. Sedigitus poeta de Terent. Multos incertos certare hanc rem vidimus. Horat. Magna minorve foro si res certabitur unquam. Ouid. 13. Metam. Certatam lite deorum Ambracia, ubi Regius fati infulse ait: participium contra Grammatices ratione formatum. Plaut. Cas. Nunc specimē specitur, nūc certamē certatur.

Cesso, Virgil. Cessas in vota precesq; sub. cessationem. Terent. Cessatum usque adhuc est. Virgil. Quidquid apud duræ cessatum est moenia Troiæ. Ouid. 4. Fast. Cessatis in armis. Hæc participia passivi verbi sunt, & passivum sine activo nusquam erit.

Coeo, Virg. Coeant in foedera reges, sub. coitionem, vel potius societatem. Nam coire societatem: & coita societas: adeo crebra sunt apud Ciceronem, ut superuacaneum sit hæc repetere. Vide societas in Ellipsi.

Coeno, Apul. li. 4. Saliare se coenasse coenam crederet. Idē. 9. Sacrificales epulas coenitabat

Colla

Collacrymo, Cicero pro Sestio: Histrio casum meum toties collacrymauit, sed hic potest esse præpositio, & cognatus casus.

Commisereor: Commisereatur: interitum eius, Gellius lib. 7. cap. 5.

Comperendinato, Alconius in passiva: Ne rursum compedinato iudicio.

Conclamare, Ouid. 13. Metam. Cœclamat socios. Caesar conclamare victoriam. Idem. Conclamatur ad arma. Lucanus, quum corpora nondum conclamata iacent.

Concrepo, vide Crepo.

Concurro. Cicero: Concurritur vniq; ad commune incendium restinguendum: Horat. Concurritur, hore nomēto, sub. cōcurtus. Ut curro cursum, & cursus curatur. Vide Curro.

Confligo. Confligitur magi orra, Claudianus, sub. conflictus. Cicero confligendum putato. Idem. Caute confligendum est.

Compluitur, vide Pluo.

Conqueri fortunam aduersari, non lamentari deest. Cicero: pauperiem meam conquero, Plaut. Conqueri libidines, vin, contumeliam Ciceroniana sunt, vide Queror.

Coniurare. Sallust. Sed antea coniuraverē pauci contra rem, in quibus Catilina fuit, de qua quā verissime poterō dicam, deest cōiurā vere coniurationem, de qua cōiuratione, cat.

agmina coniurata, Fratres coniuratos, passim legimus.

Consulo tibi, putat esse neutrum: sed deest utile, vel commodum, ut prospicio tibi. Vnde in passiva bene tibi consulitur. Cicero. 7. epist. Ego tibi ab illo consuli malle. Vide utile, in Ellipsi. & inf. Prospicio.

Consuesco. Lucreti. lib. 6. At nunc brachia consuescunt, firmantque lacertos. Columell. lib. 6. Nam ubi plaustrum, aut aratro iuuenctum consuescimus. Sallust. Jugurth. in oratione Marii: ita ad hoc ætatis à pueritia fui, ut omnes labores, pericula consuetà habeam. Hoc verbum & similia sapius habent pro accusatiuo orationem: ut, consueuisti carmina scribere. vide Insuesco.

Contingit, Apuleius Asino: Sed ut primò occurram potationem, & incoatum gustum extremis labijs attingebat adolescens. Ouid. 1. Metam. Contigerat nostras infamia temporis aureis. Idem. 2. Contigit ora sui. Lactant. libr. 2. Sed tamen Cicero materiam tam copiosam & yberem strictim contigit.

Contendere eursum dixit Virgilius. Plaut. Most. Quis est, qui recta platea eursum huc contendit suum? Contendere popliteam, tormenta, vincula passim leges.

Contremisco: vide Metuo.

Crepo, Horati. Sulcos & vinea crepat terra. Idem: Si quid Stertinius verè crepat. Idem: Quis post vina grauem militiam, aut pauperiem crepet? Idem. 2. carmin. Quum populus frequens lætum theatris ter crepuit sonum. Propert. lib. 3. Et manibus faustos ter crepue resonos. Martial. Et Tartesiaca cõcrepat æra manu. Petron. Arbiter: Et concrepans æra omnes excitauit. Idem: Timalcio lautissimus homo digitos concrepuit.

Coruo, Vide Ruo. Plaut. Ibi me corruere posse aiebas diuitias. Propertius lib. 3. Vouerat, & spoliū corruit ille Iouis.

Corusco, Virgil. 10. Æneid. Strictumque coruscat mucronem, & libro. 8. Duo quisque Alpina coruscant gesa manu.

Curro, Vide Concurro, Decurro. Virgil. 5. Æneid. Currit iter tutum non segnius equore classis. Vide Priscia. in Cursus curritur. Ptole. 10. 3. Offic. qui stadium currit. Iuuen. Curritur ad vocem iucundam. Terent. Si qua est laboriosa, ad me curritur. Cicero. 7. Verr. Curritur ad prætorium. Virgil. Nec si cuncta velim breuiter decurrere possim. Vitam decurrere: decursa vita: decurso spatio. Decurritur decurrebatur, passim obuia. Vide, Sedeo.

Decedo: Vide Cedo, & Assurgo.

Decet, Dedecet. Ouid. 1. Meta. Ista decent

humeros gestamina nostros. Statius: Si non dedecui tua iussa. Ouid. Neque dominam motæ dedecere comæ. Idem. Lacrymæ decuere pudicam. Sallust. Iugurthino: Quæ ab Imperatore decuerint, omnia suis prouisa.

Declino. Plautus Aulul. Declinaui paululū me extra viam. Ouid. 2. Metam. Ne te dexterior tortum declinet ad anguem. Dicimus declinare cursum, urbem, mala, & mala declinantur: Et, à malis declinare.

Decurro, vide Curro.

Deficio. Horat. Animus si te non deficit æquus. Ouid. Deficior prudens artis ab arte mea. Quintil. Aqua ciboque defecti. Varro libro. 3. Rustic. ca. 16. Ne deficiant animum. Dicimus: deficiunt me pecuniæ, & mihi pecuniæ. Caesar. Quum tela militibus deficerent, sub. se.

Dego. Cicero pro Sylla. Vt cum Lentulo & Catilina & Cethego foedissimam vitam, & miserissimam degeret. Idem pro Roscio. Vita in egestate degere. Catull. ad Manlium. Otia parato degeret in thalamo. Lucret. lib. 2. Quantisque periculis degitur hoc æui, quodcunque est. Vide. Viuo.

Degenerare à parentibus, sub. se, vel. genus. Columel. lib. 7. cap. 12. Venus canibus carpit vires, animosq; degenerat.

Delin

Delinquo, vide Pecco.

Deliro. Lactan. de Opificio Dei cap. 6. Illius enim sunt omnia, quæ delirat Lucretius.

Defino artem, Cicero, & Suet. Tiberio: Artem desituros promittentibus veniã dedit.

Despero, Martia. Desperabantur promissi prælia Martis. Cicero: Siue restituihur, siue desperamur. Idē Attico. Pacē enim desperaui.

Detraho tibi, sub. laudem, vel firmise aliud. Horat. Nec ego illi detrahere ausim, Harentem capiti multa cum laude coronam.

Discumbo, Virgil. stratoq; super discumbitur ostro. Aul. Gellius, discubiturum est. Cicero: Mature veniunt, discumbitur.

Disputo. Disputare rationem, non semel dixit Cicero. Plaut. Aulul. Vbi disputata est ratio cum argentarijs. Idem Mene. Vt hæc rem vobis ad amussim disputem.

Doleo, Ouidius. Tu vero tua damna doles. Statius: bellorum extrema dolemus. Cicero. Meum casum doluerunt. Idē. 4. Tuscul. Dum modo doleat aliquid, doleat quod lubet. Sueton: Se quoque respondit viciorum dolere. Hic, & in alijs multis verbis potius videtur esse accusatiuus cognatus, & præpositio. Vt doleo dolore circa casum tuum. Huc refer illud, Corydon ardebat Alexin, idest: Ardebat ardorem de Alexi, vel circa Alexin.

N 4 Dormio,

Dormio, Edormio, Adag. Endymionis somnū dormis. Mart. Tota mihi dormit hyems. Cicero: Edormi crapulam, & exhalā. Plaut. Amph. Mane, dam edormiscam vnum somnum. In sacris, dormierunt somnum suum viri diuitiarum. Terent. Atque edormiscam hoc villi. Plaut. Omnemque obdormiui crapulam.

E G E O pecunijs, est egeo egestatem à pecunijs, deesse autem egestatem, vel 70 egere satis indicat illud Plauti Pseud; Quid agitur Calidore? Amatur, atque egetur acriter, id est, amatur amatio, egetur egestas. Sæpe enim deest nomen vnde genitiuus regitur: vt tædet me ciborum sub. tædium. Sic Liuius dixit lib. 26. Quod vel capitis, vel pecuniæ iudicasset. sub. iudicium. Censorinus apud Agellium: Vitio vertunt, qui multa egeo. Varro lib. 4. ling. Latin. Diues à Diuo, qui vt Deus nihil indiget. Nonius Marcellus quum disputat genitiuum poni pro accusatiuo vtitur his exemplis. Fastidit mei, &, Argenti indiges. Tu meo periculo dices elegantissime: Turpè egere egestatem. Vide Indigeo.

Emergo, Cicero Arusp. respon. Tu se emergit, & fertur illuc. Idem. 2. Natur. Vt sese emergens ostendat Scorpius alter. Cornel. Nepos in Attici vita: Quibus ex malis vt se emerferat.

rat. Terent. Adel. Vnde emergi non potest. Cornel. Fronto in voce: Emergit se, citat Salust. in. 4. Histo. Vbi se laniata nauigia fundo emergunt. vide Me, te, se in Ellip. Emigro, vide Migro.

Emineo, Curtius, lib. 4. Jamq; paulum moles aquam eminebat.

Efflo, Cicero de Senect. odorum qui efflarentur ex floribus. Ouidius, 7. Meta. Vulcanum naribus efflant æripedestauri. Virgil. Lætos afflarat honores, Cæsariem, & lumen purpureum. Plinius lib. 36. Flaturq; follibus, donec rufescat. Ouidius. 4. Fasto. Exultant, comites, furiosaque tibia flatur. Lucret. libr. 5. Flaret è corpore flammam.

Eo, Virgilius. 6. Itque reditque viam toties. Hora. 1. epist. Ire viam, quam monstrat eques. Virgil. 4. Longam in comitata videtur ire viam. & 4. Georg. Plaut. Ruden. Tu abi tacitus tuam viam. Cicero pro Mur. Redite viam, eodem duce redibant. Ibidem: Istam viam dico, inite viam: Præsto, aderat sapiens ille, qui inire viam doceret. Sueton. in ito honore. Quare quum Maro dixit: Te consule inibit, deest viam.

Erumpo, Virgil, Erumpunt portis, sub. se. Idem Georg. Diuersi erumpunt sese radij. Cæsar. 2. Ciuili. portis se foras erumpunt. Virgil. 4.

Georg. Et caput vnde altus primum se erumpit Enipeus. Tibull. 4. Fontibus, vt dulces erumpat terra liquores.

Equitare, Plinius lib. 8. de Camelis: Atque etiam equitantur prælijs.

Erubeo, Auctor in Sallust. Neq; erubuit ora vestra, vnde dicim⁹, Præceptor nō erubescēd⁹.

Eructo, Cicero Catil. 2. Eructant cædem bonorum. Et in facris. Eructavit cor meum verbum bonum.

Euado, Sueto. Tiber. Carmillus me euasit. Virg. Gradus euaserat altos. Liuius: Exercitum cæsum, euasumq; se esse. Et in sacris de Paulo, à fratribus dimissus sum in sporta & sic euasi manus eius in nōmine Domini.

Euenit. Vide Sedeo, & supra lib. 3. cap. 1.

Exhalo, Cicero. Conuiuij crapulam exhalassent. Idem Philip. Edormi crapulam, & exhalala. Virgil. Sæuamq; exhalat opaca Mephitin. Idem. 2. Georg. Quæ tenuem exhalat nebulam. Lucret. 5. Pulueris exhalat nebulam, nubelq; volantes.

Exsulo, vide Veneo, & Vapulo. Exsulo, idest, extra solum eo. Dæst accusatiuus cognatus. Euripid. Andro. *ἀς ἐγὼ φέυω φύγας*, idest quale exsiliū exsulo?

F A V E O. Fauetur apud Cicero. Sæpe positum satis ostendit Fauco actiuum esse. Vi

de Inuides.

Fastidio, Virg. Inuenies alium si te hic fastidit Alexis. Liuius: Dum nullum fastiditur genus. Idem pars fastidita. Horatius: Fastidire facus, & riuos ausus apertos.

Festino. Ouid. 2. Metamor. Tum quas induat, illa festinat vestes. Tacitus de moribus German. Nec virgines festinantur. Virgil. 6. Tunc iussa Sibyllæ, haud mora festinat iussu. Apuleius lib. 3. Sed primo diluculo remediū festinabitur tibi:

Fio inter neutra passiuæ refertur à Grammaticis, idest, inter monstra. Mihi verbum est substantiuum. Nam factum est à *φύω* Græco. Vnde Fuo latinum, & postea fio. Scaliger libro. 5. de causis. cap. 3. A *φύω* inquit, Fuo nostrum, & ipsum Fio: Sum autem, ab *εἶμι*. Est, ab *εἶμι*. Habuit aliquando passiuum Prisciano teste lib. 8. Postquam diutius situr. Et, Græco ritu fiebantur Saturnalia. Certè infinitum fieri merè passiuum videtur, sed vt dixi mihi substantiuum est: *fio senex*, idest, sum senex: vt *εἶμι* dicitur in *εἶμι* dicitur in *εἶμι*.

Flo, vide Efflo: vt *εἶμι* dicitur in *εἶμι*.

Fleo; Flerè funera Ouid. Terent. And. In ignem posita est, Fletur. Silius. 5. Longo æuo flebitur. Ouid. Fortuna flenda. ¶ Fluo, Græcè *φύω*. Homer. 9. Odyss. accusatiuo iunxit.

γέει ἀγλαὸν ὕδωρ κρήνην ὑπὸ σπηλιῷ. idest, fuit
 limpida aqua in fons sub specu.
 Fruor, Cato Rust. Pabulum frui occipito. Ci-
 cero pro Milone: Nobis hæc fruenda relin-
 queret. Apulleius libr. 9. Beatam illam, quæ
 tam constantis sodalis libertatem fruitur.
 Fungor libertate, sub. functionem, vel 7d
 fungi. Terent. Ita attente tu te illorum officia
 fungere. Tacitus lib. 3. Suprema erga memo-
 riam filij sui munera fungerentur. Idem lib. 4.
 Et hominum officia fungi. Varro. Munici-
 pes, qui vna munus fungi debent, disti. Te-
 rent. Hominis frugi, & temperantis functus
 officium. Idem Maior filius tuus Æschinas,
 nec boni; neque liberalis functus officium
 viri. Plaut. Mostell. Tu tibi istos habeas tur-
 tures, aues, pisces, sine me alliato fungi fortu-
 nas meas. Idem Amph. Hic munus fungatur
 tuum. Idem Trinummus: Cui nihil est, qui mu-
 nus fungatur suum. Ibidem, Sequere hæc mea
 gnata, vt munus fungaris tuum. Cicero 3. Tu
 scul. Quemadmodum oculus cõturbatus nõ
 est probè affectus ad suum munus fungen-
 dum. Sucto. Augu. Minore molestia, Senato-
 ria munera fungereatur, quo in loco. Beroal-
 dus: Accusatio, inquit, casu extulit, quod
 nos ablatiuo dicimus. Vetus autem est, & ele-
 gans loquutio, sicut potior illam rem, pro illa
 re ve-

re veteres dixerunt: Ita fungor munus, pro
 munere. Plaut. Menec. Parasitus octo homi-
 num munus facile fungitur. vide Vtor.

Fugio, Lucanus. 1. in bellum fugitur.

Furere, Virgil. Æneid. 12. Hunc sine me fur-
 rere ante furorem. Livius. Et nunc id furere,
 idem ægrè pati. Sed hic melius deerit *nata*. vñ
 de Insanio.

GAUDEO, Terentius Andria. Hunc scio
 solidè solum mea gauisurum gaudia. Cicero. 8.
 famil. Puto vt suum gaudium gauderemus.
 Ibidem, furit tam gauisos homines suum do-
 lorem, Catul. I gaudia, quæ gaudeas. Gell. libr.
 9. cap. 9. Latona gaudium gaudet genuinum
 & intimum. Stadius libr. 9. Tu dulces lituos
 vlulataque proelia gaudes. Cicero. Nihil est
 neque quod metuamus, neque quod gaudea-
 mus. Et in sacris, gaudeat se tellus tantis illu-
 strata fulgoribus.

Garrire, Horat. libr. 1. Saty. 10. Comis gar-
 rire libellos. Idem, dum quilibet ille garri-
 ret. Martial. libr. 1. Garris & illud, teste quod
 licet turba garrire libellos. Dixit (inquit Tur-
 neb.) quali garrire garritum.

Germino, Plinius libr. 16. cap. 25. Quibus-
 dam germinatur germinatio. Et in sacris terra
 germinet Saluatorem.

Gemo, Cicero Att. libr. 2. Atque hic sta-
 tus

tus qui vna voce omnium gemitur, Idem: oc-
culte suum malum gemit. Virgil. Nunc Amy-
ci casum gemit. Cicero pro Sextio: Accepit
res publica plagam, quam acceptam geme-
re possit. Virgil. Daphi tuum Poenos etiam
ingemuisse leones interitū. Prudētius Pſych:
Nec doleas, quia turpe tibi gemuisse dolorē.
Ouid. Fortuna gemenda. Idem. 1. 3. Metam.
Non mea mors illi, verum sua vita gemenda
est. Ibidem. Teq; gemunt, virgo.

Glaciare, Horat. lib. 3. Od. 10. Positas vt
glaciet niues puro nomine Iupiter.

H O R R E O, horresco, Cicero. Et si omniū
conſpectum horreo. Idem: Horreo crimen
ingrati animi. Idem: Deorum tamen numina
horrent. Idem: Vt ipsam victoriam horrerēt.
Lucret. lib. 1. Horruit Alcides, viso iam Dite,
Megeram. Apul. lib. 6. Cuius totæ provincie
nomen horrescunt. Cicero: Imbecillius horre-
re dolorem, & reformidare: Perhorresco
semper habet accusatiuum.

Hiemare, Plin. lib. 19. cap. 4. De quo quunt
alii aquas, mox & illas hie mant. Idem lib. 9.
Hiemato lacu.

Hiulco, Catull. ad Manlium. Quum grauis
exustus æstus hiulcat agros.

I A C E O, Virg. Iacet extra sidera tellus, sub,
se, vel iacere. Vt iacent sub arbore poma, quia
nihil

nihil est quod non agat, & si agit, aliquid agit.
Vide Sedeo, & Sto.

Ignosco tibi, sub. peccatum, vt Indulgeo:
Cicer. Hanc culpā ei facile ignoscamus. Plaut.
Amphi. Velatis manibus orant, ignoscamus
peccatū suum. Proper. 1. Iupiter ignosco cete-
ra furta tua. Virg. 4. Georg. Ignoscenda qui-
dē, scirent si ignoscere mānes. Idē Culice: Par-
uum si Tartara nōssent peccatum ignouisse.
Quintil. in declam. Ignoscite malorum peri-
culorum motus: ignoscite humana discrimi-
na. Ouid. lib. 1. Artis: vitioq; ignoscitur omni.

Illuceo. Plaut. Bacch. Vulcanus, Sol, Dies,
Luna, Dij, quatuor scelestiorem nullum illu-
xere alterum. Vide Luceo.

Illudo. Virg. 10. I. Verbis virtutem illude
superbis. Terent. Satis superbē illuditis me.
Idem And. Penē illusi vitam filie.

Impēdeo. Impēdet tibi calamitas, sub. se: vt:
Nox præcipitat, &: ver appetit. Dicimus etiā:
Impēdet homines mors. Terent. Phormio. Ita
nunc imparatū subito tāta te impēdent mala.

Imponere, pro fallere, dicūt esse neutrum,
melius qui cōcinnauit promptuarium lingue
Latinæ, ait enim deesse, impositionem. Mihi
videtur deesse Clitellam, vide Ellipsis. Clitella.

Incubare, quū de auibus dicitur, deest oua:
vnde oua incubantur. Plinius libro secundo.

Quod

Quod si vna natura omnes incubaret.

Incumbo, Sallust. 3. Histo. citante Frontone, vt sustinere corpora plerique nequeuntes arma sua quisquis instans incumberet. Idem, verbo incumbit illam rem.

Indigeo, vide Egeo. Varro. libr. 1. cap. 3. 1. A quo, quod indigent potum, poma dicta esse possunt, potum habet antiquus codex, vt ait Turneb.

Indulgeo tibi, sub. indulgentiam, vel peccatum. Martial. Indulgent patientiam flagello. Tacitus libr. 1. Cunctaque quæ Germanicus indulserat. Iuuenal. Se se indulgisse Tribuno. Lucill. citante Nonio. Tu qui iram indulges nimis. Afranius, citante eodem, Male merentur de nobis heri, qui nos tantopere indulgent in pueritia. Sueto. Domitia: Exilium indulgit. Ibidem, Vt damnatis liberum mortis arbitrium indulgeatis. Idem. Claudio: Quum esse dario indulgisset rudem, quæ verba non intelligens Erasmus in annotatiunculis ad Suetonium inquit: Indulgisset pro amississet, nisi velis typographi esse lapsum, & emendandum: Manumississet. Apullei. libr. 5. Alio: Indulge fructum, & tibi deuotæ animam recrea. Petron. Arbit. Nec diu tamen lachrymas indulgit. Macrobi. lib. 1. Satur. Feriæ, quas indulget magna pars mensis Iano dicati. Terent.

rent. Eunt. Nimis me indulgeo. Vbi Dona²tus: Mi; Sic veteres, quod nos mihi dicimus, alibi: Te indulgebant, tibi dabant. Vide Lu²do. & Ignosco.

Inire viam, vide Eo.

Ingridior. Ingridi Iononium, Adag.

Inflare sonum, inflare tibias, vela, calamos, & similia trita sunt. & Calami inflantur.

Ingemo, vide Gemo,

Inferuire alicui, sub. seruitutē. Sed & alios accusatiuos explicat Plaut. Mostell. si illam inferuibus solum, Ibidem: Nō est meretricum vnum inferuire amantem. Cicerō: Nihil est à me inferuitum temporis causa. Plautus. Matronæ est vnum inferuire amantem. Vide Seruio.

Insanio, Plaut. Ne hilarem insaniam insanias. Horat. 2. Sermo. Huic ego vulgum erroris similem cūctum insanire docebo. Propert. 2. Lynceus ipse meus seros insanit amores. Horat. Quam me stultitiam insanire putas? Sic enim legit Lamb. Vide Furere.

Insuesco, Horat. 1. Sermo. Insuevit pater optimus hoc me, vt fugerem: quem locum contra fidem omnium librorum peruertit Lamb. Itego Turnebo assentior libr. 3. 0. capit. 1. 9. Horat. 2. Saty. 2. Qui pluribus affluerit mentem, corpusque. Columella libr. 6. Maximè

O

tamen

tamen habetur salutaris amurca, si tantundē aquæ immisceas, & ea pecus infuecas. Idem 1. Atque vbi ceperunt aliquod incrementum habere, sic infueci debent, vt in id, cat. Vide Confueco.

Insulto, Tacit. 4. Qui nūc patientiam senis, & segnitiem iuuenis iuxta insultet. Sallust. Multos à pueritia bonos insultauerat. Siccitat. Seruius 9. Æneid. Terent. Eunuch. Nā tu istas faxo calcibus insultabis frustra.

Instituto, Virgil. 6. Nulli fas casto sceleratū insistere limen: vbi Seruius, Instituto illam rem dicimus, non illi rei: quod qui dicunt decipiuntur, propter instituto illi rei. Cicero. 3. Orat. Quoniam igitur modo tantum munus insistemus. Plaut. Milit. Insiste hoc negotium sapienter. Idem Capt. Proinde omnes itinera insistant sua. Idem Milit. quam iam insistas viam. Terent. Eunuch. Quem percontet? quam insistant viam? Stat. 5. Summisq; insilitur astris.

Instituto huic rei, sub. operam, vel instare. Virgil. 8. Parte alia Marti currumque rotasque volucres Instabant.

Interdico tibi ludum, nemo negabit esse actiuum. Suet. Domitia. Interdixit histrionibus scenam. Linius libr. 34. Foeminis dum taxat usum purpuræ interdicens? Quum vero dicitur, vel absolute, prætor interdixit

vel interdixit illi aqua & igni: deest. Interdictum, vt sit: Prætor interdixit illi interdictum ab aqua & igni, vel de aqua & igni. Plin. libr. 39. capit. 2. Interdixi tibi de medicis. Cicero pro Cecinna: Prætor interdixit de vi hominibus armatis. Dicitur etiam: interdixit illi aquam, & ignem: Cicero pro domo sua. Vellit iubeatis, vt M. Tullio aqua & ignis interdicitur. deesse Interdictum, vel Interdicere, indicat illud Ciceronis de Senectute, vt quem admodum nostro more male rem gerentibus patribus bonis interdici solet. Plinius epist. 76. Carent enim togæ iure, quibus aqua & igni interdictum est. Cicero. 1. Finib. Sed id neque feci adhuc, nec mihi tamen ne faciā interdictum puto. Voluptatem interdicens. Horat. 1. Epistola. Cui sic per viam est interdicta voluptas Ouid. 10. Metamor. spes interdictæ.

Interest. vide libr. 3. cap. 5.

Inuideo tibi vestem, &: Coeli te regia nobis inuidet, trita sunt. Cicero. Inuidetur enim commodis hominum ipsorum. Idem: quia non modo non inuidetur, sed etiam fangitur. Ouid. epist. Troadas inuideo. Cui consonat Horatianum illud in arte. Cui ego acquirere pauca, Si possum, inuideor. Cicero. 5. Tuscul. citat Accium in Menalio. Florem, quis nam

mella Te folium. Plinius ca. 13. In attritu sudorem purpureū emanat. Idem: manat piceā.

Manusuecō, Varrō lib. 2. cap. 1. Sic ex animalibus; quōm propter eandem vtilitatem quæ possent syluestria deprehenderent, ac cōcluderent, & mansuescerent. Vide In suecō.

Medeor, Terent. Phorm. Quas, quū res aduersa fient paulo mederi possis. Cicero 12. epist. 18. Hæc mederi voluerunt.

Memini, Recordor. Reminiscor huius rei, sub. Memoriam, vel Recordationem. Cicero pro Archia: Et pueritiæ memoriā recordari vltimā. Vide Mentio, in Ellipsi.

Medicor, vel Medeor, Plaut. Mostell. Ego istum leside medicabor metum. Virgil. 7. Aenei. Sed non Dardaniæ medicari cuspidis ictum coalui, ubi Seruus: Medicor illam rē, & illi rei. actiue dixit Ouidius: Capillos medicare. & Virgil. 1. Georg. Semina vidi eundem multos medicare ferentes.

Mereo; pro milito, putant esse neutrum. Sed deest stipendium, vel potius Aera, vt sit. Meruit æra sub Cæsare. Vide Stipendium in Ellipsi.

Metuo tibi, dicunt esse neutrum; nec aduertunt deesse malum, vel in commodum, vel ac cuslatium cognatum iuxta Græcum & Latinum prouerbiū *ad des de dias des*; id est metum

metum inanem metuisti. Cicero. 3. Verris. Nul lam maiorem pupillo metuo calamitatem. Idem. Sed quum eadem metuam ab hac parte. Idem: A me insidias metuunt. Seneca epistola 66. Non contremiscarnus iniurias, non vulnera, non egestatem. Plaut. Metuo meo amori moram. Idem Mostell. Serui, qui quum culpa careant, tamen malum metuunt. cæt. Virgil. 3. Aneid. Sonitumque pedum, vocemque tremisco. Idem Cæri. Nunctemere instantis belli certamina dicit. Idem 4. Georg. Vtraque vis apibus pariter metuenda. Ibidem. Sin duram metues hyemem, sub. apibus. Plinius 18. Tria nanque tempora fructibus metuebant. In sacris epist. 1. Petri. 3. cap. *τοῦ δε φόβου αὐτῶν μὴ φοβηθῆτε*, id est: timorem autem ipsorum ne timeatis, vel: Terroripforum ne terreamini, vel metuatis. Eadem ratio est de verbo Timeo. Plin. 17. cap. 16. dant ægris, quibus viti noxam timent. Liuius 4. Famem cultoribus agrorum timentes. Virg. 2. Aneid. Et quæ sibi quisque timebat. Errat igitur Vallā lib. 3. cap. 45.

Mico, Sanguineumq; micant ardorem luminis orbes. Virg. Culice. Varro. Micandum erit cum Græco.

Migrare in agrum, sub. migrare, vel migrationem. Gell. lib. 2. capit. 19. Atque ita cassita

nidum migravit. Lilius: & Romam, inde frequenter migratum est, Martial. Migrandum est mihi vel illi. Titinnius apud Nonium, in voce Senium: Quot pestes, iurgia, senia seferet, hisce emigrarunt & dibus.

Militare, sub. militiam, Lactan. lib. 7. capit. vlti. infatigabilem militiam deo militemus, Horatius: Libenter hoc, & omne militabitur bellum in tuæ spem gratiæ.

Miseret, vide Pœnitet.

Mœreo, Cicero 1. Tusc. Quum grauius filij mortem mœreret, Idem ad Terentiam: Sed mœreo casum eiusmodi. Tacitus 1 6. Ut non aliquam mortem mœreat. Vide Mereo.

Morior, Hebræi dicunt: Morieris mori, & Genes. cap. 1. Vbi nos habemus morte morieris. Illud (morte) infinitiuus est Hebræis. Sic Hispani. Mala morte mueras. Cicer. Morien dium est, sub. mori, vt sæpè diximus.

NATQ, sub. aquas, vel in aquis natationem. Martial. lib. 1. Sacris piscibus hæc natanatur ynde. Idem 1 4. Ipsa suas melius charta natat aquas. Idem 6. Canaque sulphureis nimpha natatur aquis. Ouid. 5. trist. Vnda natatur piscibus.

Ningitur, Vide Pluo.

Nitor, Virgil. 1 2. Alternos longa nitentem cuspide gressus.

Nauis.

Nauigo, Virgil. 1. Gens inimica mihi Tyrrenum nauigat æquor. Cicero. 2. Finibus. Maria ambulauisset, terram nauigasset. Plinius lib. 2. Totus hodie nauigatur occidens.

Noceo tibi, sub. noxam, In pandectis tit. de Noxalibus act. Qui noxam nocuerit. Lilius lib. 9. Atque ob eam rem noxam nocuerit. Apuleius lib. 1. Meta. Quum multa noceretur publicitus. Vitruu. lib. 2. Larici à carie, vel à tineâ non nocetur. Seneca, Sapienti non nocetur, nõ à paupertate, non à dolore. Idem epist. 103. Nonne te noceam, sed ne fallant. Idem lib. 5. controuer. Dum filium vindico, vbi me grauisimè nocere possit, ostendit. Plaut. Mil. Iurate non nociturum esse hominem de hac re neminem. Ibidem: Iuro per Venerem, & Martem, me nociturum neminem. Sic enim legunt emendatiores. Lilius 3. Qui Deorum quenquam nocuerit. Et in sacris: Iudica Domine nocentes me. Et Eccles. 27. Relinque proximo tuo nocenti te. *βλ. 3. π. 16. σ.* dicunt Græci id est noceo te.

Nubo, Varro de lingua lati. Neptunus dicitur, quod mare & terras obnubat, vt nubes cœlum, à nuptu, id est opertione (vt antiquè) à quo nuptiæ, & nuptus dictus. Hæc ille. Caper de Orthographia: Mulier nubis, quia pallio obnubit caput suum, genasque.

Tertull. de velandis virgin. Etiam velatae ad virum adducuntur. Servius AENEID. 11. Nuptiae dicte, quod nubentium capita velentur. Arnob. libr. 3. contra gentes: quod aqua nuba-
bat terram, appellatus est, cognominatusque Neptunus. Donatus in Hecyram: Nuptam mecum; quasi testam & operam vno cubiculo mecum. Nubere enim est operiri, tegiq; unde & nubere, quod tegere solent coelum dicuntur. Virgil. Arsurasque comas obnubit amictu. Illa prima verba Donati; eius esse genera non credo: nec enim mulier nupta dicitur, quod operiatur in cubiculo cum viro: sed quod faciem & oculos cooperiret propter pudorem, quum viro traderetur: quem morem indicat Claudianus: Flami mea sollicitum praelatura pudorem. Lucan. 2.
Nō timidū nuptae leuiter tactura pudore,
Lucea demissos velarunt flammea vultus.
Tunc praeterea nubere non est passivum, neque significat operiri & tegi, sed operire & tegere. Et quum dicis, illa nupsit regi: deest se, vel vultum, vel oculos. Columel. in horto.

Alma sinū tellus iam pandet, adultaq; posces
Semina, depositis cupiens se nubere platis.
Hinc Obnubo, quod nemo actiuum esse negauerit. Plaut. Pers. Hic cum mala fama facile nubitur. γαμύς γαμύειν, dicunt Graece. Id est nu-

est nuptias nubere.

O EIRE munera: & similia, trita sunt: sed quum absolute dicimus: obiit ille, deest mortem, aut diem, vel potius viam, vel ire. Nam omnia composita simpliciter accusatiuum recte admittunt. Vide Eo. Terent. Ea obiit mortem. vide ibi Donatum. Virgil. Mor-te obita. Cicero pro Milone: Terentissimam mortem obiret.

Obdormio. vide Dormio.

Obedio, Apuleius libr. 10. Haec omnia per facile obediebam. Liuius libr. 4. Vtrinque obeditum dictatori est.

Obsequor, tibi, sub. obsequium. Terent. Adolph. obsequor omnia. Gell. libr. 2. Quaedam non esse parendum, quemadmodum non obsequendum. Forte in ijs melius intelliges praepositionem. *κατὰ*.

Obstrepo, Cicero pro Maello: Obstrepi clamore militum videntur. Liuius: Decemuiro obstrepebatur. Virgil. Cul. Hinc illi geminas auium vox obstrepiit aures.

Obsto, Cicero. 3. Philip. Ne si non obstat, propterea etiam permittitur.

Occubat pro patria, sub. necem vel mortem. Sueton. volitariam occubuisse necem. Cicero. Tuscul. Mortem pro patria non dubitauit occumbere. Liuius: Qui pugnantes mortem

mortem occubuisse. Idem lib. 3. Honeſtam mortem occubuisse. Itaque occumbere ferro, occumbere morti, sub. se, vel intelligitur accusatiuus cognatus. vide Mortē. in Ellipsi.

Officio tibi: deest accusatiuus cognatus, qui quum in vsu non est, ad infinitum recurremus, quod est proprie nomen verbi, vt occumbit occumbere: Officio officere. Pergo pergere. Plaut. Iam ego hercle, ego te hic affatim officiam, Cicero, 1. Orato. Quod cuiunque particulae coeli officeretur, Lucret. lib. 2. Officiuntur, vti cogantur tardius ire.

Oleo, Cicero: Ceraam, ac crocum olet. Horat. Pastillos Ruffillus olet, Gorgonius hircum. Mart. Quod olent tua bassa myrrham. Cicero: Olent illa supercilia malitiam: Terent. Olet vnguenta. Martia. lib. 14. Delicias Nini vos refolete nurus. Plaut. Non omnes possimus olet. vnguenta exotica. Quintil. lib. 7. Verba omnia, & vox huius alumnus verbi oleant.

Oportet, vide supra lib. 3. cap. 1.

PALLE. Propertius lib. 1. Quite cogitabat multos pallere colores: Persius: Iracundus Eupolidem praegradi cum sene palles. Quen locum citans Turneb. (vt supra diximus.) Siquit, dixit: Vt pallere pallorem: Horat. lib. 3. Et scatecem belluis pontum, mediasq; fra-

des Palluit audax. Idem, Pindarici fontis, qui non expalluit haustus. vide A Estuo. Metuo, & Pauesco. Pers. Saty. 5. Recutitaque Sabba-ta palles.

Palpo, Iuuenalis: Quem munere palpat Carus. Ouid. Pectora praebet palpanda manu.

Parco tibi: deest accusatiuus cognatus quascunq; sit. Nam parcere alicui rei, est esse parcum in illa re. Virgil. 10. Argenti, atque auri memoras, quae multa talenta, Natis parceretuis. Idque indicat passiuum. Cicero. 2. Attic. Nec parcutur labori. Liuius: Precantes vt a caedibus, & ab incendijs parceretur. Plin. lib. 16. nec corpori ipsi parcutum. & lib. 17. Parcutur vestigijs. Admittit & alios accusatiuos, vt peccatum, errorem, culpam. Gellius 16. cap. 19. Vitam modo sibi vt parcerent. Terent. Nihil parcut seni. Idem. Hae ego vitam parsi perdere? vbi perdere est accusatiuus: Parcere a sanguine, & caedibus, sub. matium. Nam parcere est Abstinerere, vt Parcere pecunijs.

Parco, Staius: Non adeo parebimus omnia matri. Gell. lib. 2. Quaedam non esse parendum. Si velis in ijs deesse praepositionem, non repugnabo, dum accusatiuum cognatum intelligas: iuxta illud Liuij lib. 9. Dicto parcutur. Cicero: Cui parcutur.

Parturio. Horat. 1. Carm. Nec parturit imbres

bres perpetuos.

Pascitur herbas, & herbis dicimus. Virg. 4. Georgi. Pascuntur & arbuta passim, & 3. Pascuntur vero sylvas, & summa Lycei.

Pauco, sub. pauorem. Tacitus: Plures bellum pauescere. Lucan. lib. 7. Pauere pugnam. Silius: Pauescere prodigia. Facit. lib. 1. Nec imperitum adolescentulum, nec seditiosum exercitum pauescerent. Vide Pallere, & Astuo, & Metuo.

Peccare peccatū, Græcis est tritum. ἀμαρταν ἀμαρτια. Hinc eleganter legimus in Threnis: Peccatum peccauit Hierusalem. Cicer. 1. Natu. Empedocles autem multa alia peccans in Deorum opinione turpissime labitur. Ibidem. Atque etiam Xenophon paucioribus verbis eadem ferè peccat. Idem. 1. officio. Quo in genere in rep. multa peccantur. Idè paradox. Multa peccat. Terent. Adolph. Te plura in hac re peccare ostendam. Sallust. Jugurth. Quæ deliquisset, multa fore sperabat.

Penetrare in ædes, sub. penetrationem, vel se, vel pedem. Gellius lib. 5. Speluncam uacatus, in eam me penetrao, & recondo. Plaut. Trinumm. Quin prius me ad plures penetraui. Ibidem: Ne penetrarem me usquam. Idem Amph. In fugam se penetrare. Idem

Mene.

Mene. Nec hunc intra portam penetraui pedem. Tacitus lib. 5. Nihil tamen Tiberium magis penetrauit. Stat. 4. Sil. Limina penetrauita mortis. Apulei. lib. 8. Meta. Improuisi consero gradu se penetrant.

Pereo, compositum ab eo, & vt eo viam dicimus: sic Pereo viam, id est perficio viam. Vnde pro Mori accipitur, & qua forma dixit Virgil. Corydon ardebat. Alexim, sic dixit Plaut. in Trucul. Tres vnā pereunt adolescentes mulierem. Plaut. Epid. Heccine vbi scibit senex, puppis pereunda est probe. Home. 3. Iliad. Σὺ δὲ κείνου σιωπῶν ἔδνα. Id est, Tu autem malam mortem peribis. Vide Obire.

Pergo in urbem, sub. iter, vel Pergere. Nam apud Plautum tritum est; Pergo pergere, vt in Pseud. Pergitis pergere? Cicero in Acade. Itaque confestim ad eum ire perreximus. Liuius: Triginta nauium classe ire obuiam hosti pergit. Sallust. Jugurth. Igitur Carthagine duo fratres missi maturauere iter pergere. Cicero in Arato. Post hunc ore fero Capricornus vadere pergit. Idem Attic. Pergo præterita. Liuius lib. 22. Pergit deinde ire sequentibus paucis. Virgil. 6.

Obseruās quæ signa ferat, quo tedere pergat. Cicero. 1. de diuinat. Si ire perrexisset. Valerius Flacc. lib. 4.

Contra

Contra omnes validis tenui discrimine remis
Pergere iter. Græc. *ἔπειτα*, id est, pergit ire.

Pertædet, vide Pœnitet.

Piget, vide Pœnitet.

Plango, Ouid. 13. Metamor. Consuetaque
pectora plangit. Idem. Plangitur, & trepidās
adstringit vincula motu.

Placeo, Plaut. Trinum. Si illa tibi placebit,
placenda dos quoq; est, quam dat tibi. Idem.
Forma placita est. Ouid. 2. Fast. Est virtus pla-
citis abstinuisse bonis. Horat. 4. Carm. Quod
spiro, & placeo, si placeo, tuum est.

Plaudo pro accusatiuo cognato alios etiā
recipit. Virgil. 6.

Pars pedibus plaudunt Choreas, & carmina
dicunt. Statius. 1. Sylua. Aquas plaudere na-
tatu. Idem. 5. Næc fratrem cæstu virides
plausere Theramnæ.

Cicero Atti. Propter vicinum malum nec vi-
ctoria quidem plauditur. Quidam emenda-
runt victoriæ. Sed vtroque modo passuum
est. Cicero de Oratore: Nemo pedem suppleo
fit in illo iudicio. Martia. 12. Pulueremque
fugax hippodromi vngula plausit.

Pluere, Cæsar Scalig. cap. 9. Ineptiunt au-
tem qui Pluit, & huiusmodi putabant auto-
detera, quum tamen sit actiuum verissimum
Pluit sanguinem, & lapides, acimus in histo-

rijs. Et terra compluta est. Hæc ille. Apullei,
lib. 1. Florid. Totum istum spatium, qua plu-
tur, & ningitur. Adag. Asinus compluitur.
Itemque compluitur, neque sole adiuritur.
Plaut. Quam mihi amor & cupidus in pectus
perpluit meum. Huc refer omnia verba, quæ
dicuntur naturæ. Proper. libr. 2. Sollicito la-
chrymas depluit à Sypulo.

Pœnitet me peccati, nihil aliud est, quam
poena tenet me peccati. Plaut. Stich. Scen. 1.
Et me quidem hæc conditio nunc non pœni-
tet. Accius apud Agell. libr. 13. cap. 2. Neque
id sanè me pœnitet. Igitur illa quinque ver-
ba. Miseret, Tædet, Pudet, Piget, Pœnitet pro-
prie actiua sunt. Vt, piget me huius rei, id est,
pigritia huius rei piget me, vel tenet, & in pas-
siua legitur, error pudendus: Magister non
pœnitendus: & verba pigenda dixit Ouid.
Terent. Adolph. Facite quod vobis lubet. Idem
Phormio. Quare obsecro, ne plus, minive
faxit quod nos postea pigeat. Plaut. Casina.
Ita nunc pudeo. Idem Menech. Adolescens
quæso loquere tuum mihi nomen, nisi piges.
Vide supra caput. 1. de personalib. libro. 3.
Liuius lib. 1. Sub haud pœnitendo magistro.
Seneca lib. 1. de Ira. Ira tædet, quæ inuast.
Sueton. Augusti. Pertaxus, ignamiam suam.
Idem pertaxus morum peruersitatem. Te-

rent. Non te hæc pudent?

Potior, Plaut. A fin. Fortiter malum qui patitur, idem post potitur bonum. Terent. Hæc potitur gaudia. Item sine labore patria potitur comoda. Lucret. libr. 5. Quorum vnus Homerus Sceptra potitus. cæt. Quid. 9. Metamor. Nectamen est potiunda tibi. Cicer. 1. Tulcul. Sic ad decem millia annorum gentem aliquam urbem nostram potituram putent. Pacuius citante Nonio: Regnum potior: coniugem macto inferis. Sisenna libr. 4. Histo. Omnia quæ diximus loca statim potitus. Idem: hostes loca superiora potiti.

Præideo, Tacitus libr. 3. Quæ vbi cognita P. Velleio (is proximum exercitum præsidebat) Alarios equites ac leuis cohortium mittit in eos. Idem libr. 4. Et haud spernen da illic circum sociorumq; manus littora Oceani præfidebat.

Procedo in urbem, sub. iter, vel viam. Cæsar. 1. Gall. Iam processerant viam tridui,

Propero, Virgil. 4. A Eneid. Anna videsto te properari littore circum. Ibidem: Hæc patet A Eolijs properat dum Lemnius oris. Horat. Hoc opus, hoc studium parui properemus & ampli. fortè *κατά*. Plaut. Aul. Num domum properare propero. Mortem per uenera properare, Virgil. 9. A Eneidos: Hinc de

Lubra

lubra occulta celeritate properantur, Tacitus libr. 1. Inoffensum iter properauerat. Iuena. Saty. 3. Hæc inter pueros variè properantur. Virgil. Properate iussa.

Proficiscor, sub. viam, vel iter. Propert. libr. 3. Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas. Fest. Pomp. Profecturi viam Herculi, aut Sanco sacrificabant.

Proruo, vide Ruo.

Provideo, vide Prospicio. Terent. Adelph. Quæ si non assu prouidentur, me aut herum pessum dabunt.

Prospicio tibi, Prouidea tibi, sub. vtile, vel commodum. Liuius qui sedem fenestru vite stræ prospiciant. vide supra: Prospicio. & vtile, in Ellipsi.

Pudet, vide Pœnitet. Martia. Sed si te non pudet, hoc saltem pudeat Gallia negare nihil. Apulei. libr. 5. Quamquam nec istud puduit me com meo famulo. Plaut. Crisina. Ita nunc pudeo, atque ita nunc pœneo. Terent. Hæc non te pudet? Lucianus semper metuit, quem se qua pudebunt supplicia. Terent. Quem nec pudet quicquam.

Pugno, sub. pugnam, Græcè *πύξω* *πάξω* *πάξω*. Plaut. Pseud. Priusquam istam pugna bo pugnam. Cicero pro Murena. Ex omnibus pugnis, vel acerrima mihi videtur illa, quæ

P 2 cum

cum rege commissa est, & summa contentio ne pugnata. Catull. Pro qua mihi sunt magna bella pugnata. Horat. 3. Car. & pugnata sacro bella sub Illo. Plaut. Mene. Nec fero veniam de pugnatō p̄l̄io. Idem Amphi. Hæc illic est pugната pugna. vide Lambin. libr. 2. Oda. 6. Lucil. citante Donato in Adolph. Vicinus ocus, & magnam pugnabimus pugnam. Cicero pro Roscio: Quod à vobis hoc pugnari video. Horat. 4. Carminum. Prælia pugnare. Idem. Si quis bella tibi terra pugната marique Sallust. Quæ negotia, multo magis, quàm prælium malè pugnatum à suis regem terrebant.

QVADRARE, Horat. Et quæ pars quadraret aceruum.

Quiesco, Apuleius libr. 9. Meta. Post multum equidem temporis somnum humanum quieui. Ecessa. Cuium **Quiesco**, satis indicat passivum illud Terent. Act. 4. Scen. 2. And. Quibus quidem quam facile poterat quiesci, si hic quiesset. Vide Dormio, & Requiesco.

Queror, Cæsar. 3. Civi. Calamitatem, aut propriam suam, aut temporum queri. Plaut. Aulu. Pauperiem meam conqueror. Vide Conqueror.

RECORDOR, vide Memini.

Redire, vide Ire, & obire.

Redo-

Redoleo, vide Oleo.

Redundo, Quint. lib. 3. Trist. Siue redundatas flumine cogit aquas. Et 6. Fast. Amne redundatis fossa madebit aquis.

Refero, idem est quod refero. vide libro tertio. capit. primo.

Regno, sub. regnum. Græcè βασιλεύειν βασιλεύειν. Horat. Et regnata petam rura Phalanto. Idem. 3. Carm. Et regnata Cyro Bactra parent. Virg. Acri quondam regnata Lycurgo.

Regredior, sub. gressum. Ennius citatē Nonio: Qui nunc incerta re, atque inorata gradu regredere conare?

Reminiscor, vide Memini.

Requiesco, Virgil. Et mutata suos requierunt flumina cursus. Idem in Ceiri: Quo rapidos etiam requiescunt flumina cursus. Propert. libr. 2. eleg. vltima, ex Scaligeri correctio ne: Quavis ille suam lassus requiescat aenam. Ibid. Ante Iupiter Alcmenam geminas requieverat Aretos. vide Quiesco.

Resideo, Residere poenitentiam dixit Plinius; pro sedendo agere, lib. 34. capit. 14. Aristonidas artifex qui exprimere vellet Athamantis furorem, Learchum filium præcipitavit volentis, & præcipitato illo residentis poenitentiam. Sic emendat ex antiquis Leuinus Torrentius. Plaut. Capt. Act. 3. venter, gutur-

que resident esuriales ferias. pro sedēdo agūt. Cicer. de leg. 2. Denicales ferias appellat, quibus residentur mortui: quod scilicet sedendo mortuis feriantur.

Roro, Plin. libro 17. capit. 10. Si rorauerit quantulumcunq; imbrem. Quid Scribimus, & lachrymis oculi rorantur abortis. Idem. 3. Fasto. Mollis erat tellus rorata mane pruina. Idem. 2. de Ponto. roratas rosas. Et in sacris Rorate cœli desuper, & nubes pluāt iustum. vide, Pluere.

Ruo, sub. ruinam. Quid si nunc cœlum ruat? ubi Donatus supplet se, qui accusatiuus exprimitur in compositis. Horat. 4. Carmi. Multa prouet integrum cum laude victorem. Terent. Adelph. Vide ne ille huc intro se irruat. Idem Eunū. Illic omnes prouunt se foras. Catull. ad Manlium: Nam mihi quam dederit duplex Amathuntia curam Scitis, & in quo me corruerit genere. Virgil. 1. 2. Ruet omnia late, & 2. Georg. Et ruit atram ad cœlum picea crassus caligine nubem. Horat. lib. 2. Saty. 5. Vnde diuitias aërisq; ruam dic augur aëruos? Terent. Adelph. Ceteros ruerem, agerem, tunderē, & profternerem: Plaut. Ruden. Corruere diuitias: id est congregare. Lucret. 5. Quum mare permotum ventis ruit intus arenam. Virgil. 1. Georg. Cumulosque ruit

ruit malē pinguis arena, sub. agricola. Lilius 8. Ut ferme fugiendo in media fata ruitur, Apulei. 1. Florid. Et quarit quorsus potissimum in prædam supernę se se ruat fulminis vice. M. Varro. Spicæ corruuntur in corbem.

Rutilo, Valer. Maxim. lib. 2. cap. 1. Capillos cinere rutilarunt. Plinius lib. 28. Gallorum hoc inuentum rutilandis capillis. Lilius lib. 37. Comæ promissæ & rutilatæ. Tacitus lib. 20. Crinis propexus, & rutilatus.

SALTO, Ouid. 5. Trist. Carmina saltantur Theatro. Idem. 2. In st. Saltata poemata populo. Horat. 1. Sermo. Pastorem saltaret uti Cyclopa rogabat. Iuuenal. Chironomon Lædam molli saltante Batyllo. Euripid. Andro. *ἄνδρα πινδύρα*, id est, Saltationem saltans.

Sapio, Plautus: Ego meam rem sapio. Persius: Quum sapimus patruos. Idem: neque de mortuos sapit vngues. Ennius apud Cicero-nem. Qui sibi semitam non sapiunt, alteri mōstrant viam.

Satisfacio est facio satis, ut satis accipio, ubi (Satis) pro accusatiuo est. Nihilominus tamē Cato rusti. cap. 149. dixit: Denicum pecuniam satisfecerit.

Satago, vide lib. 2. capit. tertio. in Rectione genitiui.

Seruo seruitutem, tritum fuit; à Græcis sumptum *ἰσχυρὸν ἰσχυρῶν*. Cicero in topicis; Quorū nemo seruitutem seruit. Idem Pro Mur. Si seruitutem seruiert. Quintil. Seruus est, vt antiqui dixere, qui seruitutem seruit. Plaut. Aulul. Nam qui amanti hero seruitutem seruit. Idem Trinum. Tuis seruiui seruitutem imperis. Ibidem: Tibi seruitutem seruire. Idem Milit. Nam ego iam diu apud huc seruitutem seruo. Liuius libr. 40, Qui seruitutem seruissent. Cicero. 1. offic. Vt communi utilitati seruiatur. Martial. libr. secundo. Non bene (crede mihi) seruo seruitur amico, Senec. de tranquill. Assuescamus coenare posse sine populo, & paucioribus seruis serui. Ex his exemplis bene intellectis extirpantur verba, quæ isti fingunt impersonalia passiuæ vocis, & simul verba neutra vide. In seruo.

Sedeo, Placianus verba sunt hæc ex lib. 18. de imperson. construct. Nam quum dico curritur, cursus intelligitur, & sedetur sessio, & ambulatur ambulatio; & euenit euentus, & similia, quæ res in omnibus verbis etiam absolutis necesse est vt intelligatur. vt Viuo vitam, ambulo ambulationem, sedeo sessionem, Curro cursum. vide, Curro

Sitio, Ouid. 1. Fast. Quo plus sunt pota,
plus

plus sitiuntur aquæ. Et, vt Sitio sitim, vel sitire dicendum erat, sic per translationem dixit Cicero. lib. 3. ad Q. Frat. Neque sitio honores, neque desidero gloriam. & 5. Phil. Sanguinem nostrum sitiebat.

Somnio, Plaut. Rud. Mirum atque inscitum somniati somnium. Suetio. Galba: Somniavit speciem Fortunæ, cæt.

Sono, Virg. Nec vox hominem sonat. Idem Culice: Sonat liquorem. Perf. Sonat vitium percussa malignè fidelia.

Spiro, vel expiro, Arnob. libr. 1. Nunquid suas animas expirauerunt venti? Apulei. de mundo. & Quum mouetur spirat illos spiritus. Ouid. 3. Metamor. Deam spirat mulier. Virgil. Comæ diuinum vertice odorem spirare. Horat. 3. Carm. Quod spiro, & placeo tuum est.

Stipulari stipulationem. l. 3. §. 1. D. iud. sol. l. 42. §. vlti. D. solut. matri.

Sto, Plinius in Epist. Standum est epistolis Domitiani. vox in Dus, a. uin, non potest esse nisi à verbis regentibus accusatiuum, vt viuendum est, sub. viuere. Plaut. Pseud. 7. Quid agitur? P. Statur hic ad hunc modum, id est, statur stare, vel statio.

Studeo, Horat. Hoc studet vnum. Cicero de reditu suo. Quum vero literas studere cæ-

pit. Plaut. Mili. Magis metuant, minus has res
studeant. Cicero Philip. 6. Vnum sentitis om-
nes, vnum studetis. Idem de Finib. Illud quod
studet, facere possit ornatius. Idem Tuscul.
Hæc quum disputant, hæc student. Terent.
Quin tu hoc potius stude.

Stupeo, Virg. Pars stupeat inuptæ donum
exitiale Mineræ. Petron. Arbit. Cæterum
dum ego omnia stupeo.

Subire onus, molestiam, munus, trita sunt.
Pomp. Mella de quodam Specu. & quo ma-
gis subitur obscurius. vide Eo.

Sudo, Virg. Et duræ quercus sudabunt rosci
da tuella. Idem. Pinguia corticibus sudant ele-
stra myricæ. Stat. 5. Theb. Gellido vel labor
sudatus in Aemo. Quintil. Et vigilandæ no-
ctes, & in sudata veste durandum.

Succedo, Fronto in verbo Succedo illam
rem, citat Sallust. in. 3. hist. Muros successer-
ant. vide Cedo.

Succeseo, Gell. lib. 16. c. 11. Pfillosre aqua
ria defectos eã inini iã grauitur Austro succen-
suisse. Aristoph. in Pluto. μεμυρισθαι μεμ-
φομαι τὰς ψυχας sonant. Hanc acculatione
accuso, vel succenseo, vel expostulo.

Suppeto, Sallust. de rep. Alibi quidem que
mens suppetit, eloqui non dubitabo.

Supplico, Plinius lib. 13. Iliacis temporibus

bus non supplicabatur thure. Cicer. 2. Agra.
Voluerint populo supplicari.

Supplodo, vide Plaudo.

Superledeo, Gell. lib. 2. capit. 29. Operam
superfedent. Livi. 6. Rebus diuinis superlede-
ri iustum.

Surgo, Valer. Flacc. 5. Surgitur in som-
nos. Iuuenal. Saty. 4. Surgitur, & misso pro-
ceres, cæz.

Suspiro, Tibull. lib. 4. Quod si fortè alios
iam nunc suspirat amores. Horat. lib. 3. Od. 2.
Illum a dulca virgo suspiret. &c.

TACEO, Persius: Dicenda, tacendaq; cal-
les. Plaut. Mil. Taceo te. Terent. Eunu. Ne hoc
quidẽ tacebit Parmeno. Ibidem: potest taceri
hoc. Ouid. 2. Amor. Amor tacetur in medio
mari. Terent. Adolph. Ignotum est, tacitũ est,
creditum est. Mart. in prin. Fucinus, & pigri
taceantur stagna Neronis, Cic. Multa tacui.

Tædet, vide Poenitet.

Tendere in urbem, sub. iter, vel viam. vel se:
Virg. tendere iter velis. Idem: Et gressum ad
moenia tendit Plaut. Pse. Tenes quorsum hæc
se tendat, quæ loquor? Virg. Ceiri: Nã qua se
ad patrium tendebat semita limen. vide Eo.

Timeo, vide Metuo.

Titillo, Horat. Ne vos titillet gloria. Cicer.
Fini. Si ea voluptas esset, quæ quasi titillaret
sensus.

sensus. Idem off. Hominum multitudinis leuitatem, & voluptatem quasi titillantium.

Tono, Virgil. Tercentum tonat ore Deos. Plin. prefat. Quāto tu ore patris laudes tonas?

Triumpho, Gell. 2. capit. 11. Triumphauit triumphos nouem. Cicer. 2. off. Et ex ea uerbe triumphari. Horat. 3. Carm. Medis triumphatis.

Tremo, Tremisco. uide Metuo.

VACOO, Valer. Max. lib. 4. capit. 3. Deinceps ijs uacemus, quorum animus aliquo in momento ponendi pecuniam nunquam uacauit. Locus est obscurus, etiam doctis. Sed deest, Vacationem, ut si dicas. Nunquam uacas studendi. s. vacationem. ut Cicer. loquitur.

Valeo, sub. ualitudine, quæ si nobis non esset ualere non possemus, ut nec uiuere sine uita. Plaut. Persa. Quid agit Sagaristio? ut ualeatur. Vaporo, Virg. 1. 1. Et templū thure uaporant, & alibi uaporatas aras. Hora. in epist. Læuam discedens curru fugiente uaporet.

Vapulo, Verbum hoc non solum Grammaticos omnes, sed etiam Quintilianū conturbauit, qui lib. 9. cap. 3. Neotropasiiuū (ut ipsi loquuntur) esse putauit. Omnes mihi uidentur huius uerbi etymon, significationem, & constructionem ignorasse Vapulo ductum est à Græco ἀπόλωρα perco, uel ab ἀπόλωμαι peri-

bo. Peri, uel Vapula sæpe reperias apud comicos in futuro imperandi, atque etiam, plora. uide in Antiphrafi, Viola. Significat igitur Vapulo: Malè ploro, uel doleo. Est etiam Fustuarium accipere. Græco prouerbio dicebatur, cæpas edere, uel plorare, quum significabant se aliorum miseras non curare. Vide Petr. Victor. libr. 13. Varia. cap. 12. & Adag. cæpas edere. Id latine dicitur (Vapula) Sæpè apud Plaut. & Terent. Senum uocati ab heris suis, respondent: Vapula; quum non existiment se id heris dicere. Et idem esse Vapulare, quod dolere, aut plorare declarat eleganter prouerbium: Vapula Papyria: quod prouerbium ex Festo integrum adducam, quoniam Erasmus, quia corruptum, & decurtatum legerat, minus explicauit. Vapula Papyria (inquit) in prouerbio antiquis fuit: de quo Sinius Capito sic refert. Tum dici solitum esse, quum uellent misantibus significare se eos negligere, & non curare fretos iure libertatis. Plaut. in Fœnerati. Heus tu, in Barbaria, quod dixisse dicitur liberta suæ patronæ, ideo dico: Liberta salue: Vapula Papyria. in Barbaria est in Italia. Alius hoc loco Vapula, positum esse ait pro Dele, Varro pro Peri: teste Terent. in Phorm. Non tu manes? S. Vapula. P. id tibi

tibi quidem iam fiet. & Plaut. Curcul. Red-
din an non mulierem, priusquam te huic
meæ macchææ obijcio maftigia? S. Vapu-
lare ego te vehementer iubeo: ne me territes.
Hactenus Festus. Nec dicitur latinè: Pueri
vapulant à præceptore, quod passim inal-
cant Grammatici, vno tantum Quintiliani
testimonio freti, qui libr. 9. capit. secundo.
Sic, inquit, vt testis in reum rogatus an ab
reo fustibus vapulasset, & innocens, inquit,
Sed hoc dictum, aut Quintil. non intellexit,
aut locus deprauatus est. Nam Tullius Ruf-
fianus antiquus rhetor in figura Apophasi,
sic citat: Et testis interrogatus ab reo, num
fustibus vapulasset? innocens, inquit. Hæc ve-
ra lectio & interpretatio est, nō quæ ex Quin-
tilian. citatur.

Veneo, In hoc verbo negotium nobis fa-
cessit idem Quintil. cuius testimonio Gram-
matici freti audent dicere: Serui veniunt à
mangone, quod ineptissimè latinè dicitur.
Verba Quintil. sunt libr. 12. cap. primo. Cer-
tè Fabricius Cornel. Ruffinum, alioqui & ma-
lum ciuem, & sibi inimicum, tamen, quia uti-
lem sciebat ducem imminenti bello palā Con-
sulè suffragio suo fecit, atq; id miratibus qui-
busdā respondit: Aciue se spoliari malle, quam
ab hoste venire. Hæc ille. cui accedere non
possum

possum in hac phrasi: ab hoste venire. Di-
ctum Fabricij sic effertur. Malo compilari,
quàm venire: & ita citatur à Cicer. 2. de Ora-
to. Veneo itaque fit ex venum aduerbium, &
eo. is. Vt Ire pessum: ire venum: mittere pes-
sum: mittere venum. Si tamen contendas
posse dici: serui veniunt à Cicerone, non signi-
ficabis Ciceronem vendere, sed alium volen-
te, aut iubente Cicerone, id est, à parte Cice-
ronis. Sic Plautus dixit: Vbi sunt, qui amant à
lenone. Denique ridiculi sunt, qui verba Neu-
tropassiuā excogitarunt.

Ventilo, Iuuenal. Ventilet æstium digitis
sudantibus aurum. Martial. lib. 3. Et æstiuanti
tenue ventilat frigus concubina.

Venio ab vrbe, sub. viam, vel iter. Ouid. 1.
Fasto. seu quod ad vsque decem numero cre-
scente venitur. Hora. Ventum erat ad Vestæ.
Apul. lib. 9. Quam veneramus viam capepsit.

Vescor, Tacitus in vita Agricola. Eo ad ex-
tremum inopiæ venere, vt infirmissimos suo-
rum, mox forte ductos vescerentur. Plinius
lib. 8. cap. 50. Ideo si caprinum iecur vescan-
tur. Idem 10: Aues nonnullæ vescuntur ea,
quæ rapuere pedibus. & libr. 11. Qui Absin-
thium vescuntur. Tibull. libr. 2. Sic vsq; sacras
innoxia laurus vescar. vide Vtor.

Vigilo, vide Dormio, & Sudo. Ouid. No-
ctes

tes vigilatur amaræ. Idem. 1. trist. Aspicias illic positos ex ordine fratres, quod studium cunctos euigilauit, idem. Proper. 3. Eleg. 13. Nox vigilanda mihi.

Viuo, Terent. Nam ego vitam duram, quã vixiſſe adhuc. Plaut. Epid. Vitam vt vixiſſent olim in adolescentia. Idem Amph. vt profecto viuas ætatem miſer. in Poenu. Per quem viuimus vitale æuum. Mercat. Qua cauſa vitam cupio viuere. Cicer. de Senect. Tertiã enim ætatem vixerat. Quid. iam tertia viuatur ætas. Qui vitam beatã viuere volet, philoſophetur oportet. Idem lib. 3. Acuſatoriam vitam viuere. Quid. Viuitur exiguo melius. Cicer. lib. 1. 3. epist. 2. 8. Tum ſtudia illa noſtra, quibus ante delectabamur, nũc etiam viuimus. vide Deſo.

Vlulo, Lucan. 1. Vlularunt triſtia Galli. & Centum vlulata per vrbes.

Vtor, Terent. Mea bona vtantur. Idem Adel. Mea, quæ præter ſpem euenere, vtãtur, ſine. Plaut. Aſina. Cætera quæ volumus, vt, græca mercamur fide. Cato Ruſt. de villico. c. 142. Quomodo villicam vt oportet. Idem vicinas, aliasq; mulieres quam minimum vtantur. Charif. libr. 5. Vtor hac re nos dicimus, apud veteres autem, & Vtor hanc rem dictũ eſt. Eraſmus in copiam capit. 3. 1. Vtor hanc rem

rem. Non. Marcell. citat Turpillium in Pædeo: Nuptias abiici, amicos vtor primores viros. Lucil. Saty. Quem metuas ſepè interdum quem vtare libenter. Vide Abutor.

De verbis paſſiuis contra omnium Grammaticorum opinionem.

Cap. IIII.

Sæpe quidem Grammatici, nunquam tamen ita egregie delirarũt, quã in verborum paſſiuorum deliramentis tradendis. Aiunt enim rem, quam vocant agentem, in paſſiua in caſu ſexto cum A vel Ab, vel in datiuo debere collocari. Nec deſunt hebetiores, qui addãt, etiam in caſu quarto cum Per; vt, Res agitur per eodem creditores. Totum falſum eſt.

Ac de datiuo quidem facile deiicientur: nã vno aut altero malè intellecto teſtimonio nituntur. Cicero dixit: Neque ſenatu, neque populo, neque cuiquam bono probatur. Sed deberent illi aduertere ſæpe apud Ciceronem, & alios reperiri in actiua eundem datiuum; Cic. pro Balbo: Non vt vobis rem tam perſpicuam dicendo probaremus. Itaque hoc non probatur mihi; eſt, tu hoc mihi non probas. Cic. Attic. lib. 4. quos libros, vt ſpero, tibi val-

de probabo. Addunt ex Virgilio: Nec cernitur vlli. *fab vilo*. Nec Seruium consulunt, qui id Græcè dictum offendit. Mihi tamen hic, & vbiq; datiuus acquisitionem significat: & quemadmodum datiuus à nullo verbo regitur, ita cuius orationi aptissime iugetur. Nec enim aliter significat, quum dico: Da pecunias mihi: quam quum dico: Filius mihi peccat; aut, Non omnibus dormio. Itaque. Non cernitur vlli, id est, nulli ostendebatur, nulli erat conspicuus. Vnde aptissime Apuleius de Deo Socratis; Homeri versiculum vertit.

Soli perspicua, aut aliorum nemo tuetur. Addunt etiam ex Martiale lib. 2. Si cui forte legeris: & si totum tibi triduo legatur. Sed hi videntur ignorare Romanorum morem, qui legentes an agnostas audiebant. Habebant, inquit Viues lib. 1. de corrup.) proceres Romani in illis imperij occupationibus: lectores quos Græca voce *ἀγνοστας* nominabant, qui epulati⁹, qui dormitanti⁹ bus, lauantibus, deambulanti⁹ bus iter faciētib⁹ legerēt. Imo & ab ipso Martiale discē datiuum in passiuā esse acquisitionis. lib. 10. At nō & statim differt Atropos, atque omnis scribitur hora tibi. Plaut. Mihi illic nec feritur, nec metitur. At, inquit, in passiuis participijs patet datiuus rei agentis: vt Dicte mihi, dicende nobis. Respondet

Datiuus

Datiuos illos, non propter participia, sed propter verbū substantiuum esse positos: vt, Sunt mihi amici: vbi etiam, acquisitio significatur, nō actio, vel passio: vt, Causa docēda mihi est; id est, mihi, nō alijs expedit causam docere.

Qui afferunt rem agentem in accusatiuo collocari cum Per, magis falluntur. Nā quum Cicero dixit: Res agitur per eosdem creditores: nō significauit creditores agere rē, sed regis amicos agere rem per creditores, istorum error satis refellitur ex innumeris testimonijs, vbi in voce actiua, Per, adhibetur: Q. Curtius lib. 9. Inuitatumq; ad epulas per Boxum quēdam Macerianū in cōuiuio occidit. Caesar. 3. ciuil. Pōpeius frumētū omne per equites corripauerat. Cic. Mirifice mihi & per se, & per Pōpeium blanditur Appius. Idē. Nihil inter est, verū per procuratōrē agas, an per te ipsum.

Si præpositio Per non significat rem agentem (vt facile demonstrari potest) nec A, vel Ab significabit. Nā Cicero interrogatus per Per, respondit per A. Locus est in prima & secunda epistola lib. 5. ad Famil. vbi Metellus inquit: Non putaram Metellū fratrē ob dictū capite ac fortūnis PER TE oppugnatum iri. Cui respondet Cice: Quod scribis nō oportuisse Metellum fratrem tuum ob dictum à me oppugnari. Ibid. ad Luceium: Quum hoc de-

Q. 2 mon-

monstret me à te potissimū ornari, celebrari, que velle: subdit paulo post: Neque autē ego sum ita demens, vt me sempiternæ gloriæ per eum commendari velim, &c. vide infra.

Si per A, vel Ab, res agens significaretur, semper apponeretur, vel saltem suppleretur ablatiuus cū præpositione: sed in multis suppleri non potest; non est igitur res agens ablatiuus. Cic. pro lege Manil. In quo agitur populi Rom. gloria, agitur salus sociorum, aguntur certissima populi Rom. vestigalia. idem Æschines in Demosthenem inuehitur. Virg. Tum verò in curas animum deducitur omnes. Huc adde illa: Linqvior animo: cōsternor mentem: videris esse doctus: afficior pudore: & innumera eiusmodi. Regula igitur artis nostræ Grammaticæ vera est: Passiuum verbum nihil præter suppositum desiderat.

A, vel ab (vt in vniuersum dicam) siue in actiua, siue in passiuâ significat à parte vt ventus fiat ab Oriente. Et cum Cornelius Tacitus dixit, Trepidabatur à Cæsare: non significat Cæsarem trepidare, sed à parte Cæsaris, hoc est Cæsarianos. Et Cic. 2. Offic. de Alexandri Pharej morte, quū inquit: Ab ea est enim ipse propter pellicatus suspicionem interfectus: non significat ipsam Theben manus interfecisse regem, quem Theosphonus, Ph

tholau.

tholau, & Lycophonipius Thebes fratres trucidarunt. Sic Plutarchus in Pelopida: & Diodorus Siculus lib. 16. Ann. 4. Poponius Melalib. 1. cap. 2 1. urbem Dioscuriada à Castore & Polluce conditam dicit: quam re vera Amphitus & Telchius aurigæ Castoris & Pollucis condiderunt. vide Solinum. Terent. Phor. Non potest satis pro merito ab illo tibi referri gratia. Hanc phrasin sic retulit Cæsar. 1. Ciuil. Pauca apud eos locutus, quòd sibi à parte eorum gratia relata non sit pro suis in eos maximis beneficijs.

Hic melocus admonuit, vt varia subiungā testimonia, in quibus eadem res nunc per A, vel Ab nunc aliter enuntietur. Linius libro. 6. Dec. 3. de Iubelio: Me quoque iube occidi, vt gloriari possis, multo fortiozem, quàm ipse es, virum abste occisum esse. Val. Maxim. lib. 3. cap. 2. de eodem Iubelio: Quid cessas in me cruetam securim distringere, vt gloriari possis aliquando, virum fortiozem, quàm ipse es, tuo iussu interentum? Idem Val. Max. lib. 5. cap. 3. de Carbone: Sed nobis tamen tacentibus Gn. Carbonis, iussu tuo interempti mors animis hominum obuersabitur. Idem rursus de eodem, lib. 6. cap. 2. Vidi Gn. Carbonem, cum in summo esset imperio: à te equite Ro. trucidatum. Huc adde illa paulo ante relata,

Q 3

de

de Metello, & Luceio.

Sed iam ad asyllum sacrarum litterarū, con-
fugiam, vt pernicaces Grammaticos conuin-
cam. D. Paul. 6. ad Rom. *ὁ γὰρ ἀποθνήσκων ἐστὶ
ναίωνται ἀπὸ μαρτυρίας*. i. Qui enim mortuus est
iustificatus est à peccato. Verte in actiuā mo-
re Grammatico, & in heresin incurres. sic: Pec-
catū iustificauit illū, qui mortuus est. Quid ab-
surdus: A peccato iustificatus est ille, hoc est,
à parte peccati, quia nō pertinet ad eum pec-
catū. Ita dixit Pilatus: Innocens ego sum à san-
guine iusti huius. Obscurius illud Matt. cap.
11. & Luc. 7. Iustificata est sapientia à filijs suis.
i. doctrina nō pertinet ad hāc generationē. Et
Hier. 10. Stultus factus est oīs homo à sciētia.

A, vel Ab, idem esse quod à parte multis
possem testimonijs ostendere: sed accipe pau-
ca; ac primū in verbo substantiuo. Plaut.
Curc. Tam à me pudica est, quasi soror mea
sit. Terent. Hecy. Narrat, vt virgo à se integra
etiam tum fiet. Idem, Ab Andria est ancilla
hāc. Idem Heaut. Tantū ne est ab re tua otij
tibi? Valer. Max. lib. 2. cap. 4. Atellani autem
ab Ofcis acciti sunt. i. Romani acciuebunt illos
ab Ofcis. Cic. pro Muræ. Nostri inquam illi
à Platone, & Aristotēle moderati homines. i.
Platonici, & Aristotelei. Idem. 3. Orat. A cæ-
teris silentium fuit. Idem pro Mil. Beatōs esse
quibus

quibus ea res honori fuerit à ciuibus suis. Idē
pro Rabir. Quorum impunitas fuit, non mo-
dō à iudicio, sed etiam à sermone. Idē. 1. Orat.
Vide ne hoc totum Scæuola sit à me. Cicero-
niana sunt: Locus à frumento copiosus: à ma-
gistratibus nuda res publica: ab amicis inops;
à propinquis nudus; à suis munitus: orba ab
optimatibus concio. Cicero. 3. Orat. Nihil isti
adolescenti, neque à natura, neque à doctrina
desse sentio. Terentius Heaut. Sed hic actor
tantum poterit à facundia, quantum, &c. Ci-
cero à voluntate scriptoris stare: aut à se po-
tius, quā ab aduersarijs stare: à senatu stare.
Terent. And. Concrepuit à Glycerio ostium.
Idem: Sed quid ab illo crepuerunt fores? Qui-
dius. 5. Metamor. Magna feres, tacitus solatia
mortis ad vmbas, A tanto cecidisse viro. Idē
13. Meta. Occidit à magno (sic Dij voluistis)
Achille. Propert. solus amans nouit quando
periturus, & à quo. Lucan. Quis nolit ab isto
ense mori. Ouid. 3. de Ponto: Discipulo perij
solus ab ipse meo. Cicero. 2. Offi. Phalaris nō à
paucis interijt, vt hic noster. Idē, à ualētore in-
terire. Plin. lib. 11. Quū perijt ab Annibale. Li-
uius lib. 1. Vtrinque pugna ciebant, ab Sabinis
Metius Curti, ab Romanis Hostius Hostili.
Cicero. Tantū amor ē sibi cōciliarat à nobis omni-
bus. Plaut. Most. Qui à patre eius cōciliaret

Desum;

Possum.

Sto.

Concrepo.

Crepo.

Cado, ocef

do, perco,

inseco.

Cetero.

Concillo.

R 4 pacem.

Sum.



pacem. Terent. Eun. Nequis fortè internun-
 eius clam à milite ad eam cursitet. Cicer. Atti.
 Curfiro. Mare nunc, quia à sole collucet, albescit. Ho-
 Collu et. rat. Multaque merces defluat tibi æquo ab
 Defluo. Ioue. Virg. Qui nunc Misenus ab illo dicitur,
 id est, propter Misenum: sic dux dicitur, à du-
 Dicor. ctu, & rex à regendo. Plin. Ab amicitia eius
 Doleo. Giacchanus appellatus, Plaut. Cistell. Doleo
 ab animo, doleo ab oculis, doleo ab ægritudine,
 Plin. lib. 24. cap. 8. Si caput à Sole dolet,
 Metuo. Cic. Et à me insidias metuunt. Ouid. Nubibus
 asiduis pluuioque madescit ab Austro. Cic.
 Madefco. r. Acad. Nunciatum est nobis à M. Varrone,
 Nuncio. venisse eum ab Roma. Val. Max. lib. 4. cap. 3.
 Obsco. Interim velim ne mihi à Sole obstes. Cicer. 2.
 Oppono. Nat. Et, si est calor, à Sole sese opponant. Ouid.
 r. Metam. Postquam vetus humor ab igne
 Percalco. percaluit Solis. Lucret. libr. 6. & in lucem tre-
 Rarefco. mulo rarefuit ab æstu. Cice. Attic. Quum Ro-
 Refrigeo. mæ à iudicibus forum refrixerit. Cic. Saluebis
 Salue. à meo Cicerone. Quintil. lib. 3. An timendum
 Timeo. à rege bellum? Ouid. 2. Fastor. Sed tamen à vè-
 Tumeo. to, qui fuit, vnda tumer, Cæsar lib. 3. ciuil. Hęc
 Vaco. à custodibus classium loca maxime vaca-
 Valeo. bant. Plaut. Epid. A morbo valui, ab animo
 æger fui.
 Sed quid in his moramur, si sola hac ratio-
 ne hoc euincere possemus? Si præpositio A,
 vel

vel Ab eum eodem verbo, & eodem sensu in
 actiua & passiua reperitur: insipientis præce-
 ptoriserit, vtrobiq; rem agentem explica-
 re. Verbi gratia: Dabuntur à me pecuniæ: nō
 est, Ego dabo pecunias, sed dabo à me pecu-
 niæ: quod Hispanè dicitur: De mi parte, o a
 mi cuenta. Adferamus igitur exempla, vbi A,
 vel Ab eodem sensu in actiua & passiua in
 vno eodemque verbo reperitur.

Cic. Neque vero M. Tullius animum à ve-
 stra abalienauit potestate. ¶ Plaut. Milit. Istuc Abalieno-
 crucior à viro me tali abalienarier.

Abducere animum à sollicitudine: & pue-
 rum à Grammaticis: & abducere à nido, trita
 sunt. ¶ Cicer. Naue à prædonibus abducta.
 Amarito ad diuortium vxor abducitur, teste
 Donato.

Cic. Senect. Eique dona à socijs adtulisset. Adfero.
 Idem. 3. leg. Cui ne reditus quidem ad bonos
 salutem à bonis potuit afferre. ¶ Idem Attic.
 Et plus à vobis præsidij, quam à cæteris opis
 ad salutem potest afferri. Idem: Nuncios à Par-
 this adferuntur.

Cic. pro dōmo sua: Clodius pecunias con-
 sulares abstulit à senatu. Idem Attic. Totam
 Academiam à nominibus nobilissimis abstru-
 li. ¶ Plaut. Pseud. Auferetur id præmiū à me,
 quod promisi per iocum.

Accipite. Terent. Adel. Abs quiuis homine, quum est opus, beneficium accipere gaudeas. ¶ Cic. Acad. Quæ à quouis accipi oporteret, & quæ repudiari.

Ame. Plaut. Pseud. vbi sunt isti, qui amant à lenone? Idem Pænulo. Amat à lenone hic. ¶ Cic. ut scires, eum non à me diligì solum, verum etiam amari.

Auerto. Auertit oculos ab illo. ¶ A iudicibus oratio auertitur.

Auello. Sperat se à me auellere. ¶ Non ab ea rep. auellar. sic diuello, & reuello.

Audio. Cic. de Senect. Sape à maioribus natu audiui. Idem. 3. Fin. Esseque hominis ingenium, vel le bene audire à parentibus. ¶ Nostros senes commemorare audiui ab aliis senibus auditum. Claud. de raptu lib. 1. Iam magnus ab imis. Auditur fremitus terris.

Do. Cic. Attic. lib. 14. A me hoc illi dabis. Idem pro Flac. Ab Attilio Seruilio dicit se dedisse, & à suis fratribus. Idem Attic. Se à me quodam modo dare. Plaut. Capt. Viaticum vt. dem ab trapezita tibi. Idem Menech. Da sodes à te, post reddidero tibi. ¶ Teren. Adel. Dabitur à me argentum. Cic. 1. Verr. Tempus quod nihil ab amicorum negotijs datur. Idem Att. Datur mihi epistola à sororis tuæ filio. Idem. 1. Leg. Nullam tibi à causis vacationem video dari. Idem lib. 7.

lib. 7. Epist. Ad Cæsare littere mihi datur à te.

Virg. Dum teneras defendo à frigore myr. Defendō.
tos. Plin. Vestes à tineis defendit hæc herba.

¶ Cæsar. 2. Civil. Musculus defenditur à nostris. Cicer. 2. Agrar. Ab hostibus defendi paludib. vide Murnio & Prohibeo.

Deicere oculos à rep. ¶ Deiectus ex aliquo. Deicō.
quo, & ab aliquo loco.

Desidero abs te aliquid. ¶ Desideratur à Desidero.
magno philosopho grauitas.

Plaut. Rudent. Qui prædam ab eo emerat. Emo & redimo.
Valer. Maxim. lib. 4. cap. 2. A piscatoribus in Milesia regione verriculum trahentibus quidam iactum emerat. Cicer. Offic. Aut captos à prædonibus redimunt. ¶ Cice. 1. Verr. Emptum est ex senatuscōsulto frumentum ab Siculis prætore Verre. Idem pro Sextio: Ex his princeps emitur ab inimicis meis. Plaut. Epid. A lenone quædam vt fidiæina, quam amabat, emeretur sibi. Sueto. August. Caium & Lucium adoptauit, domi per assem, & librâ emptos à patre Agrippa. Liuius Dec. 4. lib. 4. Vt captiuab Annibale redimantur. Iuuen. Satyr. 4. Monstrum nulla virtute redemptum à vitij. Ouidian. Epist. Si tibi ab Atrida precio redimenda fuiffem. Vide Peto, & postulo.

Eripere à periculo. ¶ Vercor necripiatur à Eriplo.
nobis regia causa.

Cic.

- Excludo,** *vide* Cicer. pro Cluent. Excludere ab hereditate. Idem Verri. 7. Excludere aliquem à negotio.
- Repello.** ¶ Terent. Andri. Vt ab illa excludar, huc concludar. Cic. 1. orat. Repelli, & excludi à gubernaculis ciuitatum.
- Exigo.** Exigere aliquid ab aliquo. ¶ Quintil. lib. 1. A Grammaticis exigitur poetarum enarratio. Caesar. 1. Ciuil. Pecuniæ à municipijs exiguntur.
- Extorquico.** Extorquere aliquid ab aliquo tritum est. ¶ Cicer. Pecuniæ omnis ab eo extorta atque erepta est.
- Facio.** Cicer. de vniuers. Mundus per se, & à se & patitur & facit omnia. Idem. 1. Inuent. Comune est, quod nihilo magis ab aduersarijs, quam à nobis facit. Idem de Orat. A se aliquid facere. ¶ Tritum est: hoc factum est à vobis.
- Flagito.** Cic. ad Appium. Flagitare promissum ab aliquo per litteras. ¶ Cic. pro Sext. Flagitabatur ab his quotidie cum querelis bonorum omnium, tum etiam precibus senatus, vt meam causam susciperent. Vide Postulo.
- Habeo.** Terent. Phorm. Otium à senibus ad potandum vt habeam. Cicero Bruto: Nullas adhuc à te litteras habebamus. Idem pro Sext. Habere beneficium ab aliquo. Idem. 1. Offic. Scenicorum quidem mostantam habet à veterere disciplina verecundiam, &c. Idem. 12. Famil.

mil. Habeas eos à me commendatos. Idem, habere præsidium, vel spem ab aliquo. ¶ Idem in Vatin. Quare ne tibi hunc honorem à me haberi forte mirere. Idem pro Cælio. Eam dignitatem in M. Cælio habitam esse summam, hodieque haberi ab omnibus. Egregius locus est in Plauti Mænece. act. 5. Ludibrio patet haberi. s. vnde? M. V. L. Ab illo meo viro.

Ciuitatem ab aliquo impetrare, tritum est. **Impetro.** ¶ Cicer. Amicit. Quid postules ab amico, & quid patiare à te impetrari. Plaut. Mostel. Aliud quiduis impetrari à me facilius perferam. Val. Maxim. lib. 4. cap. 3. A seruis vix impetrari potest, ne eam supellectilem fastidiant, qua vti Consul non erubuit. Caesar. 1. Ciuil. Egredere ab ijs impetratum est, vt in senatu recitarentur.

Cicer. pro Cluent. Itaque ei testamento legato pecuniam grandem à filio. Idem in Topi. Vxoriamillarum vsum fructum legauit à filio. ¶ In passiuo tritum est apud Iurisperitos: Domus legata est à Titio. Vide Brisonium & Hotom. in A. vel Ab. & pensita phrasin.

Cicer. Attic. 16. A Bruto legi Antonij editum. Sic dicimus, Legi à te litteras. ¶ Ouid. 3. Pont. A posteritate legi. Cicer. Liber tuus legitur à me diligenter, id est, per meos. vt, Trepidabatur à Casare. Et captus oculis etiam diceret:

ceret: Terentius legitur à me diligenter.

Libero. Cicer. Liberavi hunc à Cæsare, tritum est. ¶ Idem; liberari se ab aliquo. Idem: A scelere certe liberati sumus. Idem: Te à quartana liberatum gaudeo. Vide Separo.

Mitto. Cic. 1. 3. Att. Ab illo mihi mittas. ¶ Idem, & à me missi sunt.

Moueo. Mouebo hunc à sacra linea; remoueo te ab illo. ¶ Remouentur à vitijs.

Munio. Tacitus lib. 1. 8. Sauius ille vultus, & rubor à quo se contra pallorem muniebat. Columel. Quantumque res patietur, à frigore & temperate muniemus. Idem; Hortum ab incursu hominum pecudumque munire. Horat. Inclusam Danaen numerant satis nocturnis ab aduerseris. ¶ Lucret. lib. 3. Quod letalibus ab rebus munita tenetur. Cæsar. 2. Ciuil. Testa, ac tunc munita ab omni ictu telorum. Tacitus, munitus ab insidijs: vt Horat. Tutus ab infestis latronibus. & Ouid. Tutus ab insidijs, vide Defendo.

Numero. Cicer. pro Flac. Si prætori dedit, à quaestore numerauit. Idem 2. Phil. à se numerare. Martial. Omnis ab infuso numeretur amica Falerno. vide Soluo.

Pello. Lilius libro. 2. Tarquinienfis ab sua parte Romanum pepulit. Terent. Quis nam à me pepulit tam grauiter fores? Idem; Et istum æmulum

æmulum ab ea pellito. ¶ Cæsar. 1. Gall. Quæ hostium acies à sinistro cornu pulsa. Liu. Cætera à fronte pulsa.

Peto. Peto à te, tritum est. ¶ Cic. 6. Epist. Nec tam ipse, à quo salus petitur, habet explicatam rationem salutis suæ. Idem. 1. Diuinat. Vt ab eius solo in quo est humatus oracula peterentur. Martial. A caupone tibi fax Laetana petatur. Vide Eino; & Reposco.

Postulare ab aliquo, tritum est. ¶ Cicero. 1. Leg. Veritas à te postulatur. Idem. 2. Tuscul. Quod ergo & postulatur à fortibus, & laudatur, quum sit, &c. Idem lib. 1. Postulatur à te iam diu, vel flagitatur potius historia. Cic. Philip. Sed quoniam ab hoc ordine non fortitudo solum, sed etiam sapientia postulatur, &c. vide Eino.

Dicimus prohibeo vim ab amico, & amicum à vi. ¶ Cic. 3. Offic. Nam & à rep. forensibusq; negotijs armis impijs, viq; prohibet.

Projicere, & reijcere à se mala, tritum est. ¶ Cic. A liberis suis abstrahi, & à coniuge abripi, & ab aris, focusque innocentem proiecti, nota hæc infinita verba.

Cic. 2. Orat. Ne ipse aliquid à me pròpisse videar. ¶ Idem: Iuris utilitas vel à peritis, vel de libris depromi potest. 1. Orat.

Cic. Litteras à te mihi Stator tuus reddidit. ¶ Idem,

¶ Idem, Litteræ mihi reddita sunt à te. Idem Litteræ mihi reddita sunt in senatu ab Lentulo.

Rapto. Rapere ab aliquo, tritum. ¶ Hora. 3. Carm. aut aquo sa raptus ab Ida.

Repello. Repellere seruitutem à ciuibus, dixit Cicero ad Brutum. ¶ Cic. 1. Orat. Repelli & excludi à gubernaculis ciuitatum.

Reposco. Cic. 1. Verr. Nihil est, quod minus ferendum sit, quam rationem ab altero vitæ reposcere eum, qui non possit suæ reddere. ¶ Val. Max. lib. 3. cap. 6. Quum à Scipione ratio in curia posceretur, id est, quum Tribuni ab eo peterent rationem. Vide Peto, & Postulo.

Separo. Cicero. Luceio: Qui omnes à perpetuis suis historijs ea quæ dixi, bella separauerunt. ¶ Idem 4. Acad. Quonia in vera à falsis nullo discrimine separantur. Quid. 1. Amor. A domina separari, vide Libero.

Soluo, pers. Cicero. 5. Attic. Sed etiam hoc dicit, se à me soluere. Ibidem libro. 7. Ab Egnatio soluat, quod tibi debet. Idem pro Planc. ab aliquo per soluere. Idem. Id à vobis persoluere me finit. ¶ Plaut. Res soluetur ab trapezita meo. Cicero. Solutus à cupiditatibus. Quid. Ab amplexu alicuius solui, vide Numero.

Sumo. Terent. Adelph. Postremo à me argētum, quantum est, sumito. ¶ Cicero. pro Lege Man.

Ab

Ab eodem Pompeio omnium rerum egregiarum exempla sumantur. Quid. 2. Amor. Factus sumuntur ab imagine speculi.

¶ Caesar. 3. Ciuil. qui portus ab Africo tegebatur, ab Austro non erat tutus.

Verbum igitur passiuum solo supposito contentum est. Cicero. lib. 1. 5. Epist. citat versiculum Næuij, Letus sum laudari me, abs te patet laudato viro. Sed attende quomodo distingatur idem Cicero lib. 5. ad Luceium: Placecet enim Hector ille mihi Næuianus, qui nō tantum laudari se lætatur: sed addit etiam, à laudato viro. Item pro Milone. Factum ne sit? at constat: à quo? at patet. Vides particulas (à quo) separari à verbo passiuo, vide Habeo. supra. Denique eodem prorsus manente sensu actiua oratio in passiuam verti nō potest. Vnde falluntur Alciatus lib. 2. Parerg. cap. 28. & Reuard. lib. 2. cap. 5. Variar. qui putant valere stipulationem etiam in passiuua voce: vt da bis? dabitur. Id ostendunt ex loco Plauti in Pseud. scen. Viso quid rerum. Vbi Simo dicit: viginti mnas dabin? Respondet Ballio: Dabuntur. Sed in sequenti scena sic se excusat Ballio: Auferetur id præmium à me, quod promisi per iocum? Quasi dicat: Ego nec verè promisi, nec verè, aut ex formula sui stipulatus, sed iocose, & quasi coactus. Cui Simo re-

R spon-

spondet: De improbis viris auferri præmium
& prædam decet. Quæ dixi de verbis passivis
Latinis eadem de Græcis dicta esse ve-
lim. In omni enim idiomate passivum solo
supposito contentum est. Et quamvis vernaculæ
linguæ careant omnino passiva voce, di-
cimus tamen, corre se, anda se, acabo se la guer-
ra, mejor se viue en el campo que en la ciudad.
vbi solo supposito, etiam sub intellecto perficitur
oratio.

*De Verbo substantiuo, Sum, Fuo, Fio, &
de his formis. Mea interest, tua
refert. Cap. V.*

Fundamentum, siue radix omnium ver-
borum est verbum substantiuum, quod
Græcè *φύω* latinè Fuo, vel Fio dicitur. Et
φύω quidem à *φύσις*, id est, natura, dici certum
est, nisi manùs à *φύω φύσις*, & verbum est
Latinis, Est, & *επι* Sum. aptè, & verè verbum est
substantiuum, repugnante etiam Cæsare Scali-
gero cap. 112. qui contendit per verbū hoc
etiam accidens significari. Vt Cæsar est Al-
bus in quo quantum fallatur ostendimus alibi,
quum disputauimus contra Dialecticos.
Accidens non prædicari de substantia. Nam
in voce Albus deest homo, Alioqui sonaret,
Cæsar

Cæsar est albus Cæsar. vide Ellipsim in prin-
cipio.

Tua interest, nostra non refert dixi esse ac-
cusatiuos plurales: Hoc præclarum inuētum
debemus Cælio Calcagnino in epistolis. de in-
de Julio Cæsari Scaligero. At isti, quia meum
inuentum esse credunt, sibi ducunt palmarium,
quum me impugnant; Ego tamen, vt
meum defendam.

Præpositio ante verbum nunc compositum
verbum efficit, nunc fertur in casum vlti-
teriorem: vt argutos interstrepere anser olo-
res: de quo late Lambinus libro. 2. Od. 7. Ad
hunc modum se habet. Interest. Dicimus
enim. Murus interest inter me, & te. Et mea
interest hoc facere, id est: Est inter mea nego-
tia. Horat. Nihil intra est oleum; nihil intus
in nuce duri: id est, nihil est intra oleam duri.
Idem: Villa, quæ super est Claudi cauponas,
id est, quæ est super cauponas. Hic valde mi-
rror acumen grammaticorum, qui commin-
sci potuerunt Mea, Tua, sua esse ablatiuos sin-
gulares. Pudet recensere rationes quibus id
probet: aliquas tamen (honus sit auribus) pro-
feram. Ablatiuus Re (inquiunt) poscit Mea,
Tua, Sua. Nam Interest in ea, idem est, quod
est in re mea. Sed falluntur cum suo Calepi-
no. Neque enim dicitur latine, Hoc est in re

mea: sed è re mea. Aut, est in rem meam. Ad-
dunt præterea, quia Re est foemininus ablati-
uus, ideo additur mea. Næ isti Lynceos habet
oculos, qui ablatiuum Re, tam clarè prospexerint. Iam deinde miseret me Laurentij, qui
dicat sonantius dici: Interest mea, quam in-
terest meo: quia mea, collocatur in medio, &
est vox suauior. Contra hos aduoco Aristotelem, ex cuius doctrina scimus voces compo-
sitas nullam habere rationem partium singu-
larium, imò nec partes ipsas aliquid significa-
re. Nam in hoc nomine Omnipotens. Omni
nihil significat, quatenus est pars dictionis, si-
cut nec potens. Quæ igitur dices Re in com-
positione posse esse aliquid, cui, addas mea,
tua, sua. Nam in voce Agricola, non poteris
addere ad τὸ agri, felicitis, vel fertilis.

Sed quid in Grammaticorum tenebris re-
futandis operam perdimus, ac non potius in
his verbis suppositum clarissimè ostēdimus?
Cicer. Attic. lib. 3. epist. 19. In Epirum me sta-
tui conferre, non quo mea interesset loci na-
tura. Idem 4. Fimb. Mihi non satis videmini
considerare quid intersit naturæ quæ quibus pro-
gressio. Terent. Adelph. Hoc pater ac domi-
nus interest, Plaut. Mostell. Pluma haud in-
terest, patronus an cliens fuit. Terent. Adelph.
Quid ista Æschine nostra? sub. inter sunt, vel
refe-

referunt. Syntaxis est Æschine quid ista sunt
inter nostra negotia. Donatus ad illud Teren-
tij, in Phorm. Quid tua, malum, id refert: sub-
dit. Et quære quomodo dicatur, quid mea,
quid tua, an deest A D. Vt sit, ad mea, ad tua?
Hæc Donatus, qui etiam si omnino scopum
non attigit, tamen cōtra Grammaticos accu-
satiuos non ablatiuos esse indicauit. De ver-
bo R E F E R T, aut potius R E F E R O minus
est dubitandum, semper enim actiuum est,
etiam in Mea refert, tua non refert. Vt hic
puer patrem refert, id est, repræsentat. Hoc
rem tuam minimè refert. Sed accipe verum
suppositum. Cicer. Attic. Quid refert vna sen-
tentia omnium? Varro lib. 1. Hæc varietas ma-
ximè refert. Plin. lib. 7. cap. 6. Incessus in gra-
uida refert. & lib. 11. capit. 51. Multum tamē
in his refert & locorum natura. & lib. 16. cap.
33. Neque terræ tantum natura circa has re-
fert. & cap. 39. Infinitum refert lunaris ratio.
& libr. 17. cap. 24. Refert & tempus anni. &
libr. 18. capit. 21. Plurimum enim refert soli
cujusque ratio. & capit. 31. Longitudo in his
refert, non crassitudo. Lucretius libr. 4. Vsq;
adeo magni refert studium, atque voluntas.
Hinc intelliges apertissimè errare Gramma-
ticos quum dicunt Mea, tua, sua, esse ablatiuos
foemininos, quia ex illorum regula in oratio-

ne infiniti verbi dicendum esset: Dico, vel ar-
bitror meam referre: aiunt meam interesse, nō
mea. Sed contra Plinius lib. 14. Manifestum
est patriam solumque referre, non vnam. &
lib. 2. 1. Diximus & terram referre plurimum.
Dicimus itaque Latinè, Mea interest; nra re-
fert, regis interest: cuius vel cuius interest, vel
refert. officia, opera, munera, vel negotia. Et
interest ab Inter nō à Re cōponi disserte indi-
cāt illi Horatiani versiculi. Saty. 2. lib. 1.

Rem patris oblimare malū est vbiq̄;: quid inter-
est in matrona, ancilla peccesve togata.

Tum præterea si verum esset ablatiuū Re,
in interest, & refert (ego in Interest re non in-
uenio) mouere has tragœdias, illud Re debe-
rent produci. Sed Horatius dixit in arte.
Intererit multum Dauusne loquatur an herus.

Nō igitur illic Re est, sed inter. At dices in
Refert impersonale Re producit, quia signifi-
cat res fert. Quā hoc falsum sit, disputauimus
in arte. Quum de Re egimus in quantitate.

De Verbo infinito seu impersonali. Infinitum non determinatur à verbis: pro omni casu potest poni. Tempus est abire Latinè dicitur. & vsitate. Cap. VI.

Anxie torquentur grāmatici dum, quæ
verba infinitum determinent, expiscan-
tur.

tur. Sed frustra sudant, & nihil explicant.
Quanto rectius Priscianus, qui ex antiquis
sic disputat: Vim nominis rei ipsius habet ver-
bum infinitum. Vnde quidam nomen verbi
hoc esse dicebant. Dico enim bonum est le-
gere, vt si dicam, bona est lectio. Hæc ille. Mi-
neræ placet: Infinitum semper esse verbum,
sed eius totum sensum & orationem sumi pro
aliquo casuum. Aliquando vero nomen ve-
rum est: vt Scire tuum: Nostrium viuere. Sed
iam exēplis per omnes casus ductis rem ex-
plicemus.

In recto dixit Horat. Virtus est vitium fu-
gere. Vbi 7a. Fugere suppositum verbi est, vt
sit: Fugere vitium, id est Fuga vitiorum est vir-
tus. Sic alibi. Dulce est desipere in loco, id est,
desipere in loco est negotium dulce. I, nunc
& dic: Verbum est determinare infinitum.
Attende diligenter verba Ciceronis. 3. offi-
cio. Non enim falsum iurare peierare est, sed
quod ex animi tui sententia iuraueris, sicut
verbis concipitur more nostro, id non facere
periurium est. Vides hic Peierare: & periuriū
idem omnino esse. Idem 3. Tuscul. Si autem
caderet in sapientem ægritudo, caderet etiam
iracundia. Subdit deinde: Etenim si sapiens in
ægritudinem incidere posset, posset etiam in
misericordiam, posset in inuidenciam: Et

Paulò inferius, sic colligit: Cedit igitur in eundem & misereri, & invidere. Hinc tu quoque collige invidentiam, & invidere, misericordiam, & misereri, non differre. Ouid. 2. Metamor. Possè loqui eripitur; id est, potestas loquendi.

Pro genitio, Cicero: in spem venio tuum aduentum appropinquare. Plaut. Mostell, Noli facere mentionem te has emisse. Terent. Phormio. Summa eludendi occasio est mihi nunc senes: & Phœdriæ curam adimere argentariam. Virgil. Sed si tantus amor casus cognoscere nostros. Idem 3. Æneid. Certa mori. Ut ante dixerat, Æneas certus eundi. Catull. Surgere iam tempus; iam pingues linquere mensas. Horat. Indocilis pauperi impati. Pompo. Mella lib. 2. cap. 1. Famam habent solere pro victimis aduenas cedere. Ouid. Signa dedi venisse Deum: Plinius lib. 7. capit. 55. Puerilium ista deliramentorum avidæque nunquam desinere mortalitatis commenta sunt. Cicero. Habere me quæ in animo nauem conscendere. Sic dicimus: Tempus est venire, hora est abire, pro veniendi, & abeundi quod quia Græcorum more dici & poetis tantum concedi credit Valla lib. 1. capit. 25. Oratorum etiam exemplis confirmabo. Cicero Attico lib. 10. Quamquam tempus est nos

nos de illa perpetua, iam non de hac exigua vita agere. Idem 1. Tuscul. Tempus est iam hinc abire me. Idem 3. Natur. Magnam molestiam suscepit Chrysiippus reddere rationem vocabulorum. Idem Verri. 4. Potestas erat se se grauissima leuare infamia. Ibidem: Capit consilium de amicorum & propinquorum sententia non adesse ad iudicium. Idem pro Quintio. Te consilium cepisse hominis propinqui fortunas funditus euertere. Idem pro Cecinna. Nullam esse rationem amittere huiusmodi occasionem. Idem in Topicis. Sed iam tempus ad id quod instituius accedere. Ad Heren. 3. Tempus est ad cæteras partes rhetoricæ orationis proficisci. Sallust. Nō fuit mihi Consilium socordia atque desidia bonum otium contere. Idem. Quibus in otio vel magnificè, vel molliter viuere copia erat. Lilius lib. 30. Tempus esse, aut pacem componi, aut bellum gnauiter geri. Idem lib. 44. Consilium igitur cepit transfosso pariete iter in urbem patefacere. Cæsar lib. 5. Respondit non esse consuetudinem populi Rom. ab hoste armato conditionem accipere. Idem Consilium capit omnem à se equitatum noctu dimittere. Curt. lib. 7. Sed tempus salutis suæ, tanta iam parta gloriæ, parcere. Idem lib. 4. Cupido, haud iniusta quidem, Cæte-

rum intempestiua incesserat ; non interiora modo Ægypti, sed etiam Æthiopiam inuifere, Suet. Calig. Ita bacchantem, atque grassantem non defuit plerisque animus adoriri. Valer. Max. libr. 2. Sed tempus est eorum quoque mentionem fieri. Plin. libr. 13. in proœmio: Indocilisque nasci alibi. Terent. Andr. Post ubi iam tempus est promissa perfici. Virgil. Iam tempus agi res.

Pro Datio, seu accusatio cum Ad. Horat. 1. epist. Fons etiam riuo dare nomen idoneus. Idem in Arte: Tibia aspirare, & ad effe choris erat utilis. Virgil. Et Cantare pares, & respondere parati. Pomp. Mella lib. 2. de quodam fonte, potarique pulcherrimus. Ouid. 1. epist. Nec mihi sunt vires inimicos pelleret. Idem. 1. Meta. Sedit extinguere. Ibidem. Fluctusque & flumina signo iam reuocare dato. Sallust. Catil. Et vos seruire magis, quam imperare parati estis.

Pro accusatio, vt illud Demosthenis. Nō tanti emo pœnitere. Pers. Nisi te scire hoc sciat alter? Horat. Reddes dulce loqui, reddes ridere decorum: Et inter vina fugam Cynaræ moerere superbæ. Terent. Vultis ne eamus visere? Sic. Cogis me flere, discedere, ridere. Item illa: Pergis pergere? Tendit tendere. Abijt abire. pro accusatio cum præpositione.

ne. Terent. Heau. Desine Deos gratulando obtundere, Tuam esse inuentam gnatam, id est propter inuentam esse gnatam. Plaut. Mostell. Mœstus est, se se has ædeis vendidisse. Lucan. O faciles dare summa Deos: eademque tueri Difficiles, id est, ad dandum & tuendum. Virg. Nam me discedere fleuit, id est, ob meum discessum.

Pro sexto casu. Cicer. 1. Tuscul. Hominum quanta sit mens difficile est existimare. Idem Oratore: Esse igitur in oratione numerum quendam non est difficile existimari. Sic dignus amari: Contentus scripsisse: Indignor seruire malis: Ouid. O puer dignissime credi. Esse Deus. Plaut. Epidi. Ego sum defessus reperire, vos defessi querere. Sallust. Ingurth. Audito regem in Siciliam tendere, id est, audito regis itinere.

Ex his iam liquet, Latine, & vfitate dici: Tempus est abire: quod multi putarunt, tum græcam esse phrasin, tum poëtis tantum concessam. Liquet item Infinitum non sumi pro imperfecto, vt Dicere, pro dicebat. Nam inteligitur verbum aliquod. Vide cœpit in Ellipfi verborum. Verba Quintiliani sunt lib. 9. cap. 3. At, quæ prædetractionem fiunt figuræ breuitatis, nouitatisque, maximè gratia petuntur: Quarum vna est ea, quam libro proximo in figuras

figuras distuli, Synecdoche: quum subtractū verbum aliquod satis ex cæteris intelligitur: vt Coelius in Antoniū: Stupere gaudio Græcus, simul enim auditur cepit. Hæc Fabius acute, nisi vocasset Synecdoche, quæ est ellipsis. Melius Donatus in Hecyr. Inuitias vici omnes ferre: Figura, inquit, Ellipsis est.

Cupio esse diuitem Latinè dicitur. Cupio esse diues græcè. Cap. VII.

VAlla libro 3. capit. 23. Spero tibi esse bonus amicus: Credo tibi fuisse fidelis, propriè dicitur: Per accusatiuum vero non, nisi alterum accusatiuum addas, qui antecedit infinitum: hoc modo. Spero me tibi esse bonum amicum. Credo me tibi fuisse fidelem. Hoc dictum (inquit Budæus in comment. ling. græ) improbare videtur illud Ciceronis pro Quintil. Ne, vt par quidem sit, postulat; inferiorem esse patitur. Et Atti. lib. 10. In Italia autem nos sedentes quid erimus: nā medios esse iā non licebit. Cæsar: Tenuem sectemini prædam, quibus licet esse fortunatissimos. Curt. Ad vestras manus confugio, inuitis vobis saluum esse nolo. Hæc Budæus. Sed quia ex his quæ ille adducit multa peruertunt, aut inuertunt Grammatici; planius hæc

hæc disquiramus. Infinitū Esse, Dicit, Haberi, Fieri, & similia, quocunq; casu præcedente, postulant semper accusatiuum, si modo respiciat præcedentem. Qui autem præcessit casus, accusatiuus erit expressus, vel subauditus. Vt Cupio dici doctum: Præceptoris interest esse doctum: Licet vobis esse beatos: Vt or amico cupienti fieri probum. Barbarè enim docet Ascensius in Vallam: Miserere volentis tibi esse amici: Et Damnor à nolente esse bono. Quum vero dicimus: Dicor esse felix, cupio dici doctus; non vacat tibi esse quieto; Græco more dicitur: atque ita vt Latinis canonibus defendi non possit. Vt in Hellenismo disputabitur. Nunc autem quia nec Laurentius, nec recentiores hanc loquendi formam (cupio esse doctū) Latinè dici non posse arbitrantur, eas ex antiquissimis auctoribus comprobemus. Et præter illa quæ Budæus verè, & aptè in medium produxit: Hæc attentis auribus consideratè. Plaut. Cistell. scena. 1. Quia ego nolo meretricem dicier. Cicer. de opt. gener. orat. Qua re si quis erit, qui Thucydidio genere causas in forum dicturum esse profiteatur, is. cæt. Virgil. 8. Æneid. Hoc signum cecinit missuram diua creatrix (si bellum ingrueret.) Vulcaniaq; arma per auras Latræarum ilio. Curt. 8. Octoginta tanta lenta

lenta constituit laturum Alexander. Terent. And. Dicam aliquid iam inuenturum patri. Ibidem: Ut dicam esse ducturum patri. Ibidem: Nam pollicitus sum suscepturum. Idem Eunū. Is hodie venturum ad me constituit domū. Horat. lib. 1. epist. 7. Vir bonus & prudens dignis ait esse paratū. Ibid. epist. 16. Pulchra Lauerna da mihi fallere; Da iustum sanctumque videri. Idem 1. Serm. An, ut ignotum, dare nobis verba putas? Idem: Quo tibi Tulle sumere depositum clauum, fierique Tribunum? Varro. 8. ling. Quin hic liber, id quod pollicitus est demonstraturum, absoluerit, finem faciam. Lucan. 2. Concessa pudet ire via, ciuemque videri. Martial. 1. Erras meorum fur auare librorum, Fieri poetam posse qui putas tanti, scriptura quanti constet. Ouid. epist. Est mihi supplicij causa fuisse piam. Metamor. 9. Et tunc dignus eras, verum nocet esse sororem. Martial. Esse sat est seruum, iam nolo vicarius esse. Quintil. lib. 7. An huic esse procuratorem liceat. Et 3. Procuratorem tibi esse non licet. Terent. Nā expedit, bonas esse, vobis. Ouid. 1. 3. Meta. Non hęc sententia tantum est fida, sed & felix quum sit, facit esse fidelem. Idem in Nuce. Nocet esset feracō. Ibid. Nudam tamen expedit esse. Nec profuerit gramm.

ex dogmate
petere:

petere: Si præcesserit datiuus datiuum sequi, aut accusatiuum, longè enim falluntur. Nam datiuus ille non præcedit. Nam in illo: Non licet tibi esse bono, syntaxis est: esse bono nō licet tibi, & est Græca loquutio, de qua in Hellenismo. Imo ego sic statui: vbi fuerint diuersę sententię orationes, nos non posse loqui sine accusatiuo: Ut præclarum est esse poetam: beatissimum est felicem mori. Melius est mori pauperem, quàm diuitem. Cuius generis sunt illa, quę citauimus: quantum est esse Iouis fratrem. Et, nocet esse sororem. Cicero Marcello. 4. epist. Denique si fuit magni animi non esse supplicem victori. Sed & in hac parte Græcos iure suo non fraudauerim, & eorum phrasim imitantes: Lucanus, tutumque putauit, iam bonus esse socer: quod damnat Valla: sed Fallitur vt mox dicetur.

Vox in Dus semper participium passiuum est. Voces in Di, & Do, etiam passivę, nisi accusatiuum expressam habeant. Tempus est legendi librorum vsitate dicitur. Cap. VIII.

Gerunda dicuntur a gerendo, vel gerundo, quod a passiuo participio geratur, & gubernentur. Apud Liuium sepe legi-

legimus: Pro re benè gerunda: & Seruius in Virg. Sæpè dicit gerundi modus, quamuis aliquando per errorem scriptum sit, Gerundij modus.

Olim à participio in (Dus) quatuor gerebantur voces, quæ accusatiuum regerent, & à participio in Tus. vna tantum. vt: lectum libros. Vox in Dum siue in recto, siue in accusatiuo (vt legendum est libros, vel legendum esse libros) regebat accusatiuum. Varro. 6. de ling. Lat. Quocirca radices eius in Hetruria nō in Latio querendū est. Ibidem libr. 8. Quī inquirunt, vtilitatis causa introducta sit oratio, sequendum, non quæ habeat similitudinem, sed quæ vtilitatem. Ibidem: Sic enim omnes repudiandum est artes. Lucret. lib. 1. Multa nouis verbis præcipuè quum sit agendum. Idem, motu priuandum est corpora quæq;. Varro Rust. Canes paucos & acres habendum. Sed hæ phrasæ, quas Cicero non agnoscit (quamuis ex ipso, & Cæsare aliqua nobis falso obijciantur) in desuetudinem abierunt. Ab eadem antiquitate est illud: Venit ad recipiendum pecunias. Varro, ling. 8. Ad discernendum vocis verbi figuras. Multi hodie sic loquuntur, & testimonio bonorum auctorum sese facere existimant, sed falso. Nam quæ afferuntur ex Cicerone testimonia aliter

teriam leguntur, vt: Ad orandum Deos, pro ad orandos Deos. Valer. Max. lib. 5. cap. 2. Super hoc ædem, & aram fortunæ muliebri eo loco, quo Coriolanus exoratus fuerat facendum curauit. Alij legunt, faciendam. Sed, ex antiquitate, faciendum potest retineri. Sic enim antiquissimi loquebantur. Lilius lib. 7. Ad conciliandum gratiam. Et lib. 2. 6. Ad urbem vnã oppugnandum. Sed vtroque loco ex veteribus libris legit Carol. Sigo. Conciliandam, & oppugnandam. Neque obstat illud Ciceronis in Hercule Prodic. Ad eligendum quam quisq; viam sit ingressurus. Nam ibi tota oratio est pro substantiuo. Vt si dicas: Creditum est, vel credendum est. Romam esse caput mundi. Recte itaque dicitur legendum est, & legendum esse: Sed non, legendum est, vel esse libros: quia illic est participium in neutrali terminatione, cuius substantiuum est legere: hic vero est Archaismus, & inusitata loquutio. Illud vero Virgilianum libr. 1. 1. Pacem Troiano ab Rege petendum, est in accusatiuo, & subauditur esse: vt liquet ex præcedentibus. Sed ibi contendendum esse (petendam) non petendum, ex codice antiquissimo manuscripto, qui a se feruatur Salmantice, in collegio D. Bartholomei. Lucret. lib. 1. Multa nouis rebus præ-

S scitum

fertim quum sit agendum: sed sic optimè deesse potest, *notat*. Propriè itaque dicenda verba Gerunda contendimus in Di, & Do, si tamen expressam habeant accusatiuum: vt, legendi libros; legendo libros. Aliter enim participia sunt in neutrali terminatione, quorum substantiuium est, *vt* legere. Vt tempus est legendi legere. Hispa. Tiempo es que se lea. Importunè hic solent recitare Grammatici, esse quædam gerundia in Di, & Do, quæ significant passionem. Ego omnes has voces Dus, Di, Do, Dum significare passiue asseuero, si accusatiuum non habeant. Sed excutiamus, quæ ab illis solent afferri, non enim in illis explicandis inanis operâ sumetur. Ouid. 5. Fast. de Arione. Pretiumque vehendi cantat: id est, *vecturæ*. Suet. Claud. Harpocratem, cui lectica per urbem vehendi ius tribuit. In his autem deest se, aut intelligitur substantiuium *vt* vehere: vel vehi, aut dicendum est verbum Veho, peculiaris esse cuiusdam significationis. Nam vector est, qui vehit, & qui vehitur. Livi. libr. 5. Is, quum in pace instituisset pueros ante urbem Iulus causa exercendi que producere, id est, exercitationis, & Iulus gratia. Varro. Rurlic. libr. secundo. capit. septimo. de equo: Si fastidium salendi est, id est, *saluræ*, vel coitus. I-

stius

stinus libr. 37. de quodam regio puero. Athenas quoque erudiendi causa missus, id est, eruditionis. Vt sit, erudiendi erudire. Hisp. de la erudicion, o del enſeñamiento. Idem posset dicere, si de aliquo doctore loqueretur, Athenas mittitur, erudiendi gratia. Quid. de Nucis. Sicego sola petor, soli quia causa petendi est, id est, petitionis, vel *vt* peti.

In datiuo, Plinius libr. 15. capit. 8. Nam Alexandrinæ vix sunt vescendo. & libr. 24. capit. 16. Radix eius vescendo est, id est, apta eius: & libr. 34. capi. 15. Fertum rubens non est habile tundendo, id est, *confort*. & libr. 13. capit. 12. Charta emporctica inutilis scribendo, id est, *Scripturæ*. Idem libr. 31. cap. 6. Vtilis est bibendo, atque purgationibus. Sic dicimus: Maturit nubedo puella, id est, *nuptiâ*. Plaut. Epidi. Epidicum querendo operam dabam. Sed hoc gerundum est, alia participia.

In accusatiuo, falso Grammatici citant ex Virgilio: inter agendum captas, & Ante domandum boues. Vbi tantum legitur: inter agendum, & ante domandum. Cicero. Hic autem locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatus est, visus, id est, *ad actionem, & distionem exercendam*. Idem primo Tuscul. Tum multitudine pseudum partim ad vescendum, partim ad cultus agrorum,

S 2

partim

partim ad vehendum, id est ad victum, cultus, & vesturam. Vides passiva participia in neutrali terminatione: in quibus deest infinitum verbi. Sallust. Iugurth. Quum Iugurtha Tifidium ad imperandum vocatur: Qui locus grauissimos viros non solum Grammaticos semper torfit. Cicero libro. 9. Epist. 25: Quare ades ad imperandum, seu parendum potius, sic enim antiqui loquebantur: quasi dicat: antiqui dicebant imperare alicui pecunias, id est, iube-re vt pecunias soluât: sic, ades ad imperandum, id est, vt tibi aliquid imperetur, sic Iugurtha vocatur ad imperandum: id est imperari, id est, vt imperata faceret.

In ablatiuo etiam asserunt significare passionem. Quintil. Memoria excolendo, sicut alia omnia augetur. Virgil. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Idem. Vritque videndo Focmina. Sed ego (vt dixi) semper significare passionem asseuero. Quid enim est aliud: Defessus sum legendo, quam Defessus sum legendis libris, quam in illo desit id legere? Sic in excolendo id excolere. In cantando, id cantare, vel carmine. Nam quæ inscitia est, Cantando exponere, cum Seruio, id est, dum cantatur anguis? An alibi quum dixit Virgilius, Cantando tu illum? intellige-

III,

mus, dum cantatur? Deesse autem id Carmine, satis indicant præcedentia: ut in his Carmina vel cælo possunt deducere Iunam. Carminibus Circe socios mutauit Ulyssis. Frigidus in cæpis cantando rumpitur anguis. Vides hic Polyptoton. Carmina, carminibus, Cantando. Sic in illo Vritque videndo Focmina. Id est. Taurus vritur, dum videtur Focmina. Videtur, id est, in id videtur, id est, visu ipsius foeminas. Nam id visu potest hic passiuè accipi, vt in illo Virgilij à paucis intellecto: Incipe parue puer risu cognoscere matrè. id est, dum sit risus, risum autem matris intelligo. Possat etiam dicere: Ridendo cognoscere matrè. dum illa ridet, vt dixit: Vrit videndo, id est, dum videtur, hoc est facto visu: Sic intellige illud Lucretij libro. 1. Anulus indigito subterentatur habendo, id est, dum habetur, vt exponit Lambinus.

Tempus est legendi librorum, vilitate & eleganter dicitur. Sed quæ sit causa, huius interrogationis multi adhuc, idemque doctissimi ignorarunt. Ego hanc esse causam aliquando arbitratus sum: Participia omnia, & participialia verba quum transeunt in nomina accipiunt verbi constructionem, & more nominum genitiuum regunt: vt, A mans vxorem, participium est: amans vxoris, nomen. Sic

S 3 tempus

tempus est legendi librorum, id est, tempus est lectionis librorum. Postea vero mutauit sententiam, & regulam hanc generalem semper esse contendo: In adiectiuo nomine, seu participia semper deesse substantiuum negotium, aut infinitum uerbi: Ut legendum est, sub negotium, uel legere: Tempus est legendi, sub negotij, uel legere. Hisp: Tiempo es que se lee. Sic tempus est legendi librorum, ita ut librorum regatur à legere, quasi dicas: tempus est lectionis librorum. Sed si dicas: Tempus est legendi libros, iam non participium est, sed uerbum participiale. In ceteris uero omnibus uox in Dus, semper significat passionem, & participium est adiectiuum. Nunc autem, quia Graecis non ita frequens usus uidetur esse huius formæ, legendi librorum, uaria ratione hanc proposui. Cicer. 2. Inuent. Fuit exemplorum eligendi potestas. Et Phil. Antonio facultas dedit agrorum suis. Latronibus condonandi: Sic enim legit Budæus. Idem Cicero de diuis. Dolebis tandem Stoicos nostros Epicureis iuridici sui facultatem dedisse. Et quæ sunt eorum, quæ secundum naturam sunt, ad ipse cedi. Idem de uniuers. Reliquorum fiderum quæ causa collocandi fuerit, car. Suet. Augusto. Permissa iocandi licentia, diripiendique pomorum, & obsonio-

rum,

rum, & miscilium. Plaut. Capti. Nominandi tibi istorum magis erit, quam edudi copia. Caesar. 4. Gall. Venerunt purgandi sui causa. Ibidem: Sui liberandi facultas daretur. lib. 6. Purgandi sui causa ad eos legatos mittunt. Ibidem: Ut mercatores recipiendi sui facultatem non haberent. Lilius lib. 2. Nec enim uereor ne quis hoc me uestri adhortandi causa magnifice loqui existimet. Plinius in epist. Quum illorum uidendi gratia me in forum contulisset. Terent. Heaut. Date crescendo copiam: nouarum qui spectandi faciunt, copiam; sic enim dispungendis est locus, qui hactenus tor sit Grammaticos & Budæum. Varro lib. 2. cap. 1. Rust. Aliquod fuit principium generandi animalium. Gell. lib. 5. Euathlus orandi causarum cupidus. In hac legendi phrasi dubitauit aliquando An. quænam modum dicimus: ueni causa uidendi puellarum, possimus etiam dicere: Videndi puella. Nam grammaticorum regula est: Si Gerundium habet accusatiuum pluralem, ut legendi libros; poterit habere & genitiuum pluralem, ut legendi librorum. At ego quærebam, cur non posset etiam habere genitiuum singularem: Terentius tandem in Heaut. me admonuit utroque modo possedici. Verba sunt Pamphili de Philumena: ego eius uidendi cupidus recta consequor. i. cupidus uide di uidere

S 4 eam,

eam. vel eius Philumenæ. Et in Phormi. Ut neque mihi eius sit amittendi, nec retinendi copia: loquitur de amica. Ouid. 2. Trist. Et spem placandi dantque adimuntque tui. Ibid. Olim placandi spem mihi tolle tui, de Fœmina. Plaut. Trucul. Scena Num tibi iam: Quoniam tui videndi est copia; loquitur de meretrice. Itaque siue de muliere, siue de homine dicat; cupidus sum videndi tui, vel videndi. Passim enim est participium adiectiuum. i. videndi videre, Vnde non possum non improbare illam lectionem, quæ circumfertur in epistola Acontij apud Ouid. Sit modo placanda copia parua tui, quum legendum sit, placandi. Nã genitiui Mei, Tui, Sui, Nostri, Vestri, non admittit adiectiuum. Tum deinde passim dicitur placatio tui, curia vestri, amor nostri. De hoc gerundo, quum habet genitiuum pluralem meras augas egit Laus. lib. 1. ca. 27. Quoties, inquit, oporteat loqui per relatiuum, necesse est loqui per hoc gerundiu: vt hic dies attulit initium dicendi quæ vellem, non autem dicendorum quæ vellem. Sed contra sentit Cicer. vt supra citauit. Aut eorum, quæ supra naturam sunt adipiscendi. Suet. Aug. Reparandarum classium causa, quas te pestibus. cæt. Idem Tib. Et reparandarum tota Italia ergastulorum, quorum domini, cæt. Valer. Max. lib. 2. Finem profecto fructuarum

darum opum, quibus, cæt. Liui. lib. 3. 2. Rerum suarum, quas possent referendarum secum dominis ius fiebat.

Supinum in V M admittitur, in V. excluditur. Cap. I X.

EX numero Gerundorum est etiam supinum: geritur enim à participio in Tus, vt cætera à participio in Dus, & dicitur supinum; quia supine, hoc est negligenter agat, & penè ociosum, ac superuacaneum sit. Nam orationes, quæ possunt fieri per hanc vocem crebrius ad alias transferuntur, vt discedo lecturus, discedo ad legendum, discedo vt legam, discedo lectum. Tum præterea, quum raro inueniatur, rarius accusatiuo iunctum reperitur. Virgil. Suspensi. Euripilum scitatum oracula Phœbi Mittimus. Idem. Venimus huc lassis quæsitum oracula rebus. Terent. Cur te is perditum? Semper iungitur verbis motum significantibus. Et motus etiam est in illis: Collocauit filiam nuptum: Conduxi te cantatum: Admitte me spectatum.

Amatu, lectu, auditu, mire conturbant grammaticos: mihi partim sunt datiuus quartæ inflexionis: partim ablatiuus, quibus. modus significatur. Datiuus exempla sunt: Mirabile visu:

Horrendum auditu, id est oculis, & auribus. Nam datius quartæ antiquitus frequentior erat in V, Vt Gell. testatur lib. 4. c. 16. Virg. 8. Altissima visu. Idem: Mirabile visu. i. oculis. Nam ipse alibi dixit: Oculis mirabile monstrum. Val. Max. lib. 5. Ergo quod auditu nouum est. Plaut. Bacch. Ista lepida sunt memoratu, vbi aliqui legunt Memoratu. Sed altius hæc expendamus. Si terminatio in V, supinum verbum esset; aliquando haberet A, vel Ab. Deinde videmus hanc vocem, suscipere adiectiuum. Plaut. Stich. Tuo arcesitu venio huc. Quintil. libr. 8. Rebus atrocibus verba etiam ipso auditu acerba magis conueniunt. Plin. lib. 20. Cæpæ fatiue olfactu ipso caligine dentur. Gell. lib. 12. Eos versus assiduo memoratu dignos puto. Tacit. lib. 20. Copias recenti lectu auctas. Linius 37. Et eodem armatu Cares. Stat. 9. Theb. Longo defessa redibat venatu. Quod etiam testimoniū indicat hanc terminationem iungi verbis motum, vel locū significatibus. Et sic dici, Venio venatu, vt venio agro, venio de venatione. Plaut. Men. Obsonatu redeo. Statius. Quem tu venatu rediturum in limine primo Operiens. Cato Rustic. Primus cubitu surgat, postremus cubitum eat. Præterea iunctura ipsius orationis indicat esse nomen, Linius libro 31.

Id dictu, quàm re facilius. Plinius 7. capit. 1. Paruum dictu, sed immensum æstimatione. Si Dictu supinum est, etiam æstimatione supinum erit. Cic. in Piso. Quis enim te auditu, quis villo honore, quis denique communi salute dignum putauit? Idem: pro Cluent. Quam leuia genere ipso, quam falsa re, quam breuia responso. Curt. libro quarto. Id consilium non ratione prudentius, quam euentu felicius fuit. Idem libr. octauo. Quis cætera auditu maiora, quam vero sustinere posse credebat? Valei. Maxi. lib. 9. Nec ipsa verba relatione familiaria, quam dictu fastidienda sunt. Tacit. libro. 1. Lucos visu, ac memoria deformes. Delirant igitur qui dicunt hoc supinum significare passionem, nisi velis dicere nomina etiam aliquando hanc passionem significare? Nam quum dicis: Laude & amore dignu: poteris exponere, vt ametur, & laudetur. Sed ostende obsecro hanc tuam passionem in his & similibus. Cic. Perpeffu aspera. Liu. 10. Migratu difficilia. Idem in proœmio. Vn defœdum in cæptu, quod vites; fœdum exitu, id est, vt exeat, vel sine ipso. Idem libro primo. Eo tempore in Regia prodigium visu, euentuque mirabile fuit. Idem vigesimo quinto. Consilia audacia prima specie læta sunt, tractu dura, euentu tristia. Sed opponit Laurentius:

rentius: Si essent hæc nomina haberent alios casus. O plumbeum pugionem! Quid illa? In promptu, natu maior, noctu, diu, sponte, astu, impete, vitatu, petitu, suppetias, inficias, & mil le huiusmodi? Sed, quid mirum si cōcedamus & alios casus: quum legamus semper: Nuptui dare, & veno exercere: Et posita veno apud Tacitum lib. 1. 6. Prædæ, & diuisui esse: Apud Liuium lib. 3. 3. Denique illud quod supinum vltimum vocabant, ablatius vel datius est, per quem modum explicamus, vt si quæras, quo pacto aliquid sit mirabile, respondebo, visu, auditu, dictu, memoratu, exitu.

*Singula participia esse omnium temporum
& Tempus verbi cui iunguntur ad
significare. Cap. X.*

VLtra ea quæ à me superius disputata sunt libro. 1. cap. 15. Animaduertendum est, Participium actiuum sæpe iungi verbo substantiuo. Cicer. in Orat. Est enim vt scis, quasi extrema pagina Phædri his ipsis verbis loquens Socrates. Auctor in Sallust. vnus enim satis es materiae habens. Idem de amicis. Quid enim erat Aphricanus indigens mei? Idem. 1. de diui. Est apud Plato.

nem Socrates dicens Critoni suo familiari. Idem libro. 6. epistol. Nam si quisquam est timidus in magnis periculosisque rebus, semperque magis aduersos rerum exitus metuens, quam sperans secundos, is ego sum. Liuius lib. 2. 6. Illa longa oratio, nec ad vos pertinens sit. Terent. Eunu. Peregrinus est, minus potens quam tu, minus notus, amicorum hinc habens minus. Idem. Primus esses proferens. Gell. lib. 5. cap. 9. Quum antea non loquens fuisset. Iungitur sæpius alijs verbis, vt vidi legentem: Discedens legebam. Fit nomē quoties casum verbi non habet. Vt virtutis amās, vnde formatur comparatiua, & superlatiua.

Amaturus iungitur omnibus verbis & temporibus etiam futuris, Vide sup. libro. 1. cap. 15.

Amatus iungitur omnibus verbis vt amatus eras: Comitatus est patrem vel à patre. Sup. prælib. 1. cap. 15.

Amandus iungitur omnibus verbis & temporibus etiam futuris, vt: Lectio legenda erit. Valla libro. 1. cap. 26. negat posse dici: Timeo te verberandum fore. Sed fallitur Cicer. ad App. libro tertio. Quasi diuinarem tali in officio fore mihi expetendum aliquando studium tuum Liui. libro. 37. Aut sub pellibus habendos milites fore: & lib. 6.

Eo quoque enim mittendos fore legatos. Et libr. 8. Non id Cornelie magis familie, quam urbis Romane fore erubescendum. Vide supralib. 2. cap. 15.

In rectis plerumque iungitur verbo substantiuo. Vt legenda est lectio, legenda sunt epistola. Sic etiam legendum est, Tacendum est, sub. *rd*. legere, *rd*. Tacere. Vt iam diximus. Neque legendum est recte dicitur Gerendum nominatiui: non magis, quam lectum est: in utroque enim deest *rd* legere. Et utrumque participium est passiuum in recto casu, & in accusatiuo erit, si dicas: Legendum esse, lectum esse.

In genitiuis pendet à nominibus genitiuum regentibus, vt tempus est legenda lectio. Et legendarum lectionum, & legendi *rd* legere.

In datiuis: Vt Terentiane comediae conserunt expolienda lingua, & scribendis fabulis. Lilius: Si resp. soluendo aeri alieno non esset. Et tu soluendo non eras. s. aeri alieno aptus vel idoneus.

In accusatiuis dicimus. Censeo reddendam pecuniam, vel reddendas pecunias esse, vel fore. Et veni ad soluendam pecuniam, vel soluendas pecunias. Ineptè præcipit Valla esse quaedam verba, quæ huic voci iuncta præpositio.

Libr. 1. capit. 7.

sitionem recusent, qualia sunt: loco, conduco, mando, curo, cat. Vt curavi mittendas literas: locavi faciendam domum: cum alijs verbis requiri præpositionem: vt Veni ad salutandam matrem, vel propter salutandam. Ridiculū profecto est querere de nomine adlectiuo, quando cupiat, aut respuat præpositionem: sequitur enim semper suum substantiuum: vt vidi hominem doctum, vel ad hominem doctum accedo. Itaque nullum erit verbum, cui ego hanc vocem indum cum præpositione, aut sine illa non adiungam, vt veni ad salutandam matrem, & veni iterandam viam: Et trado tibi puerum docendum, vel trado tibi pecunias ob docendum puerum: Curavi mittendas pecunias, vel curavi rem ante mittendas pecunias. Horat. Hæc porcis comedenda relinques. Itaque primus accusatiuus verbi non habebit præpositionem, secundo autem necessario est adhibenda.

In ablatiuis semper à præpositione pendet, sed frequentius subintellecta. Vt Sudas in componendo carmine, vel componendis carminibus. Valla loco citato Cauendum, inquit, ne id verbum significet motum, quale esset, Reuertor ab arando. Fallitur longè. Cicer. in Brut. Idem traducti à dispu-

disputando, ad dicendum inopes reperiuntur. Idem à dicendo que deterrent. Idem. 2. Orato. Ipse à dicendo réfugisti; Quæ exempla, siue sint (vt isti asserunt) gerundi ablatiui, siue sint huius participij, subintellecto substantiuo, non liberant ab errore Vallam. Cicer. in Verrem: Non videor omnino à defendendis hominibus, subleuan disque discedere. Idem. 3. Orat. à regendis ciuitatibus totos se ad cognitionem rerum transtulerant.

De his formis Amaturum esse: Amatū ire: Amatum iri. Et Amaturum absolute. Cap. XI.

SUtlimusex coniugationibus has voces: Amaturum esse, vel fuisse. Et amādū esse, vel fuisse, & amatum ire, vel iri, quia hoc syntaxis est, non analogiæ: ineptū enim, & praposterum fuerat in verbis coniugandis, de syntaxi præcipere, & quemadmodum dicis: homo doctus est, mulier pudica est, sic dicis: homo est amaturus, vel amatus, vel amandus. Mulier est amatura, amata, amanda. Sit vero se res habet: Duo actiua participia adiecta verbo substantiuo totam perficiunt cuiuslibet verbi actiuam, & duo passiuā totam passiuam: Sic: Amans sum, amans eram, amans fui, &c.

fui, &c. & in infinitiuo: Amantem, vel amantes esse, fore, vel fuisse. Rursus, Amaturus, amatura amaturum sum, eram, fui, ero. Amaturi, amaturæ, amatura sumus, eramus, erimos. Et in infinitiuo. Amaturum, amaturam, amaturum, vel amatuos, amaturas, amatura esse, fore, vel fuisse. In passiuā, Amatus, amata, amatum sum, eram, fui, ero. In infinito, amatum, am, um; amatos, as, a. Esse, fore, vel fuisse. Sic amandus, a, um, sum, ero, fui. In infinito, Amādum, am, um, vel amandos, as, a, esse fore, vel fuisse. Dicam adhuc planius Amatus, a, um, sum, vel fui, non est tempus præteritum in passiuā, non magis, quam amādus, a, um, sum, vel fui. Verba enim in Or, nullum habet præteritum, sed amatus sum, præsentis vicem supplet; amatus fui; præteriti: amatus eram, imperfecti: amatus fueram, plusquam perfecti, &c. Vtimur tamen iam promiscue. Amatus sum, vel fui, pro præterito, quod magis ex natura verbi substantiuo accidit, quam ex vero præterito. Itaque Amatus sum duæ sunt voces, non vna.

Idem fere dicendum de amatum ire, & amatum iri, de quibus nescio quas tricas inueniat Laurent. libro. 1. cap. 2. & 8. Quid sit tenendum paucis accipe. Hoc verbum Eo (vt notum est) motum significat, vt eo piscatum: aliquando

T

tamen

tamen ita supinis adiungitur, vt res vna esse videatur, neque vlla motus vera significatio perspiciatur, vt: Credo carmina lectū iri, idest, legi. Cur te is perditum, idest, perdis. Plaut. Mihi. Credo te facile impetratum ire, idest, impetrare. Denique lectum ire, aut iri, non sunt tempora futuri, aut presentis, vt putant, sed ponuntur aliquando pro presenti, aliquando pro præterito, sæpius pro futuro. Credidi vos læsum iri, idest lædi; Præteriti est. Spero carmina lectum iri, idest legi, futurum est. Quæ diximus testimonijs comprobemus. Terent. And. Tu tibi in meam vitam laudem is questum scelus? idest, queris. Ibidem. Cur te is perditum? idest, perdis. Sallust. Catil. Et dum paucis scelestis parcunt, bonos omnes perditum eant. Idem Iugurth. Ne ignoscendo malis bonos perditū eatis. Idem de rep. ord. Dignitate alios, alios ciuitate euersum irent. Plau. Aulul. Vt me, meosque perditū tres liberos, idest, perderes. Idē Cali. Argentum si quis dederit vltro ibit nuptum. i. nabet. Idem Cistell. Eū depressum, quia nos libertinæ sumus. i. deprimunt. Idem Bacch. Et me ires consultum malē. i. malē consuleres. Plin. in Panæ. Ereptū alienas pecunias eunt. Tacit. lib. 1. Cōtumelias vltumibat. Exēpla infiniti. Quintil. lib. 1. capit. 1. Vltum ire scelera. i. vscisci. Plaut. Cistell.

Q

Qui mihi magis potueritis ire honorē habitū nesciunt. Idem Bacch. Desistas tantō pere ire oppugnatum. Idem milite. Mihi amanti irē opitulatum. Sallust. Iugurth. Quippe cui Romæ omnia venum ire in animo hæserat. Ibid. Cum maxima cura vltū ire iniurias festinat, idest, vlcisci. Mart. lib. 3. Gaudes ducentas nūptum ire post mortes. i. nubere. In passiuā. Cic. 1. de diuin. Remigem quendam vaticinatum madefactum iri minus triginta diebus Graciā sanguine. i. madefieri. Terent. Hecy. Quum interea rumor venit datū iri gladiatorum. Plau. Rud. Mihi isthæc videtur præda prædatū iri. Cic. 2. de inuen. Si illud concedatur, id non concessum iri oportet. Plin. 2. epist. Quæ absolutiora mihi videbantur, nō fuit alienū iudicio tuo traditū iri. Lactant. lib. 1. Et Erythream se nominatū iri prælocuta est. Itaque in actiua: Gaudes nuptū ire, presentis est. Gaudēbis nuptum ire, futuri: gauius fuit nuptum ire, præteriti. In passiuā. Dicitum iri oportuit præteriti temporis est. Dicitum iri oportet, presentis temporis est, Dicitum iri oportebit, futuri. Ex his collige hæc esse periphrasim, in qua verbū Eo non significat, vt dixi, propriē motū, sed velut coire cum supino. Sic Græcē *δια φορονιδος εχει*, pro *φορονιδει* honorat, *παλει εχων*, pro *παλει*, ludis, *επιωωρ*, pro *sum*.

T 2

Et

Et multa huiusmodi. Sic Latine: facere verba, pro loqui; fac nos missos, pro mitte; & similia. Nunc expendamus locum Ciceronis in epistol. i. lib. 5. Verba Metelli ad Ciceronem sunt: Existimaram pro mutuo inter nos animo, & pro reconciliata gratia, neque me absentem ludibrio læsum iri, nec Metellum fratrem obdictum capite, ac fortunis per te oppugnatu iri. Cui respondet Cicer. Scribis ad me, te existimasse, pro mutuo inter nos animo, & pro reconciliata gratia nunquam te à me ludibrio læsum iri, & inf. Quod scribis non oportuisse Metellum fratrem tuum ob dictum à me oppugnari, &c. Vides oppugnatum iri, & oppugnari nihil omnino inter se differre: quando quidem ad læsum iri, & oppugnatum iri, respondet Cicer. per læsum iri, & oppugnari.

Gell. lib. i. cap. 8. docet apud antiquos in usu fuisse hanc vocem Amaturum in infinito sine numeris, generibus, aut personis: Ita ut purum verbum, non participium deberet appellari. Ut, Credo ego inimicos meos hoc dicturum.

De Præpositione. Cap. XII.

Præpositio est vox expers numeri, quæ casibus præponitur, & in compositione reperitur. Proprium itaque est præpositioni

tionis ante ire casum nominis: Nam si secus fiat, figura est anastrophe, neque propterea natura præpositionis mutatur. Contra sentit I. Scaliger de causis. Adducitq; illa trita Mecum, Tecum secum, trans tra per, &c. Sed falso, rectum enim erat cum me, cum te, &c. Præpositio inter particulas principatum obtinet, propter ea quod casus regat, quum ceteræ omnes casum regere non possint, etiam si aliter grammaticis videatur. Putidum autem commentum est: verbum regere casum aliquem media præpositione: ut si dicas. Abstineo me à pecunijs, Quum omnis ablativus necessario à præpositione regatur, ut iam diximus. Et in hac oratione. Omnes ibi erant præter Catonem, non ne monstri simile est dicere Catonem regi à verbo erant?

Ex numero præpositionum, quas grammatici pertinaciter asserunt, aliquas suscepi, supra lib. i. quum de earum natura egimus.

Quapropter, quam obrem præpositionis est Anastrophe, grammatici vocant coniunctiones. Sed quapropter. i. propter quæ, vel propter quæ, ut si quæ, nequæ, sunt accusativi antiqui. Quam obrem, cur in singulari sit coniunctio, & in plurali non item, (ut quas ob res) non video.

Quocirca, id est circa quod, eodem modo

per anastrophē dicitur, vbi de auferetur Euphoniae gratia. Sic Cæsar Scaliger. Mihi tamē
 70. Quo, est accusatiuus pluralis, idest, circa
 quæ, vt mox dicetur in coniunctionibus.

Am regebat olim accusatiuum, vt Am ter-
 minum, vnde ambire, ambarualia sacra, nunc
 tantum in compositione reperitur.

Præpositiones casu destitutæ mihi aduer-
 bia non sunt, sed confugiendum ad ellipsin,
 deest enim casus rectionis, vt in illo Virg. Lō-
 go post tempore venit, idest, longo tempore,
 post id tempus.

*De aduerbio. Nullum casum regit, nisi pro
 nomine accipiatur. Cap. XIII.*

Aduerbium videtur dici quasi aduer-
 bum, quia verbis, velut adiectiuum ad-
 hæret, vt benè dormit, grauitè dispu-
 tat, lente ambulat. Et est proprius modus in
 verbis, non vt grammatici putabant commi-
 niscētes, Imperatiuum, subiunctiuum, cat.
 quos nos ex conjugationibus sustulimus su-
 pra lib. 1. cap. 13. Iunguntur & aduerbia alijs
 partibus, vt bene doctus, bene mane, valde ve-
 locitèr. Sed hic etiā modus, quo aliquid fit,
 aut est, significatur.

Aduerbia, nisi pro nomine accipiātur, nul-
 lū casum regūt. Vt crurū tenus, Tenus nō est
 præpo-

præpositio, quū genitiuū habet, vt satis vini,
 O, dicunt regere tres casus, vt, O vir fortis,
 atq; amicus! O curas hominū: O Cæsar inui-
 cte. Sed quum dicunt (ait Cæsar Scaliger) O
 esse optandi, tantū abest vt assentiar, vt etiā
 vtinā putē esse interiectionē, neq; enim modū
 vllum apponit verbo: idē enim est Amarē, &
 vtinā amare. Et O mihi præteritos referat si Iu-
 piter annos idē est: Heu! quare mihi nō refert
 Iupiter? Neq; omnino vocandi vllum aduer-
 bium fit, nihil enim detorquet, aut addit, aut
 tollit à nomine. Hæc ille. Vide quæ supra li-
 bro. 1. cap. 13. dicta sunt.

Quo, & vnde, sunt qui dicant regere accu-
 satiuum, quia dixit Horat. Quo mihi fortunā
 si nō cōceditur, vt? & Cicero. Quo mihi Mar-
 tis signum pacis amatori? Horat. Vnde mihi
 lapidem, Quorsum est opus? vnde sagittas?
 Iuuen. Vnde tibi frontē, libertatemq; parētis?
 Sed in his deest verbum (paro) vide in Ellipsi.
 En, & Ecce non regunt accusatiuum, vel
 nominatiuum. Vide Ellipsin verborum.

*De coniunctione contra omnium ferè opi-
 nionem. Cap. XIII.*

Coniunctio neq; casus, neq; alias partes
 orōnis, vt imperiti docēt, cōiūgit; Ipsæ
 em partes inter se cōiungūt, vt nomē

nomini, nomen verbo, &c. Sed coniunctio orationes inter se coniungit. Vt Cæsar pugnat, & Cicero scribit. At vero quum dicis, Cicero scribit, & vigilat, duæ sunt orationes in Zeugmate figura. Item Cicero, & filius valet: figura syllepsis est, vt, Valet Cicero, & valet filius. Vide sup. lib. 1. cap. 18.

Lib. 3. c. 1. Neque huic assertioni obstat, quod Valla, & omnes grammatici mordicus tenent, Coniunctionem, semper iungere similes casus, exceptis paucis, vt Emi drachma, & pluris. Nec enim coniunctio inuenta est vt similes casus iungeret: Sed demus ita esse, non ne familia iunguntur in illis: emi drachma, & pluris; quum

Li. 3. c. 17. desit pretio: Vide Ellipsim. Idem Valla: magna auctoritate es vir, vel magnæ auctoritatis; & subdit: Cæterum in eadem oratione nõ est vtendum genitiuo & ablatiue, nisi velimus il-

Lib. 7. c. 2. Ind Plinianum sequi: Choromandarum gætem Siluestrem sine noëe, stridoris horredis, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis. Hæc Valla, qui etiam paulo inferius adducit contra se duo Ciceronis testimonia, quæ vel non intelligit, vel non admittit, vt: Lentulum nostrum eximia spe, summæ virtutis adolescentem. Et Scipio Africanus id ætatis, atque

Li. 3. c. 26. his rebus gestis. Hic sudat Valla & nihil explicat. Idem alibi; Maiores nugæ necit, dum

con-

coniunctionis officium putat esse similes casus coniungere; quum, vt dixi, orationes tantum coniungat. Et hanc meam sententiã ipsa Vallæ testimonia adstruunt, quibus etiam adde Cic. 2. de Nat. Deo. Itaque plestri similem linguam nostri solent dicere: chordarum, dentes? nares cornibus ijs, qui ad neruos consonant in cantibus. Vides vocem similem nunc genitiuo, nunc datiuo coniungi. Horat. Aut ob avaritiam, misera aut ambitione laborat. Idem: Hoc ego commodius, quàm tu præclare Senator, Millibus atque alijs. Marti. lib. 12. Si terrene coli, viridesque pigebit ad aras. Terent. Nam qui mentiri, aut fallere insuerit patrem, Cicero. Me, vt sibi essem legatus, non solum suafit, verum etiam rogauit. Sall. Catil. imitari, bonis quàm inuidere malebãt. Cic. 4. epistol. Me, aut tibi exire ex vrbe necesse sit, aut mihi accedere. Idem Octauio. Quis huius vrbis nomini, ac sedibus vsque adeo est inimicus, vt ista, aut dissimulare possit, aut non dolere. Cæf. 3. ciuil. Nulla fuit ciuitas, quæ non Cæsari pareret, atq; imperata faceret.

De quanuis, licet, quamquam, etfi.

LAURENTIUS Valla anxie torquetur in explicanda differentia harum particularum.

T 5 Quan-

Quamuis. Licet. Quamquam. Etſi. cæt. & tandem nihil agit.

Quamuis factum eſt ex Quantumuis, & Quantumuis ſunt duæ voces, ex volo, & accuſatio Quantum. Hinc poteris expiſcari quo in loco, aut quam in partē ſcriptionis ſedem habeat. Eſt enim veluti concedentis: neque vnquam reperietur vox Quamuis, vbi tu nō poſiſis ſubſtituere Quantumuis. Virg. Quamuis multa meis exiret victima ſeptis. i. quantumuis. Horat. Ille quantumuis ruſticus, inquit. Apud Horatiū ſemper legitur in primo præſenti: vt, quamuis conſpicitur: quamuiſeſt monitus: quamuis ſingeris ad rectum: quāuis fatiſ tibi cōſulis. Alij cum ſecundis tēporibus iungūt. Cic. quāuis ille felix ſit, ſicut eſt. Virg. Quamuis ille niger, quamuis tu cādīdus eſſes. Itaque ſicut vtimur amaſt i, pro amauiſſiſita Quamuis pro Quantumuis.

Licet verbum purum putum, vt: Per mellicet, quod Hiſpanē melius explicatur, Sea, præ ſupongamos. Eſt etiam concedētis, vt quum quis dicit: Veniam ad te? alius reſpōdet: licet. Hinc libri licēt, ſerui licent. id eſt, venduntur. Hiſp. Andar en venta, Eſtar en almoneda, ita vt cuilibet liceat emere: Emas licebit. Vnde hæ duæ voces eleganter coniunguntur quāuis licet. Cicer. 3. legi. At duō Grachi fuerunt,

& præ

& præter eos, quamuis enumeres multos licet, cæt. Itaque in hoc ſenſu dices: Licet: Licebit, liceat. Et quamuis ſono coniunctionis efferantur, vera tñ verba ſunt: in quibus de eſt, vt. Nam licet facias, eſt idem quod licet vt facias: vnde non poteſt iungi primis præſentibus. Non enim dices: Licet es doctus, hoc nō intelliges: ſed licet ſis doctus. Horat. Licebit ter iniecto puluere curras.

Quamquam accuſatiuus fuit, Quantum quantum, vt Tanquam, Tantum quantum. vt Ouidij illud: Tam felix eſſes, quam formoſiſſima vellem, id eſt, Tantum eſſes felix, quantum es formoſiſſima: Vbi de eſt *uata*. id eſt, circa quantum, vel in quāto. Item illud: Tam de eſt auarō quod habet, quā quod non habet, id eſt, tantum, quantum. Et eſſe has particulas conſciſſas indicat illud Liuij lib. 9. Quantum Romæ terrorem fecerat, tam lætam famam in Sumnium ad hoſtes tulerat. Deinde quemadmodū paſſim dicimus: Quam familiaris, quam proximè, quam maximū, quam plurimū, quam poteſt: ita dixit Plaut. Amph. Nescio quantum tu familiaris ſis, niſi actutū hinc abis. Liuij lib. 25. Simul altitudinem muri, quantum proximè cōiectura poterat, permenſus. Plinius in epiſto. Dedit enim mihi quantum maximè potuit; daturus amplius, ſi potuiſ-

potuisset. Columell. 12. capit. 27. Exploratum habeat quantum plurimum falsæ aquæ vinum quod fecerit, sine offensa gustus pati possit. Terent. Eun. Comprehendi tibe, quantum potest. Idem Phorm. Quantum potest, nunc conueniendus Phormio est. At dices si vocula, *Quantum*, significat *Quantum*, quid est illud, quum post eandem inuenis iterum *Quantum*? Cicero. 5. Verri. Sexiestantum, quam quantum satum sit, ablatum esse. Et 4. Verr. Maiorem pecuniam Prætoripollicetur, quàm quantam tū dedisti. Idem 3. Orato. Ut maius quidam de Lucio Crasso, quam quantum à nobis exprimeretur suspicetur. Et 5. Verri. pluris senatum æstimasse, quam quanti esset annona. Plaut. Mercæ. Oratio Ædepol pluris est huius, quàm quati empta est. Cic. 3. Verr. Quum ex agris tres fratres confortes profugissent, quod ijs plus frumenti imperabatur, quam quantum exarant. Idem 2. Orato. Si te intelligerem plus conatū esse suscipere reipub. causa muneris, quam quantum præstare potuisses. cæt. Et 3. Orato. in princ. Ac mihi quidem veteres illi maius quiddam animo cõplexi, plus multo etiam vidisse videtur, quàm quantum nostrorum ingeniorum acies intueri potest. Cato in rusticis. Qui oleam emerit amplius quam quanti emerit, omnes pecuniæ

cen-

centesima accedet. Respondeo in usu esse vocem, *Quantusquantus*. Terent. Adelph. Tu *quantusquantus* es, nihil nisi sapientia es. Cicer. Attic. libr. 12. Sed *quantiquanti* bene emitur, quod necesse est. Adde insuper in omni comparatione deesse particulam *Præ* vt doctior Cicerone, sub. *Præ*. Et Cicero limatior est, quam Sallustius, vel quantum Sallustius, deest *Præ*. Ut sit: *præquam* vel *præ* eo, quantum Sallustius. Plaut. Amph. Satin' paruares est voluptatum in vita, atque in ætate agunda, *præquam* quod molestum est, id est, *præ* eo, quantum. Idem Aulul. Sed hoc etiam pulchrum est, *præquam* vbi sumptus petunt, id est *præ* eo, quatum est, vbi sumptus petunt. Sic dicimus *Præ* vt. Terent. Eunu. *Præ* vt huius rabies quæ dabit. Plaut. Aulul. Parum etiã *præ* vt futurum est, *præ* dicas. Idem Mercator, prologo. *Præ* quam res patitur studeat elegantia.

Etsi, coaluit ex duabus partibus, etiam, &, *Sic*. Deinde vero assumit socias. Nam dicimus coniuncte, *Etsi* et *Sic*, &, tamen *etsi*. Terent. And. Ibo, *etsi* Hercle sepe iam nie spes hæc frustrata est, id est, etiam si. *Disiuncte* etiã hæc voces legi aliquando necesse est. Cicero, in partitionibus. *Etsi* incidet imprudentiæ causa, cæt. Terent. Phormio. Et, si tibi res sit cum eo lenone,

lenone, quo cū mihi est, tum senties. Ibidem hoc modo vsus est dictione hac Tamet si, vbi aliqui legunt: Tamen et si. Metuit, inquit, hic nos, tamet si sedulo dissimulat. Idem Andr. Obtundis, tamet si intelligo: & multis alijs in locis. Aliquando huic voci respondet aliud Tamen. Cicer. Tamet si causa postulat, tamen quia postulat, non flagitat; præteribo. Vide infra, Et si quamuis.

Acutius, quam par est, distinguit Valla has particulas. Et si, Quamuis, quamquam, & alia. At Cice. hæc parū curat apud quem Et si quamuis, coniunctè lego: vt paulò inferius dicitur.

De Quandoque.

QUANDOQUE particula nunquam satis intellecta fuit à Grammaticis, Nihil enim minus significat, quam quod illi somniant. Abscissa est ex Quodocunque, & vbi est vox quandoque aptè poteris substituere Quodocunque. Horat. in Arte: Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus: id est, quodocunque dormitat: Idem Ode. 1. & 2. libro. 4. Carminum. Columella; in fine operis: Quandoque arabitur, id est quotiescunq;. Persi; Saty. quarta. Qui, quandoque iugum pertusa ad compita figet: cat.

Inge

Ingemit. Cicer. in Somnio: apud Macrobi. secundo somnij capit. vndecimo. Ita quandoque quum ab eadem parte Sol eodemque tempore iterum defecerit; expletum annum habeto. in vulgatis Ciceronis operibus, legitur quodocunque, quam lectionem Macrobij tuetur Manut. Pauli F. plures ex Pandectis locos adducens in confirmationem. Sucto. Iulio: Tabula ænea in monumento inuenta est conscripta literis; verbisq; Græcis in hanc sententiam: Quandoque ossa Capys detecta essent, fore, vt Iulo prognatus manu cōsanguineorū necaretur. Itaq; Quandoq; sæpi⁹ duas orationes separatas postulat, vt vox Quādocūq;, sed aliquādo vtraq; vox cū vna oratione reperietur, dū tamē futurū ali quod tēpus, & veluti quandā conditionē designet. Horat. Garrulus hunc quando cōsumet xūque. i. quādocūq;. Hisp. algun dia. Iuuenal. Saty. 5. Pullandū vertice raso Præbebis quandoq; caput, neq; dura timebis Flagra pati. Tacit. 1. Ann. Seruiendū esse foeminae, duobusq; in super adolescentibus, qui remp. interim præmāt, quādoq; distrahāt. Hisp. que al presente la opriman, y despues la diuidā. Idē 6. Annal. Postremo Græcis verbis in hanc sententiā alloquutus. Et tu Galba quādoq; degustabis imperium. i. quādocūq; Hisp. algun dia. Apud Cice-

Ciceronem bis inuenitur hæc uocula libr. 6. epist. 20. Ego me Asturæ diutius arbitror cōmoraturum, quoad illē quandoque ueniat. Et 3. Tuscul. non longē à principio. In eundem cadit ut feruiat, ut uictum se quandoque esse fateatur. Vbi Lambin. edidit: aliquando esse se fateatur ex fide manusc. Non raro hæc uox in duas partes diuiditur, ut Quandoque. pro, & quando. Ut si dicas: Quando ego te uidebo; quandoque complectar! Lilius lib. 1. Inde ordine alij rogabantur, quandoque; pars maior eorum, qui aderant in eandem sententiam ibat; bellum erat consensu fieri solitum, cæt. Horat. Saty. 6. lib. 2. O rus! quando ego te aspiciam? quandoque; licebit Ducere! Cic. 2. Diuin. Vident ex constantissimo motu Lunæ, quando illa è regione solis facta incurrat in umbram terræ, quandoque eadem Luna subiecta soli. cæt. Prædictarum autem trium acceptionum exempla quamplurima in Pan dectis reperiuntur, in quibus obseruandis acri iudicio est opus. Nonnulla tamen ordine adscribam. Primæ autem hæc accipe. l. 2. D. solut. matr. Dotis actio filia non erit adempta, quandoque sui iuris filia fuerit facta. l. si fundus 13. D. de reb. eor. qui sub tut. Quandoque domino prædium cum fructibus uindicant doli non inutiliter opponitur exceptio. l. que

pupilla

pupillæ. D. quando dies leg. ced. Quod pupillæ legatum est quandoque nupserit. cæt. l. & per iusiurandum 13. D. de acceptil. Quandoque; ei creditum fuerit tenetur. lib. 3. tit. 15. Inst. §. 1. & quandoque; nobis non eadē res, sed alię eiusdē naturæ, & qualitatis redduntur, inde etiam mutuum appellatum est. Alij legunt. Quoniã. Secundæ acceptionis, hæc erunt, D. lib. 1. tit. 7. l. 2. de adoptionib. Cæterum si fidei eius cōmittat, ut quandoque restituat, non oportet admitti fideicommissum. l. si fundus 13. D. de rebus eor. Quandoque domino prædium cum fructibus uindicante doli non inutiliter opponitur exceptio. l. continuus 127. §. itē qui. D. de verb. Liberatur qui se daturum spondit, si quandoque; tradit. Tertiæ acceptionis. l. in substitu. 31. D. de vulg. & pupil. Queritur quisquis hæres, quandoque; fuerit, intelligatur.

De Quod.

Quod particula prima linguam latinam post Ciceronis aureum sæculum auita est deturpare. Hæc Aristotelis, & Platonis dialecticam, & utranque; Philosophiam pessimè dilacerauit. Hæc iuris utriusque disciplinam barbarorum traditionibus, & commentarijs excarnificauit. Hæc etiam in Sacræ Theologiæ commentarios, & Latinas versiones ita impe-

V

tum

tum fecit, vt peritissimos alio qui viros in sum-
mū barbariā: barathrū detruserit. Quō magis
iraſcor Eraſmo Roterodamo, qui, quū in Lati-
nam linguā nouum teſtamentū uertere tenta-
uerit hāc peſtem, quæ linguā latinam peſſum
dedit, neſcierit, aut nō potuerit euitare. Sape
enim repetit dico, quod, Aut: Dixi vobis, q̄
ego ſum. At dicēs, Fidi eſſe interpretis verbū
verbo, vt Horatius inſinuat, reddere. Fateor li-
bētiffime id; & Horatium id ſentire aſſeuero.
Sed idiotiſſimos, & quaſcūq; peculiareſ cuiuſ-
uiſ linguæ proprietateſ, nemo ſanus in aliam
linguam, verbū ex verbo reddens recte tranſ-
fundet. An ferenda ſunt illa, quæ ſummus
Theologuſ paſſim in ſcholiſ inculcabat: Hoc
argumentū tangit de cuspide in albū: Et O
valeat me Deuſ. Quid ſi velis Hiſpanē dicere:
Saltar fuera del coro, ſicut Latine dicitur, ex-
tra chorū saltare; vt loquacem ſatis conciona-
torē dicentē ſuper audiri? Cur non vertimus,
Græcorū articuloſ; aut duas negationēſ, quæ
apud illoſ magis negant? Et cur non dicimus:
Vtor libris, quibus habeo: quod Græciſ eſt
frequentiffimū? Cur genitiuoſ tēporiſ in abla-
tuo cōuertimus? vt Imperatē Cæſareſ? Particu-
la græca ὅτι inuexit hęc tāta mala, quæ ver-
tētibus Græca Latine aut omnino eſſet omi-
tenda, aut aliter, quam per quod, quia, quæ

nia

niam eſſet explicanda. Nonne vides quā
ſecde Boëtius tranſtulerit principium ſecun-
di poſteriorum; dum inquit: Quartiuſ
autem quatuor; quia; propter quid, ſi eſt,
& quid eſt. Nam prima quaſtio quæ Græ-
ciſ eſt ὅτι, ſignificat rem ita eſſe vt: So-
lem deficere. Cicero multa tranſtulit e Græ-
ciſ, vbi particula ὅτι paſſim occurrit, nul-
quā tamen apud Ciceronem apparet. Quo
ſolo argumento barbarē loqui omneſ aſſe-
uero; qui; Dico quod; Credo quod; ſcien-
dum eſt quod; paſſim blaterant. Lege libel-
lum Ciceroniſ de Vniuerſitate, qui integer
ex Platonis Timæo verſuſ eſt; nuſquam
iuenies Quod. quum tam ſape ibi occur-
rat particula ὅτι. Quid ſigitur, dicēs, facit
Cicero, audi Aſchili verſionem à Cicerone
tertio Tuſcul.

ὁμοῦ Προμηθεὺς τῶν ἰνδιώνων, ὅτι

ὄργησ' ποσθ' οὐκ εἶσι τὰ γὰρ νόγοι.

Atqui Prometheu te hoc tenere exiſtimo
Mederi poſſe rationem iracundiæ.

Eraſmuſ aut Laur. Vallā dixiſſent: Igitur ὁ
Prometheu hoc ſcias, quod irā infirmitatiſ
ſunt med ciratione vel ſermonēſ. Poſſem in-
numera tibi recenſere Ciceroniſ exempla ver-
ſa ex Platone Demoſthene, Ariſtotele, Xenophi-
lotē, & aliſtū philoſophiſ tū poētis. Sed

tu te ipse hoc melius expiscaberis, si pura latininitatis cura tetangit. Quo posito, foedissimam calumniam Ciceroni obiectam contundemus. Antonius Maioragius gloriose, ut sibi videtur, de Cicerone triumphat, dum in suis Antiparadoxis, quæ contra Ciceronis Paradoxa effutijt, ignarum philosophiæ, atque totius dialectices expertem Ciceronem demonstrare conatur. At quibus argumentis? Quia tota Ciceronis, ut ille credit, disputatio, ab ipsis paradoxorum titulis longè dissentit. Nam in quarto paradoxo, cuius Titulus sic habet: *ὅτι πάντες οἱ μαρδοὶ μάλιστα*. Nullum argumentum adduci contendit, quod propositam questionem possit comprobare. Sed Maioragius non vidit Lemata illa ab imperitis Grammaticis esse præfixa. An Cicero tam putide reddidisset Latine, Quod solus sapiens dives sit. & Quod omnes stulti insaniant. Infanior profecto, qui tales titulos præfixit. Quartum illud paradoxon, si titulus esset præfigendus, hoc sonat. *ὅτι πάντες οἱ σοφοὶ πωλίται, καὶ πάντες οἱ μαρδοὶ φένογοντες*, id est, omnes sapientes esse ciues & omnes stultos exules. Sed, ut de huiusmodi titulis in uniuersum dicamus; quamuis longiori aliquanto, quam solemus, sermone, sic habeto: Omnes titulos ad Martialis epigrammata, ad Ho-

ratij

ratij odas, non solum esse alienos, sed sæpè à poetæ sensu alienissimos. Plinio pessimè sunt dispositi. Aldi Manutij Pauli F. qui nuper in Officia, & Paradoxa commentarios edidit, non possum in illis titulis non accusare oscitantiam, qui tales nugas adscribat Ciceroni. Vox igitur Quod, nisi relativa sit, ut aiunt Grammatici, locum apud Latinos non habet. Relatio est in illo Ciceronis: Quod epistolam concessam doles, noli laborare. Nam ordo & sensus est: Noli laborare circa id, quod, vel ex eo, quod: vel propter id quod. Sic Martial. Non miror quod potat aquam tua filia Basse, id est non miror de eo, quod, vel propter id, quod, deest Græcè *κατὰ*, id est, ob id quod. Donat: in Hecy. Act. 1. Scen. 3. Quod me accusas, deest, inquit, In eo, ut sit: In eo quod me accusas: An quod, i. propter quod? Hæc Donatus. Deniq; latine dicitur, Miror quod, barbære, dico quod, audiui quod, credo quod. Sed cōtra meum hoc præceptum non solum æmuli, sed amicissimi grauissimos auctores opponunt. Terent. Andr. Audiui Archillis, quod iam dudum Lesbiam adduci iubes. Respondeo inique fecisse Ant. Goueanum, qui dum nimis religiose versus Terentij ad normam reducere conatur, latinitatem perderet. In omnibus antiquis sic le-

gitur:

Act. 1. Scen.
na. 4.

gitur: Audiui Archillis, iam dudum Lesbiam adduci iubes, & constat versus, si sit metiære: Au di - - ui Ar - - cæti Muret. in illo loco auctor est à Goueano additum esse. Quod. Ex epistola 17. ad Brutum citantur hæc: Dolet mihi, quod tu non stomacharis, sed nullo sensu doctiores ita legunt: Dolet mihi, tu non stomacharis amantissimus tuam tuorum omnium: tum Ciceronis, quasi dicat. Si mihi dolet, cur tu saltem non stomacharis. Est & alius locus Ciceronis circa finem lib. primi de officijs, themate; sed ab his. Idque hoc argumento confirmari potest, quod si contigerit ea vita sapienti, cæt. Sed tota periculis fœde dilacerata est, & sine sententia; quod maior aut Lambinum, aut Aldum, aut quemquam doctiorum non animaduertisse. Totum autem locum sic lego, & restituo. Id, quod hoc argumento confirmari potest: Si contigerit ea vita sapienti, vt omnium reru affluētibus copijs ditetur (quanuis omnia, quæ cognitione digna sint, summo otio secū ipse cōsideret & cōtempletur) tamē si solitudo tanta sit, vt hominē videre nō possit, excedat ē vita principis omnium virtutū necesse est illa sapientia; quam *Σοφία* Graeci vocant. Et Ouid. lib. 5. de Tristibus.

Si quis delicias lasciuæq; carmina querit,
Præmoneo nūquā scripta quod ista legat.

Nihil

Nihil hoc pētametro vidi putidius, magisque barbarum. Quis enim dicet, ista, in hoc sensu? Quis, præmoneo nunquā quod? Eiusdē farina est cū illo apud Virgil. Quantū omnis mundus gaudet cantate Sileno: & vero inulcēbara inserta fuisse Catullo, Tibullō, Propertio & alijs docet Iosephus Scaliger, & alij. Citatur ex Cornelio Gallo in quodam lyrico carmine, cuius initium est; Lilia bella:

Sæua non cernis quod ego languo?
Sed oden illam alicuius inepti esse testatur Iul. Scaliger 6. lib. poetices: quod mihi placet. Solus Plant. vno in loco me male habet. Nec Lambini in illo loco explicationem admittit, vt pote durissimam. Inno mihi placet, vt versiculus vna mutata literula corrigatur. Locus est in. 1. Scen. A sinaria: Equidem scio iam filius quod amet meus, Istam meretricē e proximo Philenium. Ego lego: Equidem scio iam filius quom amet me. Quom, vel qom, p quum sēpe vitur Plaut. & Labi. in. 1. Amphit. scenā, in illo: Agite pugni, iā diu est, qd vētri visū nō datis: quū (inquit) edēdū curauī, pā, q, ferri nō pōt. Alia multa mihi solēt obijci, sed ea vel male intellecta, vel ab auctoribus nō valde latinis deprōpta. Primi generis sunt illa Hor. Sat. 2. li. 2.

Rancidū aprum antiqui lauabant, nō quia nāsīs illis nullus erat, sed credo hac mente, quod hospes

Tardius adueniens vitiatum commodius, quam
Integrum edax dominus consumeret.

Hic non dicit Horatius, Credo quod, sed
hac mente laudabant, quod. Nam verbum
(Credo) parenthesi debet includi, quasi di-
cat, vt credo. Lambin. Sic exponit: rancen-
tem aprum antiqui laudabant, non quod
odoratu carerent: sed quod existimarent.
cat. Ex Virgilio citatur: Dicite Æneæ, quod,
sed pessime intelligitur.

Encl. 11.

Vadite, & hæc memores Regi mandata referte,
Quod vitam moror inuisam Palante perempto
Dextera causa tua est:

Dextera tua est in causa, quod non mo-
riar. Thomas Linacer, alioqui doctissimus
supinè cõfirmat, Latine dici. Dico quod, asse-
ro quod, lib. 5. circa finè. & lib. 6. cap. de coniu-
tionũ ellipsi. Adhibetur tamè sæpissime (in-
quit) eadem coniunctio Quod: Martial. Hoc
scio, quod scribit nulla puella tibi. Horat.

Si tibi nulla sitim lentret copia lymphæ,
Narrares medicis quod quanto plura parasti,
Tanto plura cupis.

Seneca in natur. quæst. Miramur quod ac-
cessionũ fluminũ maria nõ sentiãt, æquè mirã
dũ est, quod detrimentũ exeuntiuũ terra non
sentit. Itẽ: Nos putamus quod quia nubes col-
lisæ sunt, ideo fulmina emittunt. Plin. ad Ser-
uiãnuũ: Gaudeo & gratulor, quod Fulco Sali-

natori

natori filiã tuam destinasti. Auct. in Sallust.
Credo quod nõ omnes tui similes in columes
in urbẽ venissent. Hactenus Linacer. Nũc sex
adductis testimonijs ordine respondebo. Pri-
mum est Martial. lib. 2. Epigram. 65. sic:

Nescio tã multis quid scribas Fauste puellis,
Hoc scio quod scribat nulla puella tibi.

quod relatiuum est, quasi dicat, Tu multa
scribis puellis, quum sis pædico, vt videlicet
te ostendas puellarum amatorem, sed ego scio
quid sit propter quod nulla tibi rescribit: quia
pueros amas. Secundum est Horatij epist. 2.
libro. 2.

Sitibi nulla sitim finiret copia lymphæ,
Narrares medicis: quod quãto plura parasti,
Tanto plura cupis, nulli ne faterier audes?

Vides oscitantiam Linacri, qui non intellecta
Horatij sententia pessimè loquutum poetam
asserbat. Latinum non est: Fateor quod ve-
rum dicis: At dicitur Latine: Quod verum di-
cis irascor, nam hic relatio est, ibi nulla. Ter-
tius locus Senecæ nihil contra nostram do-
ctrinã. Nam τὸ quod, bis positũ, nomen est, &
deest præpositio κατὰ vel διὰ, vt sit διὰ τῆ
Quartus etiã Senecæ glossẽma puto. Nã Sen-
cæ de fulminibus alia sententia est. Habes
hunc locum lib. 2. cap. 3. natur. quæst. Si ta-
men Senecæ verba esse contendas, conten-

V 5 dam

dam ego quoque non fore difficile comprobare non pure loquutum ibi Senecam. Quintus locus Plinij eleganter dicitur: Sextus locus Ciceronis barbarus omnino est. Mirorq; non solum Linacrum, sed & Quintilianum, & Vallam, & ceteros, qui has putidas & barbaras orationes (quæ nomine Sallustij, & Ciceronis circulerentur) non viderint ab aliquo scio, & barbaro esse compositas. Hoc satis in dicantur Pet. Victor. & Sebastia. Corradus in sua quæstura, & alij. Quo exemplo monemur, ut ad secundi generis testimonia transeamus. Si Senecæ contra nos adferantur testimonia in huiusmodi negotio, quid negotij erit respondere, Senecæ latinitatem multis partibus claudicare? Plinius epist. 11. libro. 2. dixit: Adnotatum est experimentis, quod fauor, & misericordia acres, & vehementes primos impetus habet. Sed p me respondebit Polit. in. 1. epi. Optaret, inquit, alius ut orator Pliniû sapere, quod huius & maturitas, & disciplina laudat. Ego contra totû illud aspernari me dicam Plinij sæculû. Audeamus igitur iam ridere Lauræti Vallæ præceptione lib. 2. c. 17. Verbis, inquit, opinionis, & sciētig damus indicatiuum, cum quod. Opinor, q; pater aut mortuus est, aut grauiter ægrotat. Et eodem lib. cap. 20. Volo quod scribas, nō autē quod scribis.

scribis. Egregiûm vides dicēdi magistrû. Sed aliquid dicēdum est de latinitate Digestorû, quorû auctores omnium iudicio Ciceroni equi parant. libr. 1. tit. 6. l. 1. de iure personarû. alia diuisio sequit quod quædã personæ sunt sui iuris, quædã alieno iuri subiectæ. & eod. lib. tit. 2. o. l. 1. Huius rei fortissimû argumentum est, quod lege Iulia de vi nominatim cauet: & lib. 15. l. 30. Sciendû est generaliter, quod, si quis scripserit fideiussisse, videri oia solēniter acta. Ad hæc & alia multa, quæ possunt obijci ex Pandectis respondeo, primum vocem illam, Quod, in Plantini Pandectis inter has virgulas signari: & Faurelium præfatione ad inuentionem, quidquid inter ea signa continetur, neq; in Pandectis Florentinis, neq; in alijs inueniri, sed à recentioribus additû. Deinde certius, & melius respondebo, nō tanti mihi esse istorû iudiciû, qui Iuriscôl. dictionē cum Ciceroniana cōparat. Vbi tu obsecro in Pandectis tot stultos, tot figuras verborû, & sententiarû, tot tropos, periodos, cola, cōmata, & illustria lumina ostendes? Imo vero si iurisperiti his dicēdi generibus vterentur, dicerent illos nescisse leges cōscribere. Adde quod multi illorum Græcè scripserunt. Ac demû sæculû illud Iustiani latinâ linguâ nō poliebat. Multa in Pandectis inuenio, quæ latinis auribus nō placere.

Sit exempli gratia titulus. 1. 1. lib. 1. ubi multa quæ à genuina latinitate abhorreant inueniuntur. Satis superq; iuris scriptoribus gloriæ tribuimus, si inter sui seculi homines eos dicamus præstantissimos.

De Quidem.

QUIDEM particula male accepta est à Grammaticis, & alijs aliarum rerum auctoribus. Qui se putant latinè loqui, sæpe librorum capita sic distinguunt: Quod vera sit sententia Ciceronis; Quod nulla sint verba neutra, sic etiam videas in principio librorum. Libride Dialectica longè quidem utilissimi. Non video post antiquam illam venerandam vetustatem, qui aptè, & suo loco hac particula Quidem vtatur. Nam latinè non dices: Præceptor quidem tuus est doctissimus. At dices eleganter: Præceptor quidem tuus est doctissimus, sed ignauus, at ignauus, tamen ignauus. Eleganter huius voculæ vsum multis Ciceronianis exemplis explicabo, plura, qui uolet, facile inueniet. Cicer. 5. de Finib. Tantam vim virtutis tantamq; auctoritatem honestatis, vt reliqua non illa quidem nulla, sed ita parua sit, vt nulla esse videatur. Ibidem: illa enim, quæ sunt à nobis bona corporis nume-

rata complect ea quidem beatissimam vitã, sed ita, vt sine illis possit beata vita existere. Ibidem. Quum autem progrediens confirmatur animus, cognoscit ille quidem naturam vim, sed ita vt progredi possit longius. Idem 1. Offi. Altera est res, vt quum ita sis affectus animo, vt supra dixi, res geras magnas illas quidem, & maximè vtilis, sed vt vehementer arduas plenasq; laborum. De vniuersitate. Ita totum animal mouebatur illud quidem, sed immoderatè & fortuito. Amicitia. Qui negligendi quidem non sunt, sed alio quodam modo colendi. Ibidem: Nouitates autem si spem afferunt, non sunt illæ quidem repudiandæ, vetustas tamen suo loco conseruanda est. Quum hæc & alia huiusmodi discipulis indicarem, quædam mihi obiecta sunt, quæ aliter se habere videntur. Sed ea, ne alios fallãr, huic disceptationi inseram: & locos integros apponam, vt intelligas, à longe petendam aduersantem particulam, quæ voculæ (Quidem) debeat respondere. Cicero. 1. de Orat. Si quis est qui hæc putet arte accipi posse, quod falsum est; præclare enim se res habeat, si hæc accendi, ac commoueri arte possint, inferi quidem, & donari ab arte non possunt omnia: sunt enim illa dona naturæ: quid de illis dicet, quæ certè cum ipso homine nascuntur,

linguæ

linguæ solutio, vocis sonus, litera, vires cōfor-
 matio quædam, & figura totius oris, & corpo-
 ris: Neq; hoc ita dico, vt ars aliquid limare nō
 possit, neq; enim ignoro, & quæ bona sint, fie-
 ri meliora posse doctrina, & quæ nō optima
 aliquo modo acui tamen, & corrigi posse.
 Quasi dicat inferi quidē hæc arte nō possunt.
 Idem libr. 7. epist. 24. Amoris quidē tui, quo
 quo me verti, vestigia: vel proximē de Tigel-
 lio. Sēs enim ex literis tuis valde te laborasse.
 Amo igitur voluntatē, sed pauca de re. Quasi
 dicat, amor quidem tuus notus est, sed de re
 ipsa pauca dicam. Idem libr. 2. epist. 3. Meam
 quidem sententiā aut scribā ad te postea plu-
 ribus, aut, ne ad eam meditare, imparatum te
 offendam, coramq; contra istam rationem,
 meam dicam: vt aut te in meam sententiā ad-
 ducam, aut certē testatum apud animum tuū
 relinquam quid senserim, vt si quando, quod
 nolim, displicere tibi tuum cepērit, possis
 meum recordari, breuitamen sic habēto. Ho-
 rat. libr. 2. epist. 1.

Multa quidem nobis factimus mala sæpe pœte,
 (Vt vineam ego met cedā meam) quū tibi liberā
 sollicito damas, aut fessos Quū lædimus vnum,
 Si quis amicorū est ausus reprehendere verum.
 Quum loca iam recitata reuoluimus irrequietū
 Quum lamentamur non apparere labores
 Nostros & tenui deducta poemata firo:

Quia

Quum speramus eo rem venturam, vt simularq;
 Carmina rescieris nos fingere commodus vltro,
 Arceffas & egere veteres, & scribere cogas,
 Sed tamen est operæ pretium cognoscere quales,
 Editos habeat virtus.

Virgil. 4. Georg. de Eurydice.

Illā quidē dum te fugeret per flumina præcepit,
 Immanem, ante pedes hydram moritura puella
 Seruantem ripas alta non vidit in herba.

At Choros æqualis dryadum.

Sed obijciēt aliquis illa Ciceronis, & alio-
 rum. Cicero. Et æthera quidem ipsam, sine
 cælum appellare libet: Virgil. Ac me tunc
 quidem. Et alia innumera, vbi particula re-
 spondens non inuenitur. Respondeo esse
 diuisas per Tmesin duas voculas, vt æthera
 quidem: pro Et quidem, siue Equidem. Et
 nos quidem, pro equidem nos & sic in alijs
 multis. Ad huc video esse, qui obijciant si-
 ne vlla responsione, aut compositione inue-
 niri particulam, Quidem, Nam latine dici-
 tur: qui quidem, hanc quidem: illa quidem;
 sine vilo addito. Respondeo post: Quis;
 Quæ; Quod; hic, ille, recte apponi qui-
 dem sine aduersante, vt, quas quidem, il-
 le quidem. Sed si contendas aliquid signi-
 ficare, dicam contra Grammaticos, neque
 hic nec alibi hanc particulam Quidem affir-
 mationem significare, vt ipsi putant, semper
 enim

enim fere est quod saltē. Hispanē, Alomenos:
 Vna por vna: A lo que puedo iuzgar. Vt si
 quis roget ita: venit ne huc Petrus, respondeo,
 Minime, quod quidem viderim. Terentius
 Phorm. mihi paratæ lites, quid mea, illa qui-
 dem nostra erit. Ex Terentio & Cicerone. All
 qua mihi obijciuntur, sed loci corrupti sunt.
 Terent. Adolph. Occidunt me quidem dum
 nimis sanctas nuptias student facere; in appa-
 rando totum consumunt diem. Sed aliter le-
 gendum locum esse, iam multi viderunt. Sic:
 Occidunt me, qui dum nimis sanctas nuptias
 student facere, cæt. Cicero de Senectute: Ille
 autem Capione & Philippo iterum consult-
 bus mortuus est, quum ego quidem, quin-
 que & sexaginta annos natus legem Voco-
 niam suavissem. Dicitio **Quidem** (inquit Lam-
 binus) abest ab omnibus veteribus libris. Ci-
 cer. lib. 1. de diuinat. in calce. Quumque ani-
 mi hominum semper fuerint, futuri que sint,
 cur ij quidem, quid ex quoque euenerint per-
 spicere non possint. Lamb. legit. Cur ij quid
 ex quoque, cæt. Obijcitur & illud quod pas-
 sim in epistolis Ciceronis legitur. Si vales be-
 ne est, ego quidem valeo. Sed error Gramma-
 ticorum est pudendus qui has notas nescie-
 runt interpretari. S. V. B. E. E. Q. V. id est
 Si vales bene est, ego quoque valeo. Nec desun-
 qui

quific interpretentur, nam libr. 1 o. epist. 3 4.
 Et lib. 1 2. epist. 1 5. Si vales, liberi que vestri va-
 lent, bene est: ego quoque valeo. Cicer. Para-
 dox. 5. Qui legibus quidem non propter me-
 tum parent. Alij melius: Qui ne legibus qui-
 dem propter, cæt. Paradox. 6. Hæc quidem
 vtrum abundantis an egentis signa sint? Lam-
 bin. Et alij legunt: Hæc vtrum abundantis,
 cæt. Aliquando tamen (ne quid dissimulem)
 nulla est particula quæ aduersans respõdeat.
 Sed si oculatè perspicias, aliquo modo præ-
 cessit. Cicer. lib. 1 5. epist. Fateor ea me stu-
 diose sequuntur, ex quibus mira gloria nasci
 possit: ipsam quidē gloriā per se nūquā puta-
 ui expetendam, quasi dicat, gloriam quidem
 nunquam expetui, sed ea ex quibus gloria
 nascitur. Idem libr. 1 2. epist. 1 9. Sed hoc ex-
 re & tempore constitues, mihi quidem vsque
 curæ erit quid agas, dum quid egeris sciero.
 Proprietas & elegantia Latini sermonis igno-
 ratur, si particularū differentia & vis igno-
 retur. Sed Laurentius dum hæc scrutatur mi-
 ras tenebras offundit.

Si aduerteret Laurentius multas particu-
 las, inter quas assignat differentias, coniunctè
 legi, desideret fortasse has tricas. Aduerte igitur
 has particulas coniungi simul inter se: Et
 si quanuis: Quanuis licet: Ergo igitur: Post-

hoc dein: Deinde postea: Mox deinde: Tandem denique: Quia enim: Quidem certe: Ex templo simul: En ecce. Item alia fortasse.

Etsi quan-
uis.

Cicer. Attic. 16. Epist. 7. Et si quanuis non fueris suator, & impulsor perfectionis meæ, approbator certe fuisti.

Quantuisli
cet.

Cicer. libro. 3. leg. At duo Grachi fuerunt, & præter eos, quanuis enumeres multos licet, quum deni crearentur, nonnullos in omni memoria reperies perniciosos tribunos. Laurët. Valla lib. 2. cap. 21. Quantuis licet reclamant Grammatici, non dubitabo, cæ-

Ergo igitur.

Ridendi sunt Grammatici, qui inter Ergo & igitur miras constituunt differentias. Ergo dico Ergo esse sextum casum ab Græco ἐργος, id est, opus vel res, quasi dicas, Re vera. Particula Igitur propriè significat Deinde. Hispanè en consequentia, tras esto. Plaut. Amphit. Se se igitur summavi, virisq; eorum oppidum expugnassere. Idem Epid. Sed qui perspicere possent cor sapientiæ, Igitur perspicere ut possint cordis copiam. Ibid. Quid tibi negotij est meæ domi igitur? qua etiam forma dixit Terent. Adelph. An non hæc tibi iusta videntur postea? Sed Apuleius purissimus Latine linguæ scriptor has particulas solet sapissime copulare. Lib. 2. A fini. Ergo igitur Fortis erat adeunda. Ibid. Ergo igitur senex ille

Idem

Idem lib. 3. Ergo igitur iam & ipse possum. & lib. 4. in princip. Ergo igitur quum in isto cogitationis salo fluctuarem. & lib. 5. Ergo igitur si posthac pessimæ illæ lamæ, & lib. 7. Ergo igitur si perdideritis in alino virginem. Ibidem paulo post legitur vox Ergo sola: Totis ergo prolatis enatisque rebus: sed rursus paulo post: Ergo igitur ancipiti malo laborabam. & lib. 9. Ergo igitur summo pauore percussum Myrinecem. ibid. Ergo igitur Græcè subijciens miles. & lib. 10. in calce. Ergo igitur non de pudore iam, sed de salute ipsa sollicitus. & libro. 11. Ergo igitur imperijs istis meis. Ibid. Ergo igitur me quoque oportere. Ibid. Ergo igitur cunctis affatim præparatis. Vide Festum: Igitur.

D. de orig. Juris. l. 2. Post hoc deinde autò Post deinde
rum successione dicemus. Ibidè. Post aliquot de.
deinde annos. Ibid. Post deinde.

Deinde postea. Plaut. Menech. & Cic. pro Deinde
Milon. Deinde postea se gladio percussum postea.
esse ab vno de illis.

Tibull. lib. 1. eleg. Et simulat transire do- Mox dein-
mum mox deinde recurrit. de.

Apuleius lib. 3. A fini. in fine: Tandem deni Tandem
quereuersus ad sensum præsentium arrepta denique
manu Fotidis. Idem lib. 10. Tandem deniq;
rupta verecûdia sic alter alterum compellat.

X 2

Idem

- Idem libr. 4. Tandem itaque a finali verecundia ductus.
- Tandem itaque. Terent. Phorm. Quia enim in illis fructus est. Idem Milite. Quia enim loquitur laute.
- Quia enim Idem Hecy. Quia enim qui eos gubernat animus. Plaut. Epid. Quia enim mulierem illam. Idem Amph. Quia enim sero aduenimus.
- Quidem certè. Terent. Andr. Mea quidem herclè certè in dubio est vita. Idem Phorm. Nam tua quidem herclè certè vita hæc expetenda. Cicer. Lentulo. Illud quidem certè nostrum consilium iure laudandum est. & lib. 2. ad Q. Frat. Agebatur quidè certè nihil. Idem pro Quint. Qui vt summa haberem cætera, temporis quidem certè vix satis habui.
- Quippe quia. Terent. Heaut. Quippe quia magnarum sapè id remedium ægritudinum est.
- Quia nam? Virgil. Coelicolæ magni, quia nam sententia vobis versa retro? Idem, Heu quia nam tanta cinxerunt æthera nimbi? Plaut. Trucul. Quia nam arbitrare?
- Nam cur. Plaut. Curcul. Nam cur me miseram verberas? sed hic potest esse anastrophe, vt in illo Virgilij Georg. 4. Nam quis te iuuenum confidentissime nostras Iusit adire domos?
- Extemplo simul. Liuius libr. 34. Extemplo simul pares esse ceperint, superiores erunt.
- En ecce. Apul. lib. 1. Metam. En ecce praefamur veniam.

niam. & lib. 1. En ecce pristinis ærumnis absolutus Lucius de sua fortuna triumphat.

Terent. Eunuch. Olim isti fuit generi quodam quæstus apud sæculum prius.

Olim quodam.

Ideo, coniunctionem vocant, ego duo nomina voco, quorum cuilibet substantium, & præpositio deest. Cicer. Nec ideo est Gadi tanorum causa deterior, syntaxis est. Nec ob id negotium in eo negotio est causa deterior.

Ideo.

Adeo, duas partes facit Festus. Eius verba sunt: Adeo, duas habet significaciones: nam quum prima acuta effertur, idem significat, quod accedo, vt quum dicimus Adeo præterem: quum autem secunda: id est quod vsque eo. Non quidem secundum rationem: quia Ad præpositio accusatiuis accommodata est: sed vetusta quadam loquendi consuetudine. Hæc Festus. His tu adde Quo, eo, illo, cæt. vt Quo tendis: Eo tendit oratio. Terent. Quum illo aduenio: id est, ad quæ tendis: vel quæ ad? vel quæ usque? quasi sit, ad quæ loca vsque? Nā mihi sunt accusatiui plurales: vt, quoulsq;, id est, ad quæ. vt sit, accusatiuo quos, quas, quæ vel quo. Eos, eas, ea, vel eo. vt duo, & ambo. sic quo circa, id est, circa quæ.

Adeo.

Deinceps non id significat quod Grammatici asserunt, sed quod Hispani dicitur Arreo, quasi dicas seriatim, nam proprie ad

feriem spectat. Græcè ἐπέσι Cicero. 3. legib.
in princ. Deinde etiam deinceps posteris pro-
debat. Idem. 2. diuin. Tum vero ea, quæ
Acrostichis dicitur, quum deinceps ex pri-
mis, versus literis aliquid cōnectitur, vt in qui-
busdam Ennianis. Linius libr. 1. Ita duo dein-
ceps reges, alius alia via, ille bello, hic pace, ci-
uitatem auxerunt. Hisp. vno tras otro. Cic. 2.
Natur. Possē ex ijs (literis) in terram excusis
annales Ennij, vt deinceps legi possint, effici.
Cæsar. 1. Ciuil. His perfectis, collocatisque
alias deinceps pari magnitudine rates iun-
gebat.

Protinus.

Protinus, seu Protenus, idem enim sunt: id
est porro tenus. Hisp. A delante, o continua-
damente. Id est, quod non sit discretum, dif-
fert enim à Deinceps, quia illud propriè indi-
cretis cernitur, hoc in continuis. Quod aptè
significauit, Virgil. Quum de Sicilia loque-
retur, quæ olim Italiæ coniuncta fuerat. Quū
protinus, inquit, vtraque tellus vna foret.

Idem: Protenus aërij mellis cœlestia
dona Exequar. Idem 1. Ecloga.

En ipse capellas Protenus
æger ago.

*

LIBER



LIBER QVAR-

T V S.

In Quartum Librum reieci
mus illa, quæ subtilioris sunt confi-
derationis, & maximè causas
Latini sermons ape-
riunt.

DE FIGVRIS CONSTRV- ctionis.



FIGVRÆ Constructionis
sunt anomalia, siue inæquali-
tas partium quæ fit per Defe-
ctum, per Exuperationem, Per
Discordiam, per Inuersum or-
dinem. In Endia seu Defectu Ellipsis, & Zeu-
gma, In Exuperantia Pleonasmus. In Enala-
ge seu Discordia Syllepsis: In ordine pertur-
bato Hyperbaton. Sunt igitur quatuor figu-
ræ. Nam Antiptosis, Prolepsis, Synthetis, Ap-
positio, Euocatio, Synecdoche, cæteræ: mon-
strosi partus sunt Grammaticorum.

De Ellipsi.

ELLIPSIS est defectus dictionis vel constructionum ad legitimam constructionem: ut paucis te volo. Noctuas Athenas. Terent. Ego ne illam? quæ illum? quæ me? quæ non? ubi Donatus: Ellipsis est, & Apostrophe: quasi dicat: Si ad Grammaticam spectes, Ellipsis est vocû: si vero ad Rhetoricam Apostrophe est id est reticentia & abruptio sermonis.

Doctrinam supplendi esse valde necessariam.

SED antequam ad hoc præclarum munus accedo, illud videtur refutandû, quod ab istis Latini sermonis imperitis factum consuevit: nihil esse supplendum, nam si supplendû est: Ego amo Dei: & Ego amo Deus: erunt Latine phrasæ, quia illic deest, præceptum hic autem, quæ præcepit. Quibus aptè poterit responderi, illos communi sensu carere. Ego illa tantum supplenda præcipio: quæ veneranda illa suppluit antiquitas: aut eas, sine quibus Grammaticæ ratio constare non potest. Nulla linguarum est, quæ in loquendo non amet breuitatem: atque eo festiuus quidquæ dicitur, quo plura relinquuntur intelli.

telligenda. Aliud est (inquit Fabius) Latine, aliud Grammaticè loqui. Excusiamus unum aut alterum poetarum versiculum. Virgil. 4. Æneid. Nec venit in mentem quorum confederis aruis? Grammaticus diceret. Nec venit tibi, ô Dido, in mentem recordatio illorum hominum in quorum hominum aruis tu confederis? Ter. Heau. Vel me monere hoc, vel percontari puta: Rectum est, ego ut faciã: non, ut deterream. Grammaticè dicitur: O Menedeme, vel tu puta me monere tibi hoc negotium, vel tu puta me à te hoc negotium percontari: Quia si hoc negotium, quod negotium ego ab te rogo, rectum negotium est, ideo te illud ego negotium rogo, ut ego idem negotium faciam: at vero si hoc negotium, quod negotium tu facis, rectum negotium non est, hac quoque de causa illud negotium ego à te rogo, ut ego te ab illo negotio deterream. Quid iofullius, & alius? Horatius quasi nostras partes agens, & Ellipsin amplectens, dixit lib. 1. Saty. 10. Est breuitate opus, ut curat sententia, ne se impediatur verbis lassas onerantibus aures. In comparatiuis sæpè multa desiderantur ut, Digitorum medius est longior. Syntaxis est: Ex numero digitorum medius digitus est longior, quam cæteri digitifant longi. Horat. Si meliora dies

(vt vina) poëmata reddit. Syntaxis: Si dies red-
dit poëmata meliora, quam antea erant bo-
na: vt dies reddit vina meliora, quam antea,
&c. Contra nostros Grammatistas sentit Quin-
tilianus lib. 9. cap. 3. quum inquit: Quæ per
detractionem fiunt figuræ breuitatis nouita-
tisque maximè gratia petuntur, &c. Iam verò
quid lepòris habebunt tot prouerbia, si inte-
gra referantur? Lupus in fabula. Ad fractam
canis. Ne sutor vltra crepidam. Posterioribus
melioribus, inter cæsa & porrecta. Manum
de tabula: & mille huiusmodi. Multa etiam
Grammaticæ ratio nos cogit intelligere, quæ
si apponerentur Latinitatis elegantiam distur-
parent, aut sensum dubium facerent. Hinc fit
vt præpositiones sæpè supprimantur: & sæpius
participium E N S: vt Nate, meæ vires, mea
magna potentia solus. Sens: Annibal peto pa-
ceri. Sens, quæ omnia imperiti ad appositio-
nem aut euocationem referunt. Alia rursus vi-
demus desiderari, quæ sine vitio suppleri ne-
queunt, & tamen Grammatica necessitas sup-
plebit. Qualia sunt, tuas spes non curo, quibus
me allicis: Tua contemplor ora, quorum aspe-
ctu delector: vim mihi intulisti, cui resistere
nequeo: Tuam vicem doleo, quæ me excruciat.
Sustuli duos liberos, vnum hic, alterum
Salmantica. Cicer. Præstantissimum ius est

aug.

augurum, eorum quæ sunt in rep. Idem, vñ
coelum esset, an innumerabilia. Curtius, Ma-
re Ponticum dulcius cæteris. Pleraq; autem
subaudiri, quæ aperte dicere nõ possumus do-
cet Seruius. 2. Geo. in illo: Tmolus & affurgit
quibus, & rex ipse Phaneus. Adducitque ex
Sallust. Sertorio triplices in si diæ positæ erant:
prima, cæt. vide eundem Seruium in illo Vir-
gil. Bisque die numerant ambo pecus, alter &
hædos. Liceat iam nobis per Grammaticos the-
sauros Ellipseos aperire, sine quibus iniuriam
facit Latino sermoni, qui se Latinum audet
nominare.

Regulæ generales.

PLato in dialogo de Ente asserit sine no-
mina & verbo nullam effici posse oratio-
nem. Multa enim nomina, vt leo, canis,
capra nihil indicant: quemadmodum nec mul-
ta verba, vt currit, ambulat, mouetur. Idem do-
cet Aristot. 2. Perihet. Quare verbum sine
supposito nihil significabit.

Curritur, sedetur, statur, deest cursus, sessio, Nominati-
us cognat-
tus.
statio, vel potius currere, sedere, stare. Sic in
omnibus, quæ Grammatici pessimè vocarunt
impersonalia passiuæ vocis. Vide supra ca-
pit. primo. libr. tertio.

Idem

Cidem: Ita farier in fit. Cicer. 1. leg. Sed iam dicitur explicare de iure civili quid sentias. Hoc infinitum cognatum intelligitur in participijs neutralibus: ut lectum est, legendum erit. s. legere. defessus sum legendo. s. legere. id est, legenda lectione. Legere enim & lectio, ut dictum est, non differunt. Vide Negotium, infra.

Idē nomē. Idem nomen, si post verbum substantiuū sequatur adiectiuum aut genitiuus, necessario subauditur, ut hoc pecus est regium vel regis. valet: hoc pecus est pecus regium vel pecus regis. Cic. pro Mil. Cæsaris potentiam suā potentiam esse dicebat. Idem pro Marcell. Tua enim cautio nostra cautio est. Idem 2. Tuscul. Non ego dolorem, dolorem esse nego. idem pro Marcel. Quis est qui non intelligat, tua salute contineri suam, & ex vniustui vita pendere omnium. Terent. Hecy. verum id vitium nūquam decreui esse adolescentiæ. s. vitium: ut ait ibi Donatus. Plaut. Cass. Nunquam ædepolie iunium, ieiunium est. Cic. Nat. Deor. Itaq; in illis selectis breuibuscq; sententijs hæc prior sententia est. Ouid. Pendet & à vestra nostra salute salus. Terent. Hecy. Assimulabimus tuam amicitiam huius esse anciam. Et in sacris: Domus mea domus orationis est. & iterum, Domus mea domus orationis

tionis vocabitur, Ioan. 7. Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit in e patris. Et Psal. 137. Laudate Dominum, quia bonus Dominus, ita dicimus: hic non est honor, sed onus: hoc non est munus sed poena, id est, hoc munus non est munus. Lucan. Neque enim ista vocari prælia iusta decet. Terent. vis est hæc quidem. Stulte igitur præcipiunt Grammatici verbum est regere genitiuum. Stultius etiam Dialectici, qui docent accidens prædicari posse de substantia: ut, Cicero est albus. quod falsum est. Nam Cicero est albus, & Cicero est homo albus, non differunt: nec plura verba hæc quàm illic enumerantur, alioqui si nil intelligas, sonabit. Cicero est albus Cicero. Vide infra, Homo.

Idē nomē. Vbi genitiuus ab adiectiuo videtur discrepare præcipiunt isti esse Græcissimum aut Antiptosin: ut, multos militum amisit, id est, multos milites. Horatius lib. secundo. Saty. 2. corruptus vanis rerum, id est, vanis rebus. Idē 4. Carmi. Virgiam primæ. Ibidem. Nec tu pessima munerum ferres. Vide Lambin. libr. 4. Oda. 1 2. Lucanus lib. 2. Minimas rerum discordiat urbat, id est, minimas res. Sed non ita est, nunquam enim adiectiuum sine substantiuo erit: supplendum igitur idem nomen. Livius libr. 9. dec. 4. Neque earum rerum vllam

rem,

rem, in quas iureiurando obligati erant, in se aut in alios admiserant: sed in huiusmodi genitiuis præter substantiuū quod intelligi dicimus, deest etiā ex numero, vt iam docebim⁹.

Ex numero. In omni partitione quæ fit per verbum, aut per nomina positiuā, comparatiuā, superlatiuā, aut numeralia, aut denique quoquo modo si genitiuus sit, regitur ab his particulis Ex numero vt Hispanorum alij vigilant, alij student, quidam boni, quidam mali, quidam fortiores, alij fortissimi. Quis vestrum alter horum. Ex numero. Plin. lib. 8. cap. 48. Lanarum nigræ nullum colorem bibunt. Lucanus, minimas rerum discordia turbat. i. minimas res ex numero rerum. Cicer. 2. off. Sed omnium societatum nulla præstantior, nulla firmior, &c. Sueton. in Galba. 10. Alarum altera ægrè retenta in officio, in omnibus his & similibus deest. Ex numero: Martial. libro. 6. Cenfor maximè, principumq; princeps, vnde licebit exhibilare Grammatistas, qui pueris inculcant superlatiuā regere genitiuū, & comparatiuā inter duo, quasi genitiuus ille regatur à superlatiuo, aut comparatiuā solum inter duo cum genitiuo reperiantur, quum sit frequens & vsitatum, maior fratrum, belluarum, prædētior, animalium fortiora, sed vbiq; deest ex numero, vt exempla subiecta docebunt.

Cæsar.

Cæsar. 2. Gal. Ex numero aduersariorum circiter sexcentis interfectis. Ibid. Ex eo numero nauium nulla desiderata est. Idem. 3. ciuil. Milites ex numero ægratorum ignominiam nō tulerunt. Cic. 2. Agrar. Quorum ex eo numero (qui per eos annos consules fuerunt) multi mortui sint. i. multi eorum. Idem. 2. Fini. Quorum è numero primus est ausus Leontinus Gorgias, &c. Idem. 1. Orat. Homo ex numero disertorum postulabat. Idem in Oeconómico, citante Priscian. Nemo ex eo numero hominum, qui apud nos eo numero dignantur. Valer. Maxi. lib. 5. cap. 4. Quum vnus è numero Persarum. Idem lib. 6. ca. 2. hominibus, è quorum turba duos retulisse abunde erit. Ouid. Metam. Fur t audacissimus omni De numero Lycabas. Idem in Epist. Quarum depopulo nulla relicta tibi est. Idem. 4. Metam. Excipit vnus Ex numero procerū, quærens eū vnā sororum, &c. Virg. 8. Æn. Quorum de numero qui sese in bella sequantur. Præstantes virtute legit. Idem. 5. Ænei. Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibat. Luuenal. Saty. 6. Quædam de numero lamiarū. Apuleius. 2. Florid. Hippas è numero sophistarum artium multitudinæ prior omnibus. Idem ostendit & præpositio: vt, ex omnibus doctissimus. Val. Maxim. lib. 3. Erat autem is

Y

ex

ex triginta tyrannis crudelissimus. Plin. libr. 21. cap. 9. Tertium ex omnibus minutissimū.
 ¶ Ridicula verò sunt quæ inculcat Valla de Vnus & Solus lib. 3. cap. 67. esse scilicet nomina duo ex natura superlatiuorum regereque genitiuum: vt primus omnium, quasi verò nõ etiam Horatius dixerit, Sapientum octauus: & Martial. libro. 8. Nona sororum. Rectius Thom. Linacer libro. 6. Nomen (inquit) cum præpositione deest: vt ante tales genitiuos: Animalium fortiora quibus est sanguis crassior: subauditur enim de numero, vel ex numero hæc ille. Iam igitur contra Grammaticas colligamus comparatiuorum & superlatiuorum genitiuos (nisi sint sui positiui, vt auidior pecuniarum) ab illis nequaquam regi, imo nec ad illa quicquam attingere. An non risu res digna est, quam Valla & Grammatici docent in his orationibus: fortiores Troianorum superauit, & fortissimos Troianorum superauit: in priore esse genitiuum partitionis, in posteriore minime? Sed horum infaniam alibi exagitaui in cap. 11. lib. 2.

Ego, tu,
nos, vos.

In primis & secundis personis, quia rustice, nisi discretionis aut alia impellente causa, suppositum apponitur, elegantius subicitur.

Me, te, se,

Quando suppositum agit in se, sæpissime, & elo-

& eleganter subicitur accusatiui Me, te, se: vt, Mox præcipitat, hyems aduenat, imber ingruit, nuplit regi, ille iam lauit, bene vortat, bene habet. Æneid. 2. per pectora cunctis insinuat pavor: & mox, Accingunt omnes operi: & mox: Et ruit Oceano nox. Idem: Quis talia fando temperet à lachrymis? Æneid. 10. Tum Zephyri posuere. Linius libro. 39. Mores quidem populi Rom. quantum mutauerint, vel hic dies argumento est. Sueton. Quoties terra in orbe mouisset. Bene vertat, bene res vertat: bene habet trita sunt. Terent. Quid multis moror. S. me. Idem. Facile vt pro Eunuchio probes. S. te. Idem. Adolph. Tot res repente circumuallant, ubi Donatus docet, deesse se. Nec verum est quod docet Seruius & alij Grammatici, esse aliqua verba actiua pro passiuis posita, vt nox præcipitat, pro præcipitatur: & volentibus annis pro volutis, &c. imò vero deest Se, vt recte docet Linacer. & sæpe exprimitur. Linius libro. 3. Decad. 3. Nam & præcipitasse se quosdam non tolerantes famem constabat. Plin. lib. 8. cap. 36. præcipitaturi se ex aliqua rupe. Terent. Adolph. vide, ne ille huc profus se irruat. Virgil. Sequæ ex oculis auertit & aufert. alibi suppressit inquiring. Dixit, & auertens rosea ceruice refulsit. Varro libro. 2. Rustic.

cap. 2. Antequam calores aut frigora se fregerunt. Cæsar. 2. ciuil. omnes se portis erumpunt. Virg. 1. Georg. Diuersi erumpunt sese radij. Idem suppreffit. 4. Georg. Erumpunt portis. Idem Ceiri. Nam qua se ad patrium tendebat semita limen. Persius sat. 5. Vertentem sese frustra festabere canthum. Virgilius sæpè reticet accusatiuum, vt. 3. Georg. Et totæ solidam in glaciem vertere lacunæ. s. se. Idem: Ingeminat Austri. Idem, Tum prora auertit. Idem: Inclinat fortuna ducum. Celsus libr. 3. Inclinat se febris. Vide in Thesauro Inclino. Idem. Alæ neu crede paludi. s. te. hinc illa trita, crede mihi. s. te. non credo tuæ fidei. s. me. Cice. Tum se emergit, & fertur illuc. Sueton. Carmillus me euasit. Huc illa pertinent pluit, ningit, serenat, tonat. vt pluuia pluit se vel pluuia pluit pluuiam, nam etiam in multis potest accusatiuus cognatus intelligi: vt in sacris: Gaudeat setellus tantis illustrata fulgoribus: & frequenter legimus Gaudere gaudium.

Idè nomè. Aliquando intelligitur idem nomen, sed aliter atque in superioribus. Plinius libro. 7. de Cicerone: Omnium triumphorum lauream adeptæ maiorem. s. lauream, in. 6. casu. Varro. lib. 2. Rust. de bubus: transinarini Epirotici non solum meliores totius Græciæ, sed etiam Italiæ. s. bubus. Ibid. de canibus: cibatur canis propior

pior hominis, quam ouis. s. cibatur. Plinius. Lanarum nigræ, &c. vt supra.

Sed non solum nomen vnde sæpe genitiuus pendet subicitur, sed ipse etiam genitiuus, quod adnotatu dignum est. Quæ de re est elegantissimus Ciceronis locus qui nostrâ supplendi doctrinam maximè illustrat, in. 2. li. Natu. Deorum. Sed id (inquit) præcise dicitur, vt si quis dicat Atheniensium rem publicam consilio regi: desit illud, Arcopagi: sic quum dicimus, prouidentia mundum administrari, deesse arbitrator, Deorum. Plenè autem & perfectè sic dici existimato: Prouidentia Deorum mundum administrari. Hæc Cicer. Horat. Millia frumenti tua triuerit aræ cētum. s. modium. Idem. Callidus huic signo ponebām millia cētum. s. sestertiūm. Idem. millia tum pransi tria repsimus. s. passuum. Perf. saty. 6. Dijs igitur, gento que ducis centum paria ob res Egregie gestas induco. s. boum.

Genitiuus
Intelleto?

ELLIPSIS NOMINUM & PARTICIPIORUM ORDINE ALPHABETICO.

A Diæctiua nomina nunquam fient substantiua, (vt male credit Cæsar Scaliger.) Nam accidens non transit in substan-

stantiam. Vide Ars. Nomina tamen propria vnde libet trahuntur: vt Iulius, Iulianus, Iulianus; nomina sunt imperatorum: & Cedo alteram, nomen centurionis. Itaque in omni atticetiuo scrutabimur substantiuum, hoc ordine.

Acinus, vel acinū, vel grana.

Colligere vineas vel vinaceos, tritum est apud autores reru rustice, facinōs. Cic. Senect. aut ex acino vinaceo.

Accipiter.

Stellaris, Asterias, hierax, rubetarius, halietus, fringillaris, tertiolus, triorches, faecipiter, vel Falco.

Actor

Plin. lib. 7. Spinther secundarū, tertiarumque Panphilus, factor, vide Partes.

ædes.

Terent. Adelphi ubi ad Dianæ veneris, Horat. 1. Serm. Ventum erat ad Vestæ: fædem, A Græcis hoc mariauit, qui etiam dicunt, Eo ad præceptoris, f. domum; vel ædes. Plaur. Bacchi. Quin ipsam ad Dianæ conditam est. Cic. 2. Phillip. Qui maximo te ære alieno ad adem Opis liberasti.

ædes.

Cum persuasum haberem genituum semper à nomine regi, diu quæsiui vnde genituum Domi regeretur: donec antiquos, Perædes Domi, in ædibus domi, locutos fuisse animaduerti. Id me aperte docuit Plaur. in Cassina, dum inquit: in fædem omnem domi perædes. Græci dicunt *μέλαβρα δ'όμοιο*. Hispanæ, En las casas de la morada.

Peruenit

Peruenit ad decrepitam. Plin. libro. 2. cap. ^{ætas.} vlt. senecta diem obijt. f. ætate. Plaut. Aulul. Quem senecta ætate ludos facias. Cic. 1. Tullul. Ex his igitur quæ hora octava mortua est, prouecta ætate mortua est, quæ vero occidente sole, decrepita. Sallust. Senecta ætate, Senecta membra dixit autor Ætnæ. Lucret. lib. 3. membris senectis. & libro. 5. ætate senecta. Sallust. 4. Histor. Omnes quibus senecto corpore animus militaris erat.

Varro lib. 2. Rust. cap. 7. videndum ne sint ^{ætatē.} minores trimæ, maiores decem annorum, f. ætate. Idem capit. 2. castrare oportet agnum non minorem quinque mensum. Valla lib. 1. capit. 19. Nam & hoc (inquit) licet dicere: Ego sum maior viginti annorum. i. ætate tali. Vel ego sum ætatis maioris ætate viginti annorum.

Liuus. Quum populus soluendo non esset. f. æri alieno. Idem. Quum & priuati equū postularent, nec tamen soluendo æri alieno respublica esset. Vide Aptus.

Tanti emi quanti præfinisti, magni doces, ^{æ.} parui æstimo. f. æris: omnia enim pecunia æsti mabantur. Columella lib. 3. cap. 3. Quem vulgus parui æris posse cōparari putat. Huc refer illa, de meo, de tuo, de suo. f. ære. Plau. Mostell. Ratio accepti, & expensi cōstat. Quanti

doces. i. quanti æris pretio doces. Hoc igno-
rauit Vallalibro. 3. ca. 1. vide Afsium. & Pre-
tio.

Affectus. Cice. pro Cluent. Cecidisse ex equo dici-
tur, & homo infirma valetudine latus offen-
diffe vehementer. s. affectus. Idem Tuscul. Af-
fectus optima valetudine. Idem Diuinat. Qui
sunt morbo graui. & mortifero affecti, Teret.
Phor. Tantane affectum hominem quenquã
audacia?

Aliquis. Est qui dicat: sunt qui affirmant. s. aliqui.
Hórat. sunt quos curriculo puluerem Olym-
picum Collegisse iuuat.

Animus. l. cõsilium. Deus in adiutorium meum intende. s. ani-
mum. Hórat. Si non intēdis animum studijs,
& rebus honestis. Terent. Repudio cõsilium,
quod prius intenderam. Cic. 2. Agrar. Sed at-
tendite animos, ad ea quæ consequuntur.

Anguis. l. bestia. Serpens adiectiuum est à serpo: vt serpens
vitis, sacra serpentiã, aqua serpens. Sed cum le-
gis, caruleus serpens, vel dira serpens, deest
anguis vel bestia. Ouid. 1. Metam. Pythia per
dormitæ serpentis nomine dictos. Ibid. inco-
gnite serpens. Nec audiendus est Valla, qui
duo adiectiua vni tribui substantiua posse ne-
gat. Plaut. Quasi proserpens bestia. Idē Afri-
c. Fac proserpentem bestiam, Serpētem riuum
dixit Lucanus. lib. 9.

Virgi.

Virgi. Adeo in teneris cõsuescere multum Annus.
est. s. annis.

Cic. 2. Philip. Nec tu soluendo eras. s. aptus
vel idoneus: integrum erat, Nec tu soluendo
æri alieno sufficiens eras. Plin. Ferrum non est
tundendo. Idem: radix eius vescendo nõ est,
id est, esui apta. Celsus lib. 5. cap. 28. Quod li-
bet pari mouendo accommodatum. Vitru-
uius libro. 2. cap. 8. Ea non potest in structura
oneri ferendo esse firma. Columell. lib. 1. ca-
pit. 9. Dum modo perpetiēdo labori sit ido-
neus. Vide Æs alienum.

Frigidam subfundere. Prouerb. s. aquam. Aqua
Iuuenal. Sat. 5. Quando vocatus adest caldæ,
gelidæque minister. Ibidem. petitur decocta.
Martial. Iam defecisset portantes caldæ mini-
stros. Idem. Caldæm poscis aquam. Cic. 1. Ca-
til. Si aquam gelidam biberint. Apul. 2. Met.
aqua calida iniecta. Columella lib. 6. cap. 16.
perfunduntur aqua frigida.

Pluuia ingruit. s. aqua. Nam dicimus, plu-
uijs diebus, & apud consultos Titulus est, de
aqua pluuia arcenda. Ouid. pluuioque mæde-
scit ab Austro. Cato in Rust. Quum tempesta-
tes pluuia fuerint. Ænei. 1. pluuia s; Hyadas.

Confluens, profluens, torrens, adiectiua
sunt, in quibus absolute positis intelligitur
aqua, fluuius, vel amnis. Cic. 2. Natur. Nam vt

Y 5 pro-

profluēs annis aut vix, aut nullo modo. &c.
 Lucan. libr. 2. Torrenti sanguine. Lini. libr. 2.
 Pueros in confluentē aquam mitti iubet Vir
 gil. 2. Geor. Nec non & torrentem vndam le-
 uis innatat alnus. Idem lib. 10. Torretis aquæ
 more furens. Idem Torrentia flumina.

Aquæ. Baiana, Albulæ, calidæ, frigida, stätina, sel-
 licet, aqua.

Arbor. Delphica laurus, tarda morus, patula fa-
 gus. arbor. Nā nomē generale rectius sub-
 auditur: aliquando additur. Plin. lib. 12. c. 21.
 Taxi arboris succum. Suetonius Vesp. Ar-
 bor quoque eypressus in agro auito. Gellius
 libr. 9. cap. 6. Folia olearum arborum. Vnde
 proprie Ennius dixit, Capitibus nutantes pi-
 nos; rectosq; cypressos. de quo vide Gell. lib.
 13. cap. 19. Hinc Catullus dixit, vltimum mari-
 tum. Nam maritus adiectiuum est. Vide vir.

Arbor. Columella. libr. 5. capit. 10. Eodem tempo-
 re iuglandem, & pineam, & castaneam ferent
 oportet, scilicet, arbores. Nam hæc nomina
 adiectiua sunt. Vide Nux.

**Argumen-
 tum.** Antecedens, consequēs, adiectiua sunt, sed
 in absolutis deest argumentum. Cic. in Topi.

**Ars vel scie-
 tia.** Alia ex antecedentibus, alia ex cōsequētib;
 In illis. Grammatica, Rhetorica, Dialēcti-
 ca, deest ars. Varro libr. 4. ling. artificibus ma-
 xima causa ab arte, id est, ab arte medicina mi-
 dicu;

dicus, vt fit: à sutrina sutor. Terent. Hecy. ab
 arte musica. Ibid. artem musicam. Quintil. li.
 2. Nanque vno modo fit appositum ars Rhe-
 torica. vt nauis piratica: altero nomen rei, qua
 lis est philosophia, amicitia. Hæc ille: cui vt in
 priore parte faueo, sic in posteriore obsto: Nū-
 quam enim ex adiectiuo nomine fiet substan-
 tiuum vt diximus: Gellius lib. 16. cap. 10. Rei
 grammaticæ peritus. Plin. Hippocræ clarissi-
 mus medicinæ scientiæ.

Duodecim eris: octonis æris: decē millibus
 eris. falsibus. A. Gell. li. 20. c. 1. Si iniuriā alteri
 faxit viginti quinque eris poenæ sunt. Quis em
 ent tam in ops, quæ ab iniuria faciendā viginti
 quinque asses deterreant. Budæus & Agricola.
 Virg. 4. Aenei. Solaq; calminibus ferali car-
 mine bubo Visa queri. Reulit (inquit Seruius)
 ad auem, nā bubo masculinū est. Sæpe enim
 mutamus genus referētes ad generalitatē: vt
 si dicamus bona turdus: referendo ad auē: aut
 prima est, A. referēdo ad literā, cum A, fit neu-
 trus generis. Hæc Seruius: quæ verba si Grāma-
 tici aduertent: multā inepta vitarent. Ouid.
 Martia pic⁹ aus. Martia. lib. 13. de Phasiano:
 Argiua primū sum trāsportata carina. Plin. de
 psitaco, India hæc mittit. Idē de apodib. li. 10.
 c. 39. Hæc sunt quæ toto mari cernūtur. Lucre.
 libr. 4. de accipitribus. Visaq; volantes. Hinc
 Virgil.

Arsiū, vel
 asibus.

Auis.

Virg. Aeriz grues & Strimoniz grues. Vide Arbor, fluius, herba, vrbs.

Auis.

In illis etiam adiectiuis ales, præpes, volucris, deest auis. Cic. in Arato: Inde est ales aui lato sub tegmine cæli. Idem. Pulcherrima præpes læua volauit auis. Idem. 1. Natur. cum volucres angues ex vastitate Libyæ. Vale. Max. lib. 1. cap. 6. quarum maiorem numerum præpetes diripuerunt aues. Apule. de deo Socrate. Igitur ales bestia præuenit, & lib. 5. Asini. Alitibusque bestiis.

Bestia, vel pecudes.

Quid terra feras coepit. s. bestias. Cicer. Nā cum cæteras animantes abieciisset ad pastum. Virg. Nulla neque animam Libauit quadrupes, neque graminis attigit herbam. Varro. 2. Rust. Et pertinent ad feras bestias ac syluestres. Cic. Quam varia genera bestiarum, vel cicurum vel ferarum. Lilius lib. 34. sicuti fere bestia irritata. Valer. Maxim. lib. 2. cap. 2. feris bestiis obiecit. Curtius lib. 5. Quasi feras bestias ipsos posse deprehendi. Idem libro. 6. cum feris bestiis res est. Idem libro. 8. Mittor ad feras bestias. Ibidem: viuendum esse in solitudine veluti feræ bestia. Potest & intelligi pecudes: Nam pecudes omnia dicuntur animalia. Varro lib. 2. Rusti. cap. 5. Qui gregem armentorum emere vult, obseruare debet primum vt sint hæc pecudes ætate potius, & c. lib. 4. dem

dem. cap. 1. Etiam nunc in locis multis genera pecudum ferarum sunt aliquot. Martial. Affuit immistum pecudum genus omne ferarum.

Homo frugi, homines frugi. s. bonæ: frugi enim genitiuus est à frux, extrito S. Antiqui dicebant bonæ frugis, postea bonæ frugi, deinde frugi tantum. Cic. Atti. lib. 4. Permodestus ac bonæ frugi homo. Plaut. capt. Fui ego lepidus, neque bonus vir vnquam, neque frugi bonæ. Idem Cass. Bonæ frugi hominē iam pridem esse arbitror. Vlpianus. Sed si bonæ frugi feruus intra annum & c. Budæus in pandect. Frugi bonæ, & bonæ frugi cum dicebatur probum officiosumque consummate significabant, quanquam apud Gellium frugis bonæ legitur. Hæc ille. Plaut. Milit. Fac sis frugi.

Horat. 3. carmin. Catus idem per apertum cernos iaculari. s. campum. vt notat Læbinus.

Molossus. Gallicus, Lacon. Canarius. s. canis. Virgil. canibus succincta Molossis. Hora. 2. Serm. simul domus alta Molossis Personuit canibus. Canis Gallicus Ouid. lib. 1. Met.

Cic. Nō cani, non rugæ repente autoritatē afferre possunt. s. capilli. Ouid. 2. Meta. & glacialis Hyems canos hirsuta capillos. Lucanus 1. Turrigeros canos effundens vertice crines.

Vtor

aro. Vtor bubula, suilla, ferina, ouilla, agnina, caprina, f. carne. Sallust. Getulis cibus erat caro ferina. Idem Numidæ plerūque lacte & ferina carne vescabantur. Pomp. Mella libr. 1. cibus est caro, plurimum ferina. Horat. epist. 15. vilis agninæ. vide Lambin.

Castra. Curt. 3. Statua illic habuerat Cyrus. f. castra. Cicc. Omnes agros statua, portus. Cesar. 3. ciuil. Eodemq; die vterq; eorum ex castris statiuis exercitum educunt, & paulo post, Scipio in castris statiuis biduo moratus. Cicc. 7. Verr. castra statiuu. Idem 12. Philipp. Hęc custodia, hoc præsidium statiui. Sallust. Iugurtha. plerumq; milites in statiuis castris habebat.

Causa, vel gratia, vel ergo. Terent. Adelph. Ne id assentandi magis, quam quod habeam gratū facere existimes, deest, ΕΝΕΚΑ, vel, CHARIS. i. causa, vel gratia, vel etiam ergo. Virg. illius ergo Venimus. Idem; Iustitiæ ne prius mirer, belline laborum? Ouid. 2. Metam. successorūq; Minervæ Indoluit Sallust. 1. histor. in oratione Philip. exercitum opprimendæ libertatis habet. vide Aldi scholia in Sallust. & Brisson. Tacitus libr. 2. Germanicus Ægyptum proficiscitur cognoscendæ antiquitatis. Ibidem. Pugnā pro Romanis ciens, ostentandæ (vt fertur) virtutis. Idem libr. 3. Erectis omnium animis petendæ cæcilionis. Ibidem, Crebro
fem

se militibus ostentasset ab Narnia vitandæ suspitionis. Ibidem. Multa populus parauit tuendæ libertatis & firmandæ concordæ. Idem libr. 5. Qui pecuniam à Vario Ligure omittendæ dilationis ceperat. Horat. lib. 3. Da Lunæ propere nouæ, da noctis mediæ, da puer auguris Muræna, scilicet, causa. Vide Festum in voce Ergo, & Priscian. lib. 18.

Debet decies, aut debet festertium decies. Centena. Integrū erat, debet decies centena millia nummum festertium. Martial. Habet Afranius millia. Vide Bud.

Terent. vix de demenso suo. f. cibo. Sic dicitur. Cibus. mus, diurno viuit, diario contentus est. f. cibo. Plaut. Sti. vos meministis quot C. lendis petere demensam cibum.

Impono tibi, quia tu mihi imposuisti, scilicet. Clitella. cet, clitellam, vrbانيتatis gratia non exprimitur. Cicer. Attic. clitellæ boui sunt impositæ. Plaut. Mostell. Sarcinā imponā seni. 1. clitellam. Ibidem. Vehit hic clitellas, vehit hic autē alter senex, & infra: Ego homines habeo clitellarios. Cic. 2. Natur. Nos onera quibusdam bestijs, nos iuga imponimus.

Hora. 1. Carm. Nanq; Diespiter plerūq; per Cælum. purū egit equos. Luca. li. 1. Fulgura fallaci micuerūt crebra sereno. f. celo. Virg. Geor. multa forēt quæ mox cælo pperada sereno. Horat. lib. 2.

lib. 2. sat. 4. Malsica si coelo supponas vina-
reno. Liuius. 7. Maced. Nursiæ sereno; & in-
fra: sereno coelo. Vide Tempus.

Copia, vel
EK.

In verbis copiae & inopiae (si sit genitiuus)
potest intelligi copia, vel more Graeco præ-
posito ϵ κ . vt egres medici. s. copia, vel egesta-
tem, abundas pecuniarum. s. copia: Caesar. 2.
ciuil. Quæ res omnium rerum copia comple-
uit exercitum. Idem lib. 1. Gall. Abundare co-
pia omnium rerum & lib. 8. abundare copia
frumenti.

Coena.

Sueton. Auguf. Conuiuabatur assidue, nec
vnquam nisi recta. Idem Vesp. Sed & conui-
uabatur assidue, ac sæpius recta ac dapfile, vt
macellarios adiuuaret. Martial libro: 8. Pro-
missa est nobis sportula, recta data est; scilicet,
coena. Sueton. Domit. Sportulas ad rectas coe-
nas redegit.

Corona.

Ciuitica donatus: muralem, & obsidionalē
adeptus: Gramineam ei milites obtulerunt:
lauream meruit. s. coronam. Sueton. Iul. Ius
laureæ coronæ. Idem Nero coronamque ca-
pite gerens Olympicam, dextra manu Py-
thiam. Plin. lib. 7. Primus omnium eques co-
ronam muralem acceperat, sex crucas. Idem
lib. 16. cap. 4. Hinc ciuiticæ coronæ militum
virtutis insigne.

Consilium.

Perstat in proposito, arcanum celat: secre-
tur

tum custodit. s. consilium. Iuuenal. Si te pro-
positi nondum pudet, atque eadem est mēs. s.
consilij. Horat. in Odis, arcana consilia dixit.
Valer. Max. lib. 2. capit. 1. arcana consilia pa-
trum. Idem lib. 3. cap. vlti. propositum con-
siliū. Hinc dicimus, à secretis. s. consilijs. Sal-
lust. Falso queritur genus humanum. s. consi-
lio. Vide iudicio.

Cicer. de Senect. Ille vir haud magna in re,
sed fidei plenus. Horat. Me libertino patre na-
tum, & in tenui re. s. constitutum.

Constitu-
tus.

In verbis accusandi aut absoluendi (si geni-
tiuus reperitur) deest crimine, vt furti damna-
tus, repetundarum absolutus. Barbare vero di-
ces, accuso te criminis: quia nullum verbum
regit genitiuum. Cicer. pro Ligar. Fuerint cu-
pidi, fuerint irati, fuerint pertinaces, sceleris ve-
ro crimine, furoris, parricidij liceat Pompeio
mortuo, liceat multis alijs carere. Idem. 5. Epi-
stol. Ne vitium arrogantiae subsequatur. Va-
ler. Max. lib. 2. capit. 1. Quapropter non est
damnandus rigoris rustici crimine Caij Ma-
ri. Idem lib. 4. cap. 2. Qui in cesti crimine à tri-
bus Lentulis accusatus. Ibidem cap. 6. Et diri-
fati crimine sub magno iudice damnatum. Et
lib. 6. cap. 1. crimine impudicitiae damnatus
est. Ibidem cap. 5. Filius eius ad alterij crimine
damnatus. Apuleius lib. 7. in princ. crimine la-

Crimine
vel actioe.

trocinij in hospitem mihi charissimum postu-
labar. Vide Hadria. Cardin. facinoris crimen.
Horat. libr. 2. Saty. 3. An commotæ crimine
mentis Absolues hominem & sceleris damna
bis eundem? Ouid. 5. Fast. sceleris crimine da-
nat auos. Martial. lib. 1. 1. Arguimur lentæ cri-
mine pigritiæ. Statius. 2. Theb. Nec furibun-
dæ crimine mentis Arguerim. Specialia enim
crimina in genituo possunt aptè poni si à ge-
nerali voce regantur. Scelus autem (vt inepti
aliqui disputant) generale nomen non est, vt
ex testimonijs citatis colligitur. Nec me mo-
net illud ad Herenium libr. 4. Si quam vnus
peccati mulierem damnabant. Nam nomen
(peccati) etiam si generale sit vt crimē, adiun-
ctione adiectiui (vnus) fit speciale, itaq; deest
crimine. Quo etiam modo Liuius libr. 3. deca.
1. dixit: Vnius tantum criminis nisi te vindi-
ces. Quo in loco Perionius aut Græco more
dictum, aut aliquem ablatiuum deesse cōten-
dit. Mihi videtur deesse actione: vt fit nisi te
vindices ab actione, siue accusatione vnus cri-
minis. Cic. 2. offic. iudicio capitis arcessas.

Culmen.

Superbataecta: hospita tecta, recipere in
tecta sua. s. culmina, fastigia, vel negotia.

Crimē li-
teum.

Cicer. 2. delegibus. Quique non paruerit,
capital esto. Plaut. Menech. Nunquam Aë-
dopol fugiet, tametsi capital fecerit crimen.

piti

pital etiam erat linteum capitis in sacrificijs,
Vide Festum.

Magna est quæstio inter eruditos de noxa Culpa
& noxia. Vallalibr. 1. cap. 35. asserit noxam
esse damnum, noxiam vero nusquam reperi-
ri. Ego assero noxam esse damnum siue nocu-
mentum, noxiam vero esse nomen adiecti-
uum, in quo subintelligitur culpa. Terentius
Eunu. Vnam hanc noxiā mitte. Idem Heaut.
Magnum hoc quoque signum est, dominam
esse extra noxiam. Idem Phorm. Hic in no-
xia est, ille ad defendendam causam adest, ita
dicimus nocere noxam, id est dare damnum, non
autem nocere noxiam. Hæc vera differentia
est, quicquid dicat Tribonianus, Iuuenal. Sa-
ty. 4. Rubrius offensæ veteris reus, atque ta-
cendæ. s. culpæ.

Exoletus adiectiuum est, vnde exoleti di-
cuntur cinædi adultiores, qui iam adolefcere,
id est, crescere deserunt, vt ait Festus. Cic. Sem-
per exoletos, semper lupas ducebat.

Cinædus
vel puer.

Plinius libro. 3. 6. capit. 6. Post hæc iu-
bentur in pariete dormitorij eius, tectoue inclu-
di. Ibid. Eo liberat & lacerta viridis viua in illa
ante cubiculum dormitorij eius suspensa.

Cubiculū.

Virgil. 4. Georg. scis Proteu, scis ipse, nec
est te fallere cuiquam, scilicet, datum, vel con-
cessum, vide Facultas.

Datum.

- Del** Per superos & inferos rogatus. s. deos. Horat. carmine Dijs superi placatur carmine Ma-
nes. Idem, Me Dijs miscent superis. Idem. 4. carmi. Dijs superi. Apulei. vtrū Lar sit, an Larua, deum manem vocant.
- Deus.** Persius: & genuinum fregit in illis. s. dem-
tem. Sic in illis, caninus, maxillaris, molaris, co-
llumellaris, de quibus Plin. lib. 11. cap. 37.
- Dicto.** Virgil. Ocyus huc omnes. Idem, Ocyus in
cubere omnes. s. dicto. Idem. Et dicto citius
tumida æquora placat.
- Dies.** Ovid. in Fast. Bruma noui prima est, vete-
risq; nouissima solis. s. dies vel lux. Dies enim
quia est ambiguum vtroque in genere sup-
pletur vt quarto Idus, tertio Calend. s. die.
- Dies.** Virgil. Meus est natalis. s. dies. Cice. Attic.
Hæc ad te die natali meo scripsi. Idem Bruto.
Nam die tuo natali victoria nuntiata. Terent.
Phorm. vbi erit puero natalis dies. Erratigi-
tur Valla lib. 4. cap. 10.
- Dies.** Agonales, Apollinæres, Fasti, Nefasti, scilicet,
dies. vide Festa. Plin. libr. 33. cap. 1. publi-
catis diebus festis.
- Dies.** Cicer. 1. catil. Dixi, eadem te optimatum
contulisse in ante diem V. cal. Nouemb. Idem
Attic. libr. 3. de Q. Fratre nuntij nobis tristes
venerunt ex ante diem Non. Iun. & lib. 2. Co-
mitia Bibulus cum Archilochio edicto in an-
te diem

te diem Kal. xv. Nouemb. distulit.

Adagium: Minimo prouocare. s. digito, sic. Digtus,
agricularis, annularis, medicus, infamis. Per-
sius. Infami digito & purgabilibus ante saluū.
Quid. Regia solis, erat sublimibus alta. Co-
lumnis. s. domus. Seneca in Agamem. perlu-
cet omne regie vitium domus: domus sic ba-
silica. s. domus.

Vxorem duxit. s. domum vel in domum Domum.
Plaut. Aulul. volo te vxorem domum duces-
re. Teren. Phorm. Dotem si accipiet, vxor du-
cenda est domum. Idem Hecy. Nunquam se-
illa viua vxorem ducturum domum.

Liuius. Ego Annibal peto pacem. s. ENS. E N S.
Priscianus lib. 18. capiti. 1. Est autem quando
per ellipsim verbi, vel participij substantiui,
huiusmodi casuum, id est, nominatiui cum
obliquis constructio solet proferri, vt, filius Pe-
lei Achilles bellans multos interfecit Troia-
nos, subauditur enim participium verbi sub-
stantiui. E N S. quod in vsu nunc nobis non
est: pro quo possumus, qui est, vel qui fuit Pe-
lei filius, dicere, vel subaudire, &c. Idem eo-
dem libr. cap. de finitiuorum constructione:
Græci antè participio vtuntur substantiuo:
vt ἀποδόξινος ἐπὶ ἡδύκωνος. Ἰγίφωρον ἐπὶ μεσση-
ρας quo nos quoq; secundū analogiam posse-
mus vtī, nisi vsus deficeret participij frequēs:

Z 3 quan-

quanuis Cæsar, nō incongrue protulit ENS: à verbo sum, es, est, quomodo à verbo possum potes, potēs. Idem lib. 7. cap. De casu. Rege Latino, pro regnante Latino: quāuis in huiusmodi quoq; constructione subauditur participium substantiuū. Hæc Priscianus. Quintil. lib. 8. capit. de ornatu. Multa ex Græco, formata noua, ac plurima à Sergio Flauio, quorum dura quædam admodum videntur, vt ENS. & ESSENTIA quæ cur tātōpe re aspernemur, nihil video, nisi quod iniqui Iudices aduersus nos sumus, ideoque paupertate sermonis laboramus. Acron autem ait, laudem meruisse philosophum quod hoc sit vsus participio. Hæc ille: Mihi vero propterea exprimi non videtur, quia facillimè possit intelligi: vt, Adsum Troius Æneas, scilicet, ens, vel qui sum, quomodo etiam locutus est Cæsar. 2. Ciuil. Carmonenses, quæ est longè firmissima totius prouinciæ ciuitas. Grammatici nescio quam appositionē, & Euocationē hoc ignorantes finxerunt. Plaut. in Milite obscure dixit: Mirū est te lolio victitare, tam vilitrico. i. cum triticum ueneat vili: Scæuola vero in l. creditor. §. Lucius Titius. ff. mandati, expressit participiū sic: Concedo tibi de omnibus meis vt vis negotiari, siue vendere vis, siue pacisci, siue emere, siue quodcunque operari,

rari, vt domino enti meorum.

Ferus, sonipes, cornipes, quadrupes adiecti Equus: ua sunt, si sola ponantur, equus intelligitur.

Terentius. Transtulit in Eunuchū suam. f. Fabula. fabulam. Nam Eunuchus, Ajax, Orestes etiā pro tragœdia masculina sunt. Sed frequētius ad nomen generale respicimus. vide Auis.

Horat. Vel qui prætextas, vel qui docuere Fabulæ. togatas. Iuuenal. Impune ergo mihi recitauerit ille togatas, sic Atellanas, palliatas, &c. f. fabulas, vel comoedias.

Luce mihi, præluce nobis. f. facem, vel cereum. Plaut. Calsi. Primum omnium huic lucibus nouæ nuptæ facem. Idem Curc. Tute tibi puer es lautus, luces cereum. Facem, vel cereum.

Quoad eius fieri possit. Eius, inquit Buzus, apud Latinos paret con est. i. abundat. Mihi videt deesse facultas vel potestas, quod Græcè dicitur Dynamis. Facultas. f. Potestas.

In illis à Pedibus, à secretis &c. deest famulus vel seruus. Suet. lib. 1. Philemonem à manu seruum: vide Seruus. Famulus.

Laborat quartana, tertiana, quotidiana. f. febris. Iuuen. Saty. 4. iā quartanā speratib⁹ ægris Cice. 3. natur. Vide ne tertianas, quidē febres, & quartanas diuinas esse dicendum sit. Cicer. Attic. lib. 8. Quartana discessit. Febris.

Horat. In dictis Latinis. f. ferijs. sic Furina-

les, Laurentinae, Tarentinae, Sementinae, paganicae, conceptivae, nundinae, stativae. Varro, Latinae feriae, dies conceptivus. Idem lib. 1. Rusti. cap. 2. Sementinis ferijs Cic. 1. natur. Nam cum ferijs Latinis ad eum venissem. Ferias efuriales. dixit Plautus in C. s. pro ieiunio.

Festa. Accalia, Agonia, vel agonalia, Angeronalia, Carmentalia, Cerealia, Compitalia, Consualia, Equiria, Feralia, Fontinalia, Fordicidia, Fornacalia, Furinalia, Laurentalia, Liberalia, Luperalia, Matrinalia, Meditrinalia, Megalia, Neptunalia, Opalia, Paganalia, Palilia vel Parrilia, Portuthalia, Quirinalia, Robigalia, Saturnalia, Terminalia, Vestalia, Vinalia, Volcanalia, Volturnalia, vide Dies.

Fidem. Terent. Phorm. Pro Deum immortalium. Vbi Donatus ellipsin esse, & fidem vel simile aliquid desiderari ait. Cic. in oeconomico. Quid igitur, pro Deum immortalium, primum eam docebas quæso? Terent. Pro Deum acq; hominum fidem.

Filius, vel filia. Terent. Modos fecit Flaccus Claudij. s. filij. Sic Tullius, vel Tullia Ciceronis. vide Vxor.

Fluvius amnis. Virg. Sulphurea Nar albus aqua. s. fluvius. Nar enim neutrum est, quia in declinabile. Cic. Lacus Velinus in Nar defluit. Sic cum dicimus Albulam magnam, formosam Turiam ripis, aliam Sequanam, deest fluvius vel amnis Virg. lib. 11.

Amnis

Amnis & Adriacas retro fugit Aufidus vndas, Livius lib. 1. Tiberium fluvium & libr. 4. Tiberi amne septus. Idem ad Rhodanum fluvium. Idem ad Eurotam amnem. Cartius lib. 3. Pyramum in amnem transire. ibid. in ripa Pyrami amnis, vide Avis.

Virgil. Hac Troiana tenus fuerit fortuna Finis. secuta. s. finis. Nam finis etiam scemininum est ut sepe apud Lucretium invenias. Virg. Hac finis Priami fatorum. Idem aut qua sine lequar. Sic etenim, quatenus, hactenus. i. tenus hac sine vel via. Vide Festum in Quatenus. Gellius lib. 1. capit. 3. Minime dicitur quatenus, quaque fini dari amicitie venia debeat. Idem referens Chilonis sententiam. Hac, inquit, finis ames, tanquam forte fortuna osurus hac itidem tenus oderis, tanquam fortasse post amaturus. vide Via.

Prægnans adiectivum est: ut prægnas arbor: & folia prægnantia, apud Plinium, & prægnas Iouis cerebrum. Si absolute profertur, deest foemina Plaut. Quæ nunquam fuit prægnas, qui parere potuit? Sic Pediseca.

Boves meas, canes gravidas cum legimus, nec credamus Grammaticis, qui nomina communia duobus maxime cum ignorantia sunt commenti, sed subintelligimus sceminas: aut ad syllepsin generis recurramus: ut, scelus qui

Z 5 me

me perdidit. Res sic se habet. Quoties in nominibus epicœnis aliud volebant intelligere, quam terminatio ipsa præfinit, addebant mas, aut foemina, verbi gratia: aquila foemineum est pro maribus & foeminis, sed si de maribus loquaris, dicendum erit aquilæ mares. Rursus coruus masculinum tantum est pro utroque sexu, at de foemina dices, coruus foemina. Epicœna voco quæcunque sub vno sine significant utrunque sexum, sed vnum præcipue: vt homo, latro, sacerdos, vates, antistes, miles, agricola, bos, canis, sus, grus, &c. Homerus 6. Iliad. ΒΟΥΝ ΑΡΣΕΝΑ, i. bouem marem dixit. Theocritus. ΤΗΘΑΣ ΗΥΡΡΟΥΣ, idest, equos velocissimas. Linius libro. 5. Deca. 5. Apollini boue aurato, Latonæ boue foemina aurata sacra Græco ritu facerent. Plin. libro. 8. cap. 46. Foemina bos semel ei anno ostêditur, suis & ipsa insignibus. Idem libr. 11. capit. 51. Bubus tantum foeminis vox grauior. Ibid. capit. 37. Itaque quum apri percutiunt, foeminæ sues mordêt. Varro libr. 2. capit. 1. Rustic. Foeminis bubus demitur cibus. Iustinus libro. 1. Inuenit iuxta infantem canem foeminam parvulo vbera præbentem, & à feris & alitibus defendentem. Motus etiam ipse misericordia, qua motam ipsam canem viderat, puerum deserit ad stabulum,

bulum, eadem canem anxie prosequente. Plaut. Menech. Ita me illa ab læua rabiosa foemina obseruat canis. Plin. libr. 28. capit. 15. Foeminae suis. Gellius libro. 13. capite. 19. Sacerdotes quoque foeminas Cicero antistitas dicit. Plaut. Persa. Qui Atticam hodie ciuitatem maiorem feci atque auxi ciui foemina. Plin. libr. 9. capit. 51. Polypus foemina: libro. 10. capit. 18. piscis foemina. Ouid. cum quo sua gaudia iungat, Inuenit in media foemina piscis aqua. Plin. libr. 10. capit. 18. Palumbes incubat foemina. Macrob. libr. 1. cap. 17. Satur. vt Græco ritu hisce hostijs sacrum faceret, Apollini boue aurato, Latonæ boue foemina aurata. Sues foeminæ quomodo castrentur docet Plinius libro octauo. capit. 51. Columella libro septimo. capit. nono. Foemina sus habetur ad partus edendos. Plinius libro. 8. capit. 32. Quasdam nos principes foeminas scimus. Plinius in epistolis. Habebat illa Pantomimos, fonebatque effusus, quam principi foeminæ conueniret. Plin. libr. 10. capit. 60. Cornicem incubantem mas pascit. Ibid. cap. 33. de perdicibus. Tunc inter se dimicant mares desiderio foeminarum. Idem. Aquilarum mares. Antiquitus multa fuerunt epicœna nomina: vt porcus, lupus, agnus, ovis, leo: nondum enim in vsu erant porca, lupa, agna, leana,

leena, antistita, clienta, hospita, dracena & alia
 id genus. Vnde Varro dixit lupum foeminam
 teste Quintil. lib. 1. capit. 6. & Cato cap. 234.
 Rust. Priusquam porcum foeminam immola-
 bis. Cic. 2. leg. porco foemina piaculum. pat.
 Virgilius (ut sentit Quintilianus lib. 8. cap. 3.)
 primus dixit. porca in illo carmine. Et caesa
 iungebant foedera porca. Gell. lib. 4. capit. 3.
 citat hanc legem Numae. Iunoni crinibus di-
 missis agnum foeminam caedito. Festos voce
 Pellices. Agnum foeminam caedito, & agnum
 roarem caedito. Valer. Max. lib. 2. capit. 1. ca-
 sisq; atris bubus, Diti maribus, foeminis Pro-
 serpinæ. Cic. lib. 2. de Divin. Ego tamen mi-
 ror si emissio foeminae anguis mortem affere-
 bat Græcho, emissio autem maris anguis
 erat mortifera Corneliz. Varro lib. 4. Ana-
 log. Quin ovi mari testiculi dempti, quia natu-
 ra versa, yevex declinatus. Ex his collige in-
 similibus nominibus debere intelligi marem
 vel foeminam, si sit adiectivum contra termi-
 nationem: ut elephatus gravidus: boves meas
 & cum Plinius de muribus dixit: Ex una ge-
 nito centum viginti tradiderunt. Sic igitur
 intelligendus Suetonius in Claud. 40. Indu-
 cta teste in senatu: Hæc, inquit, matris meæ li-
 berta & ornatrix fuit. Sic etiam Virgil. Ne-
 scævi magna sacerdos: & Amphirisia vates: sic

Ovid.

Quid in epistolis. Et rudis ad partus, & nova
 miles eram.

Est germanus meus, est patruelis tuus: est Frater vel
 germana mea, & tua patruelis. s. frater vel so- forora
 rot. Terent. And. fite in germani fratris dile-
 xildo. Cicero sæpe dicit fratres patrueles, &
 sorores patrueles: Martial. patruels fundi.
 Ovid. patruelia regna. Sic vterini, & confan-
 guinei.

Virgil. duris parere lupatis. s. frenis. Horat. Frenum
 lib. 1. Carm. lupata frena. Ibi. Gallia nec lupa-
 tis temperet ora frenis. Solinus dixit lupatos.
 s. frenos. Nam in masculina etiam dicitur.

Vrere fata. s. frumenta. Virg. 3. Georg. Sata Frumenta
 frumenta. Idem, sata messes. Pomp. Mela lib. vel fruges.
 3. cap. 9. pro satis frugibus.

Iusta perfoluere. s. funera. Cæsar lib. 6. Galli Funera.
 eo cap. 4. Iustus funeribus confectis. Cornel.
 Tacitus, suprema facere. Solenniibus iustis. Ar-
 nobius lib. 1.

Iuvenal. duros tractare rudentes. s. funes. Funis.
 Plaut. Dum hanc tibi rudentem, quam tra-
 his, complico: s. funem. Nam funis ambiguum
 fuit, & rudens participium est à rudo, is.

Plinius lib. ultimo cap. 1. innumeratiomi Gemma:
 na in As & Es. Græca & in Os. & On. facit
 foeminina: sed intelligitur gemma, ut Ada-
 mas Achates. Paneros. Morion. Mitras. Idem
 facit

facit in arboribus & herbis.

Gratie.

Terent. Vel rex semper maximas militabat, quidquid fecerā, alijs non item. s. gratias.

Herba.

Idem, Magnas vero agere gratias Thais militi. Plin. Dictamnium pota sagittas pellit. Idem lib. 26. cap. 6. Centūculus trita in aceto. Ibid. cap. 7. Centaurium, gentiana ex aqua potat. Idem Laufer quoque nascens in riuis condita & pota. Idem, inuenerunt & canes Canariam. s. herbam. vide Auis.

Homo.

Nemo nos videt. s. homo. Nemo enim adiectiuū est. Ter. Nemo homo est. Cic. Tuscul. Hominem quidem scire arbitror neminem. Idem ad Marcell. libr. 1. 5. Esse hominem, qui ignorat, arbitror neminem. Idem Atti. libr. 8. Neminem omnium hominum pluris facio, s. hominem. Cic. 2. leg. Pontificem neminem bonum esse. Idem 2. nat. Nemo hominem homo agnoscit. Ibid. Nemo opifex : & neminem tribunum. Plaut. Cass. vicinam neminem ego amo merito magis quam te. Dici-mus, nemo rex, nemo Deus : & nemo dies apud Prudentium. nemo non, i. omnis. Cic. de natur. Nemo nec homo nec Deus. & ad Herē. Nemo rex. Virg. Turne, quod optanti Diuum promittere nemo Auderet, &c.

Homo.

In omni adiectiuo masculino absolute posito deest homo, vt tu es miser, ego sum salus.

Petrus

Petrus est albus. Cicero est Romanus. Terent. Adolph. Homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi. Lucan. libro. 2. Hic finis Mario vitæ fuit & cæt. Mæsoq; homini quid fata pararent. Cicer. pro Archia. Ex hoc esse hunc numero diuinum hominem Africanum. Cicero Attic. Regnum non modo Romano homini, sed ne Persæ quidem tolerabile. Vide supra idem nomen : Idem in Oratore. An victus hominum Atheniensium, beneficio excoli potuit, oratio non potuit.

Homo.

Meccenas, Sutrinus, Aquinas, Arpitinus, nostras, adiectiuia sunt facta ex Atis & ate. vt hic & hæc nostratis & hoc nostrate si absolute dicantur: deest homo: vt L. Cilnius fuit Meccenas. Vide Varronem lib. 1. Analog. in calce.

Homo.

Amicus, familiaris, necessarius, liber, seruus, tabellarius, nuncius, socius, maritus, riuallis, & multa huiusmodi semper adiectiuia sunt, deest homo. Cic. Nihil homine libero dignius. Iuuenal. Tu tibi liber homo, & regis conuiuia videris. Terent. Homo amicus est. Idem hominem amicum recipere ad te. Idem, seruum hominem causas orare leges non sinunt. Legimus famulos greges, & famulas manus dixit Alciat. in emblem. Cic. 2. leg. Easq; in famulis operibus patris habento.

Homo, vel

Triumphalis, Prætorius, Consularis. s. vir, vel

Homines.

vel homo. vide Laur. Valla lib. 4. cap. 84.

Magnates, optimates, maiores, minores, ceteri, mortales. s. homines: item Bruuij, Itali, Hispani, Caesar Albicos barbaros homines.

In verbis ad famam pertinentibus nōn est deesse homines: vt aiunt, ferunt, prædicat: sed quia Grammatici negant alia verba poni posse in actiua sine supposito, sed statim recurrendum ad passiua: vt bellum geritur: contrarium adferamus. Iuuenal. Saty. 1. Vna comedunt patrimonia mensa. Cur. libr. 4. Sed cum fornacibus ferrum, quod excudi oportebat, impositum esset, ad motusq; foliibus ignem flatu accenderent, sanguinis riuus sub ipsis flammis extinxisse dicuntur. Et infra. Apud Macedonas quoque, cum forte panem quidam militum frangeret, manantis sanguinis guttas notauerunt. Ibid. Totas autem arbores cum ingentibus ramis in altum iaciebant, deinde faxis onerabant, rursus cumulo corū alias arbores iniiciebant. Terent. Phor. Quid tandem mihi dicent, aut quam causam reperient? Idem Ad elph. Occidunt me, qui dum nimis sanctas nuptias student facere, in apparando consumunt diem. Idem Heaut. Haud quaquam etiam cessant. Idem Phorm. Vbi initiabunt. Plaut. Call. Age tibicen, dum illa huc adducunt foras &c. Virg.

Tunc

Tunc credo. cū me arbutū vidēre Miconis: Atque mala vites incidere falce nouellas: Et. 4. Georgicorum.

--Hunc angustique imbrice tecti Parietibusq; primū arētis, & quatuor addūt Quatuor à ventis obliqua luce fenestras. Sic positū in clauso linguūt & ramea costis Subijciunt fragmenta. Et in sacris: stultē hac nocte repetent à te animam tuam. Ibid. Nec mittunt vinum nouum in vtres veteres.

Adolescens, & iuuenis adiectiua sunt, deest homo vel mulier. Cicer. 1. Ora. Adolescentes homines. Terent. Hecyr. Adolescens mulier fecit, mater quod suafit sua. Ouid. 7. Metam. Iuuenes annos. Pers. Saty. 6. iuuenes iocos.

Horat. Ad quartam iaceo. s. horam. Idem, Quota Pelignis caream frigoribus: sic dicimus, sonuit prima, tertia, nona. Et Ecclesiasticum, ad primam, ad tertiam.

Cicero pro Quintil. Non ad solarium, non in campo, non in conuiujs versatus est. s. horologium. Plin. libr. 7. cap. 60. Romanis solarium horologium statuisse.

Virgil. Mifsilibus certant. s. iaculis. Mifsilia etiam dicebantur munera quæ à principibus populo spargebantur: vt tessera frumentaria, vestis, aurum, argentum, gemmæ, margaritæ sed tunc deest negotia, i. res mifsiles. Sueton.

A a ton.

Iactura vel
 nomine. **Calig.** sparsit & misilia variatum rerum.
Cicer. in Topicis, si quis damni infecti pro
 miserit. **Brisonius** supplet nomine vel causa:
 ego dicerem deesse iacturam.
Idem. **Plin.** Equo fere qui homini morbi. **Idem:**
Tarando magnitudo quæ leoni pro, eadem
 quæ leoni.
Idem, vel
vicem. **Iuven.** Semper ego auditor tantum, nun-
 quam ne reponam. **Idem;** vel vicem. i. vicem
 reddam **Cicer.** Nec tibi ego idem reponam.
Ilia. **Dolent** intestina. filia: si inueniatur intesti-
 nus, deest ileos masculinum. Latinè conuol-
 uulus. Hispanè, torçon, significat etiã gracile
 intestinũ. Põt & intelligi colon, quod idè est.
Imperio. **Valla** lib. 3. cap. 34. Potiri rerum in geniti-
 uo dici affirmat: cum alijs nominibus in abla-
 tivo, vt potiri victoria. dupliciter fallitur. Nã
 & alios genitiuos admittit, vt potitus Asia,
 Gallia, & Adherbalis potiretur apud Sallust.
 & ille genitiuus nõ à verbo sed à nomine pen-
 det. Imperio. Vidit hoc **Ascensius** in epitho-
 me eiusdem capitũ. **Cæsar.** 1. Gall. Totius Gal-
 liæ se se potiri posse sperãt. & paulò antè, **To-**
 tius Gallia imperio potiri.
Insula. **Delphica** Delos, Phæbea Rhodo. s. insula.
 Nam **quoniam** Delos ex terminatione possit
 esse femininum, libentius tamen adiectiuum
 respicit nomen generale. **Virgil.** Est in con-
 spectu

spectu Tenedos notissima fama insula **Plaut.**
Rud. Totam Siciliam deuoraturum insulam.
Vide, Vrbs.

Quo tendis, Quo pergis. iter. **Lucan.** Quo
 tenditis inquit. **Virgil.** Tendit iter velis. **Sala-**
lust. Maturauere iter pergere. **Valer. Flaccus**
lib. 4. Pergere iter. **Stat. 2. Theb.** Quo redis iter.

Cicero, Attico. Nos in castra properabamus,
 quæ aberant tridui. **Sitinerè** vel via. **Idem** 1. 2.
 epistol. Nunciatum esse quatruidui iter à **Lao-**
dicea abfuisse. **Idem** **Planco.** quum abesset ali-
 quot dierum viam. **Idem** 1. 0. **Epist.** Bidui spa-
 cio abest ab eo. **Cæsar.** Cum tridui viam pro-
 celsissent. **Idem** lib. 6. Non longius bidui via
 aberant. **Idem.** 2. **Ciail.** Biduiq; iter progres-
 sus. **Liuius** libro. 3. 0. **Zama** quinque dierum
 iter ab **Carthagine** abest.

Mittere in consilium (inquit **Asconius**) est
 perorare. Nam mittere iudices in consilium,
 est dimittere iudices ad sententiam dicendam,
 vbi allegatis omnibus argumentis, orator
 dixit: **Dixi.** **Cicer.** 3. **Verr.** Testibus edi-
 tis, ita mittam in consilium; vt etiã, &c.
Valer. Maxim. expressit lib. 6. cap. 2. **Idem** de
 tuo prius, quàm de **Manilij** capite in consiliũ
 iudices mittam.

Sallust. Falso queritur genus humanum. s.
 iudicio. **Terent.** Sororem falso creditam, & c.

Cicer. pro Balbo, Pompeij decretum iudicii de consilij sententia pronunciatam recognoscimus. Aduerbia in. O. debent omnino corripialiter adiectiua sunt nomina: utimo: crebro, cito: fero. Cicer. pro Marcello: qd ei quidem merito, atque optimo iure contigit.

Lapis.

Quid. 3. Metam. Dextraque molarem sustulit. Clapidem. Statius lib. 5. Vastæque ludes, fractique molares. Vide Dens.

Laudem,

Cur mihi detrahis? laudem. Cic. Nec vera laus ei detracta. Horat. Neque ego illi detrabere ausim Harentem capiti multa cum laude coronam.

Lex.

Salust. Iugurth. Per saturam sententijs exquisitis. Sic Iulia, Oppia, Manilia.

Liber.

Cic. Att. scriptum est in tuo annali. Clibro. Virg. Et vacet annales nostrorū audire laborū. Dicitur etiā lex annalis & annale tempus.

Libra.

Diurnus aliquando accipitur pro libro in quo singulorum dierum rationes notantur. Iuuenal. Saty. 6. Et cedens longi relegit trāsta diurni. Sueto. in Clau. Extat talis scriptura in plerisque libris, ac diurnis titulisque operum. Vide Cibus.

Libelli.

Pugillaris adiectiuū est vt Vitelliani ebori, citrei, duplices, triplices, scilicet, libelli. Vide Tabellæ.

Libra.

Falluntur Grammatici qui credunt Pondo

do significare libram imo vero vbi est pondus, deest libra: vt si dicas: corona centum pondos, aut mille pondo deest librarum. Nam Romanis duplex erat libra (vt Galenus ait lib. 1. & lib. 6. de compositione medicamentorū) altera ponderalis, mensuralis altera. Quum igitur ponderalem indicabant, addebāt pondorū quum mensuralem, mensura. Lilius lib. 4. Deca. 1. Dictator coronam auream libræ pondo ex publica pecunia populi iussu in Capitolio Iouidonum posuit. Idem libro. 6. Decad. 3. Patere aureæ fuerunt: c o l x x v i. librales ferme omnes pondo. Plaut. Pseud. Eo laerpicij libram pondo diluunt. Idem. Rud. nec piscium libram vnā iam hodie pondovnciam. Plaut. Menech. Pondo duū nummū. Columell. lib. 1. 2. ca. 20. item myrrhæ quincunx calami pondo libram, amomi pondo quadrans. ibid. cap. 57. Mellis adicies pondosē semunciā. Delirat igitur Vallalib. 3. c. 13.

Ad incitas redactus sum, scilicet, lineas. Vide Adag. Ad incitas. & Iosephum Scalig. In Varronem. 200.

In illis vocalis: cōsona, muta, liquida, deest litera. Vide Auis.

Cicer. Attic. Et paulo post triplices remiseras. Cliteras. Idem. Nam triduo abs te nullas

Linea.

Litera.

Litera.

acceperam. Idem lib. 7. epist. Quo mitterem,
aut cui darem, nesciebam. Idem, acceperam
autem à Lentulo triumpho: datas. Tacitus in
vita Agricola. Ne laureatis quidem gesta pro-
secutus est. s. literis, sic & duplices, triplices. Vi-
de Tabellæ.

Locus.

Liuius lib. 1. Et castris in apertis positus, s.
locis. Plaut. hic senex de proximo. Virg. com-
pulerantque greges Corydon & Tyrcis in
vinum. Idem, 3. Georgi. exsilit in siccum. & 4.
Sic positum in claufo inquit. Plaut. Mo-
stell. Ab humili ad summum. Plaut. Aulul.
Nam compressit eam a dolens de summo
loco. Valer. Maxim. lib. 5. in desertum locū.
Iuuenal. Saty. 5. Primo fige loco sic dicimus.
Primo, secundo, quarto, quæ Grammatici in-
pre aduerbia vocant. Vide. Sermo. spatium.

Loca.

Auerna, supera, infera, inferna, secreta, rosa-
ria, pomaria, testca, æstiuua, hyberna, adiectiuua
sunt: deest loca. Actius apud Varronem: Quis
tu es mortalis, qui in deserta & testca te appor-
tes loca. Supera loca dixit Varro.

Locum.

Cede maior: non cede præceptor, cede
caloritu mihi succedes. s. locum. Virg. in Bu-
col. Nec feræ meminit decedere nocti. Ci. De
cedere furori tribunitio. Statius. Hortantur,
céduntque locum. Cice. 2. Natu. Deor. Vide-
tur quasi locum dare, & cedere. Idem: in dādo

&

& cedendo loco. Idem in toga candida. An
oblitus es, te ex me, quum praturam petere-
mus, petisse, ut tibi primum locum concedere-
rem. Hinc forte Iuuenalis Saty. 3. Hic ubi no-
sturnæ Numa constituebat amicæ. Idem Sa-
ty. 6. Nam si constituit. i. si venire ad constitu-
tum locum decreuit. Vide Lab. Oda. 6. lib. 2.

Virgil. Magnis Circē sibus ætis. s. ludis. sic Lud.
Megaleijs, sæcularib⁹, funebribus, vid. Sacra.

Terent. Eunū. Quo pacto ex iure hesterno
panē atrum vorent, Donatus supplet macera-
tum, vel emollitum, vel madidum. Frequens
est hic loquendi modus apud Plin. & Corne-
lium Celsum: vt, radix ex aceto, offa ex vino.

Horat. Ibis Liburnis inter alta nauū Ami-
ce propugnacula. Amice magne. Curius ad
Cicer. sed amice magne noli hanc epistolam
Attico ostēdere. Iuuenal. Magni delator ami-
ci. Idem: Calcas coniugis vriniam magnos vi-
surus amicos. Vide Turneb. libro. 2. capit. 24.
Aduersar.

Vitandi omnis causa multa subtebant Malum.
antiqui: è quibus illa sunt præcipua: Caue
tibi, timeo tibi, metuo à te, de te, pro te. s. ma-
lum, vel damnum, vel incommodum. Plaut.
Mostell. Lubet cauere malam rem. Ibidem,
Tamen malum metuunt. Cice. 1. Orat. Quam
sit bellum cauere malum. Alij etiam accusa-

- tium frequenter adhibentur. Ridiculi sunt Grammatici qui hæc verba nunc actiua, nunc neutra faciunt, & multarum (vt vocant) specierum. Inepit igitur Valla libr. 3. cap. 49.
- Manus. Dextra, sinistra, læua adiectiua sunt, scilicet manus. Catull. Non belle vteris manu sinistra. Cicer. Cum læuam manum admoueret. Plaut. Menech. Demam hanc coronam, atque abijciam ad læuam manum. Suet. Nerone. Dextra manu Pythiam. Vide Pars.
- Mare, vel æquor. Adagium. In tranquillo est, & Tranquillo quilibet gubernator esse potest, scilicet, mari. Virgil. Terris iactatus & alto. Idem, Et coerulea verrunt. Plautus Cistell. Tranquillo mari. Georg. 4. Et se iactu dedit æquor in altum.
- Membrum. Plin. libro. 10. Cuniculis auersa genitalia. Idem, Vulpis masculæ genitale. s. membrum. Ouid. 2. Amorum eleg. 3. Qui primus pueris genitalia membra recidit.
- Melodia. Musica nomen est adiectiuum, vt Rhetorica, & Grammatica, deest igitur Melodia, ex Arist. lib. 1. Polit. in princip.
- Mensis. Nomina mensium faciunt Grammatici masculina, sed falso, adiectiua enim sunt, deest mensis. Idem sentit Valla in Raudensem. Sed accipet testimonio. Cicer. Attico, venio nunc ad mensem Ianuariam. Martial. libro. 10. & Mensis nouo Iani, & libr. 12. Iani mense. Horatius

ratiu. Qui dies mensem findit Aprilem. Adag. Mense Maio nubuat mala Junius dictus quasi Iunonius. Varro. Fanum Fortunæ dedicauit Iunio mense. Martial. libr. 12. 32. O. Iuliarum dedecus Kalendarum. Idem libro. 6. 59. Mense vel Augusto. Idem libro 10. 87. Octobres age sentiat Kalendas. Horatius. 1. Epist. Sextili mense caminus. Idem Septembribus horis. Cicer. Attic. libr. sexto. ibi quum Iunium mensē consumpsissem. Ibidem libro primo. mense Septembri. Varro, cuius feriæ Octobri mense. Adag. October equus, apud Festum. Cicer. Nauiges de mense Decembri. Horatius: Age libertate Decembri Vtere. Idem. 3. carmin. Quum tibi Nonæ redeunt Decembres. Martial. libr. 5. 18. Decembri mense.

Pendeo animi, discrucior animi, infelix animi. Mens. Budæus afferit Græcas esse formas: quod egon non inficiarer, si ille fateretur deesse præpositionem E K, quæ genitiuum regit. Sed placet potius ad antiquam consuetudinem recurrere, quæ duo hæc nomina Mens & Animus copulabat vt, discrucior mentē vel mente animi. Catullus ad Ortalum. Nec potis est dulceis Musarum exprimere foetus Mens animi. Plaut. Cistell. Nullam mentem animi habeo, vbi sum, ibi non sum, vbi non sum, ibi

est animus. Idem Epid. Paucor tetritat mentem animi. Lucret. libr. 3. Denique cur animi nunquam mens consiliumque Gignitur in capite. Idem libr. 4. Nec ratione alia, cum somnus membra profudit, Mens animi vigilat. Idem libr. 5. Animi vix mente videmus. Idem libro. 6. Perturbata animi mens in mœrore metitque. Virgil. 4. Æneid. isque amens animi, scilicet, mentem vel E K.

Mensa, vel
cibus:

Martial. libr. 12. Argentum atque aurum non simplex Delphica portat. Politianus in Rustico. Nec Maurusiacos pulchræ testudinis orbis Delphica sustentat, scilicet, mensa. Valer. Max. libr. 4. cap. 1. Extracta deinde magna ponderis aurea Delphica mensa. Cicer. Verr. 6. Mensas Delphicas è marmore, crates ex ære pulcherrimos abstulit.

Metto, vel
recordatio:

Cicer. Quam illius diei venit in mentem, scilicet, mentio vel recordatio. Valla libro. 1. cap. 15. sic ait: vbi quidam volunt accipi genitium pro nominatio: mihi potius placet subintelligi conditio, status, qualitas illius diei. Hæc ille. Sed melius intelligitur recordatio vel memoria. Huc refer omnia verba memoria: vt memini, recordor, obliuiscor, si genitium habeant, vt meminituorum, consiliorum, scilicet, recordationem, vel Græco more dicitur, E K.

Tria

Tria sunt illa: Altus septem pedum, decem pedum profundus, scilicet, mensura. Lenitulus in epistola. Cic. Naues onerarias, quarum minor nulla erat duum millium amphorarum.

Mensura,

Triarii, hastati, pilati, lancearii, sagittarii, ferentarii, peltati, cetrati, &c. scilicet, milites.

Milites.

Horat. Saty. 1. Millia frumenti tua triuerit area centum, scilicet, modium: medimnorum supplet Porphyrio.

Modium.

Quum dicimus, Quo pacto istud fiet, intellige, Modo, id est, quo pacto modo: nam

Modo, vel
pacto.

pactus adiectiuum est. Item quum dicimus: Qui fieri potest, sub modo vel pacto. Nam qui in sexto casu adiectiuum est, vt semper.

Plaut. Aulul. Aut thure, aut vino, aut aliquid semper supplicat. Idem Stic. Quadrigas qui vehar. Sic dicimus inueniam viam, quo modo

me expediam. Plaut. Epid. Ipsi hi mihi dant viam, quo pacto à se argentum auferant, id est, qui.

Terent. Pro se quique facere, quo mihi illam lenirent miseriam: qui, Grammatici exponunt, quo prout: frigide, vt omnia, Horat. Quo pessime pacto:

Horat. Quis me funesto præperent arce, vt veterno, scilicet, morbo. Catull. Non est sana puella, nec rogate, qualis sit, solet hæc imaginofum, sub morbum pati. Morbus imaginofus est phrenitis.

Morbus.

Dare

Munus. Dare gladiatorium. sub ludum, vt notat Afco. Pz dianus ex Philip. 9. & lib. 2. epistol. ad Attic.

Mortem. Iuuenal. Magnus ciuis obit, & formidatus Othoni, scilicet, mortem. Virgil. Quis ante ora patrum contigit oppetere, scilicet, mortē. Terent. Ea obijt mortem. Cicer. pro Mil. Primum illud vulnus accepit, quo teterrimam mortem obiret. Virg. Morte obita. Cic. 1. Diuinat. Aequius esse censuit, se maturam oppetere mortem, quam, &c. Idem. 1. offic. Ajax traditur milites mortem maluisse oppetere, quam, &c. Mortem occumbere, passim legis.

Mons. Aetna Offa, præaltus Ida, igniuom⁹ Aetna, smons. Item Auentinus, Palatinus, Quirinalis, Viminalis, Cretea Ida dixit Ouidius secutus terminationem. & Eucan. libro. 1. Siculae Aetnae ora.

Morē, vel ingenium Terent. And. Optime hospes pol Crito antiquum obtines, vbi Donatus: per ellipfin supplet morem vel ingenium. Plaut. Mostell. Antiquum obtines, hoc tuum, tardus vt sis, ingenium. Teren. Hecy. At tu Aecastor morē antiquum atque ingenium obtines. Idem. Eunu. Non cognosco vestrum tam superbum. Vbi Donatus: subaudiamus vel ingenium, vel animum, vel morem, vel institutum.

Vi.

Virgil. 5. Aeneid. Centauro vehitur magna. Nauis. f. nauis. Vide Auis.

Plaut. A finar. Quo hanc celocem conferam? f. nauem. Celox enim à celeritate adiecti uum est. Plat. Penulo: obsecro hercle operam celocem hanc mihi date. Varro. Nauæ remigagam mouent celocem. Apuleius. Qui celocem regere nequit, onerariam petit. Liuius libro. 7. Decad. 4. Naues quinqueremes celoces. Ibidem. Naues longæ. 160. celoces. 12. Huc ad de Liburnicas, prætorias, rostratas, triremes, quadriremes. Cæsar. 2. Ciuil. Conspicæ que naues triremes duæ nauem. D. Brutii. Idem. 3. ciuil. Nauesque triremes duas, quas Brundusij faciendas curauerat. Horat. Ibis Liburnis inter alta nauium. f. nauibus, & libro. 1. Oda. 3. Deliberata morte ferocior. f. uis Liburnis, scilicet, inuidens deduci, &c. sic enim legunt Victorius & Lambinus. f. nauibus.

Soluit è portu, conscendit statim, appulit ad portum, scilicet, nauem. Plaut. Mercat. cōfestim nauim soluimus. Iuuenal. Saty. 6. Durum est conscendere nauim. Cl. Haberet que in animo nauem conscendere. Cæsar. 1. ciuil. Milites silentio naues conscendere iubet. Val. Max. lib. 1. c. 7. Quum ad litus nauem appulisset. Ouid. Certus es Aenea cum fœdere solueret nauem. Græc. ²εὐρυ.

Nego.

Negotiū. Negotium sapissimè idem est quod Res, Græcè ΠΡΑΞΙΣ sive ΧΡΕΜΑ. Græcè & Latinæ desideratur in omni neutrali adiectiuo. Virgil. Paruoque potentem Fabricium. Terent. Alienæ vt cures. Cicer. 4. Verr. A quo mea longissimè ratio, &c. Vbi Asconius. A quo, à quare, à quo negotio. Terent. Adolph. act. 3. Vtinam hoc fit modo defunctum. Vbi Donatus supplet Negotium. Valer. Max. Læta quidem & prospera negotia. Cic. libro. 15. Epist. 1. Ad tanti belli opinionem, quod ego negotium, &c. Plaut. Celsina. Timeo hoc negotium. Horat. 2. serm. Aliena negotia curo, Excussus proprijs. Idem. Fortuna læuo læta negotio. Plaut. penul. id negotium institutum est. Cicer. Attic. Magnum negotium est nauigare. Valer. Max. libr. 3. c. 7. Vt de frumento emendo, atq; ad id negotium explicandum. Sic dixit Cic. libr. 1. 2. ad Attic. Vnam rem ad me scripsisti. Sic Triste lupus stabulis: malum videtur esse mors: tua refert: nostra non inter est. s. negotia. Sic strata viarum, abdita rerum, opaca domorum, pessima numerum: ad sacra yatum, Beata Seraphim.

Negotiū. Deest & in neutrali relatiuo: vt, Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Item Lunam & Stellam, quæ tu fundasti. Nec in hac parte audiendi sunt Grammatici cum sua inepta

inepta syllepsis. Terent. Qui habet salem, quod in te est. s. negotium. Vide Syllepsin.

In illis quæ vulgo vocantur aduerbia cōpa Negotiū. ratiua: vt, melius, peius, breuius, doctius, &c. s. negotium: vt Doctius scribit Cicero quam Cato. i. Κατα doctius negotium. Hoc apud Græcos vulgare est. Vide Hellenismum.

Non est quod agas gratias. i. non est negotium ob quod agas gratias. Plin. lib. 2. 63. Ob hoc quod. Nam dictio (quod) vbiq; locorum est relatiua: vt, quod scribis de pecunijs, paratæ sunt. i. Respōdeo: ad illud negotium, quod scribis de pecunijs. Ita Thom. Linacæ. Plaut. Paucis est quod te volo. s. negotium. Ter. And. Quo equior sum Paphilo. i. in quo

Quid rerum portas? s. negotium. Falsum Negotiū. enim est quod aiunt quid, id, aliquid esse substantiua: regere quæ genitiuum, nam adiectiua sunt & genitiuus regitur à nomine subintelleto negotium, etiam si dicas: quid negotium negotij. Exesse adiectiua multa probant testimonia, sed accipe pauca. Plaut. Pseud. Sed quid est tibi nomen? Terent. Nam Andriæ illi id erat nomen. Valer. Maxim. libro. 4. Nulla ad id negotium accedente. Terent. Imo id genus hominum est pessimum. Valer. Maxim. libro. 4. cap. 1. Non fore vt postea id officium ab illis præstari possit. Plaut. Menech.

Nisi

Nisi occupo aliquid mihi consilium.

Negotiū. Moris est, pessimi exempli est, nō opis est nostræ. s. negotium, ita est. s. negotium. Plaut. Mil. Ita negotium est. Vide Res.

Negotiū. Horat. est; vt viro vir latius ordinet arbuta. Idem. Non est, vt copia maior. Ab Ioue donari possit tibi. Teren. Adelph. Si est, facturus vt sit officium suū. Idem. Hecy. Nam sepe est, quibus in rebus alijs ne iratus quidem est. Idem Phorm. Sin est, vt velis illam manere apud te. s. negotium.

Negotium loco infiniti. In participijs neutralibus deest negotium. i. infinitum ipsius verbi: vt, lectum est, legendum erit. i. hoc negotium quod est legere, lectum est. vide supra in Regulis generalibus.

Nuncium. Renunciare vitæ. s. nuncium. Suet. Galba. i. Non multum abfuit quin vitæ renunciret. Quintil. Mea quidem sententiā civilibus officijs renunciat. s. nuncium, vel repudium. Plaut. Aulul. Is me nunc renunciare repudiū iussit tibi. Aneid. i. sed gnato manes perferre sub imos. s. nuntium.

Numerus. Cic. Mario libro. 7. Sed eo vidisti multum, quod præfisti, quo ne plus emerem. i. numerum, quo numero ne, &c. Liuius libro. 4. Dec. 4. cautum erat, quo ne plus auri & argenti facti, quo ne plus signati & æris domi haberemus. Suetonius in Iulio. 10. Cautum est de numero.

numero gladiatorum quo ne maiorem cuiquam habere Romæ liceret.

Quaternarius, quinarus, denarius, adiectiua sunt Charisio, in quibus ait deesse numus: aliquando intelligitur numerus.

Auellana, Basilica, Iuglans, Pineæ, Persica, scilicet, nux. Virgil. Castaneasque nuces. Plinius libr. 15. cap. 22. Nuces iuglandes, quæ & regis dictæ sunt. Nuces pineæ. Martial libro 13. ibid. Nux Persica.

Terent. Eunuch. Ego limis aspecto sic per scabellum clanculum. Vide Donatum, scilicet, oculis. Plaut. Bacch. viden limu'is vt obsecro intueantur. Idem Mil. Aspicio limis oculis. Plinius libr. 8. capit. 16. Nec limis intueantur oculis.

Regis est gubernare, patris est filios erudire, vel regium est, & patrium est. s. officium, munus, negotium. Terent. And. Neutiquam officium esse liberi puto. Cic. Oratoris officium est de ijs rebus posse dicere, quæ res, &c. Idem. 1. Orat. Oratoris officium est dicere ad persuadendum accommodare. Idem. 1. offic. Est igitur proprium munus magistratus. Terent. And. Nunctuum officium est, has bene vt assimiles nuptias. Idem Adelph. Meum officium facio. Idem Phorm. isthuc viri est officium. Plaut. Mostell. Matronæ non mefe

tricum est vni inferuire amanti. Idem Cass.
Non Matronarum est officium, sed meretri-
cum. vide Opus.

Officia. Regis interest gubernare, tua interest doce-
re, scilicet, officia. i. est inter officia regis. & inter
officia tua. Tunc enim interest, cum posi-
tum non est, vt notauimus in constructione
præpositionis. Hoc sentit Cæsar Scaliger, hoc
Cælius Calcagninus in Epistolis.

**Operæpre-
tium.** Terent. Adelph. Scire est liberum ingenii
atque animum. Sic dicimus. Videre est, cerne-
re est. s. operæpretium. Cic. 4. Fin. Operæpre-
tium est considerare. Terent. And. Audireq;
eorum est operæpretium audaciam. Vide
Potestas.

Opera. Rhetorica, Bucolica, Georgica adiectiua
sunt, in quibus deest Græcè *ταργα*. i. opera.
Vt opera physica, in rhetoricis, in georgicis.

Opus. Cic. in officijs: Est igitur adolefcentis ma-
iores natu vereri. s. opus, munus, vel officium.
Idem pro Archia. Sed enim hoc non solum
ingenij, ac literarum, verum etiam naturæ, at-
que virtutis fuit. Quintilianus libro 12. ca-
pit. 3. Cognitionis sunt enim, non inuentio-
nis, & paulo inferius. Sed etiam si nosse quid
quisque nosse velit, lectionis opus est. Id est
Munus, & officium. Illud Planci in Epistolis
Ciceronis libr. 10. male intelligitur à Gram-

maticis: sed aliquantum nobis temporis, &
magni laboris, & multæ impensæ opus fuit.
Putant enim opus regere genitiuū. Sed hos
genitiuos regi à particula aliquantum, quis
non videt, sic in Apuleij libro. 9. corruptè
legitur: Sed mihi operæ eius opus est: pro ope-
ra. Ergo opus hic pro negotio vel labore lu-
mitur, quasi dicat: opus, & negotium fuit &
temporis & laboris, & impensæ. Sic Ouid.
Non minor est virtus quam quærere, parta
tueri: Casus inest illis, hic erit artis opus. i. ne-
gotium & labor artis. Martial. Non fuit hoc
artis, sed pietatis opus. Plaut. Mostell. verum
id videndum, id viri docti est opus. vide, Opus
in vnus vocis. cap. 16. infra.

Horat. Aptum dicit equis Argos, dicesque
Mycenas. Idem, impositum saxi latè canden-
tibus Anxur. Virgil. Altum Præneste. s. oppi-
dum, & oppidum ita passim exprimitur, à Phi-
nio præcipue, vt superuacuum sic indicare. So-
let ille etiã coniungere multas ciuitates, dein-
de subdit in plurali: ciuitate à Romanis dona-
ta, vel libera, vel stipendiaria. s. oppida.

Prorsâ, non versibus scribit, scilicet, oratio-
ne. Prorsâ (vt ait Donatus) à prorsus dicitur,
non prorsâ quasi profusa. Prorsum antiqui re-
ctum appellabant: Vnde prorsii limites, apud
Festum: & Prorsam deam vocabant quæ

- rectos partus educeret. Esse adiectiuum hinc collige. Columella libro. 10. in præfat. Proorsa oratione prioribus subnectentur exordijs.
- Orrus, oriū
dus, natus.** Vir claris natalibus: homo loco obscuro. s. ortus vel oriundus, vel natus ex. l. de, Lilius libro. 1. Turnus Herdonius ab Aricia. Sic in sacris Ioseph ab Arimathia. Sic dixit Virgilius. Pastor memorande ab Amphrifo.
- Ostium.** Postico falle clientem, scilicet, ostio: posticus enim adiectiuum est. Persius: Posticæ occurrere sannæ. Plinius: Postica pars mundi. Posticus vicinus, & Posticum ostium apud Festum. Vide Pars.
- Oua.** Gallinæ vel aues incubant, scilicet, oua Plinius, oua incubari intra decem dies edita utilissimum. Idem, Quarto die postquam coepe re incubari.
- Oues.** Virgil. Centum lanigeras mactabat ritè bidentes, scilicet, oues. Idem. Non in sueta graues tentabunt pabula: foetas, Nec mala vicini pecoris contagia lædent. Sic enim hæc dispungo carmina. Vide Rastrum.
- Pars.** Plaut. Ut decimas solueret Herculi. Cicer. pro Flac. Nec Herculi quisquam decumam vouit vnquam. Sic antica & postica. Sueto. Othon. Postica parte. Cato in versiculis. Fronte capillata, Postica occasio calua. sic enim legendum est, scilicet, parte postica. Arnob.

nob. lib. 5. ex parte postica.

Quadragesima, Quinquagesima, Septuagesima. Sueto. Vesp. Publicanum quadragesimæ in Asia egit. Idem. Calig. 40. pro litibus, atque iudicijs vbicunq̄ conceptis quadragesima summæ, de qua litigaretur, exigebatur. Plin. lib. 14. capit. 20. octi parte quadragesimæ.

Adnitar pro virili, age pro virili, scilicet, parte. Cicer. 13. Phil. Plus quam pro virili parte obligatum puto. Tacitus in vita Agricolæ: pro virili portione. Cicer. 5. Verr. Plus etiam, quam pars virilis postulabat. Apuleius. 7. Meta. Pro sua parte. Sic dicimus, pro rata, scilicet, parte, vel portione.

Cicer. Et si vtrique primas, priores tamen deferunt Lælio. Idem, Cui primæ sine controuersia deferbantur. Columella libro. 10. Mustum quam dulcissimi saporis decoquitur ad tertias. Cicer. 3. ad Q. Fratr. Tibi istius generis in scribendo priores partes tribuo, quam mihi. Terentius: Non posteriores feram, scilicet, partes. Terentius: Primas partes quiaget, is erit Phormio. Horat. Ne fortè seniles mandentur iuueni partes, pueroque viriles.

Cæsar de Britannia. Huius est longitudo passuum. lateris (vt fert illorum opinio) septingentorum

rum millium, scilicet, passuum. Horat. Millia tunc pransi tria replimus. Cæsar. 1. Ciuili. Pons quierat ab oppido millia passuum circiter tria.

Peccatum. Ignosco tibi, scilicet, peccatum. Virg. Paruum si Tartara nosset Peccatum ignouisse.

Pecunia. Quintil. libr. 4. Insimulari repetundarum. Tacitus lib. 4. Postulare aliquem repetundis. Valla lib. 1. cap. vltim. in hoc gerūdō, vt ipse vocat, nescio quas ineptias texit. Participium est, quod cum suo substantiuo Cicero protulit pro Cluentio: teneri lege pecuniarum repetundarum. Idem. 6. Verr. Ferre legem de pecunijs repetundis. Idem pro Cluent. Ab aliquo rationem repetere de pecunijs repetundis. Sic in expensis, & impensis.

Porta. Iuuenal. Substitit ad veteres arcus, madi-damque Capenam, scilicet, portam. Sic Colina, Viminalis, &c.

Pretio. Non minoris, nec plus, sed tanti quanti tui emi, scilicet, pretio: integrum erat. Tanti æris pretio emi. vide Æs. Hor. 1. Serm. Vnius assis, Nō vnquam pretio plus licuisse. Plaut. Epid. Quanti emi potest minimo. Et paulo post. Ad quadraginta fortasse eam posse emi minimo minas. Liuius libro. 2. Decad. 1. Hic modus magis placuit, quum pretio minore dimendi captiuos copia fieret. Plaut. Me-

nech.

nech. Ego tibi redimam bis tanto plus palam. Martial. libr. sexto. Paruo quum pretio diu liceret. Valla libro. 3. capit. 1. docet licere dicere: emi magno, & magno pretio, non autem magni pretij, sed magni tantum. Rectè quidem ille, sed causam ignorauit huius locutionis. Ea vero est hæc: in verbis pretij (si sit genitiuus) à nomine pretio regitur: vt, emi magno, scilicet, pretio. Quid. libr. 1. Amorum. 10. Et pretium, quanti gaudeat ipsa, facit, scilicet, pretio. Terent. Eunu. Quid facias, nisi vt te redimas captum quam queas minimo, si ne queas paulò, at quanti queas. Quum vero dicis: emi equum magni pretij, alia res est: non enim significatur emptio, sed laus. Terent. Agrum in his regionibus meliorem, neque pretij maioris nemo habet. perinde est ac si dicas: est homo magni ingenij.

Perfius. Lunai portum est operæ cognoscere ciues, scilicet, pretium. Vide Operæ pretium. Plaut. Cass. Dum mea facta iterò, est opus auribus accipere. Valer. Maxi. lib. 1. c. 6. Non est operæ inter patrem & filium, &c.

Plaut. Persa. Quasi iuream esse ius decet collicum: sic enim est legendum. Cato. cap. 82. Rusti. Sphæritam sic facito. s. placentam.

Virgil. Nec non & Tityon terræ omnipotentis alumnum Cernere erat. s. potestas, vel

B 4 datum,

datum, vel concessum. Vide operæpretium. Idem. Non fugis hinc præceptum dum præcipitare potestas. Plin. lib. 5. cap. 23. Non est fate-ri, rerum natura largius mala an remedia genuerit, & cap. 37. Suspendio ac fame necatur, aliter non est occidere. Idem lib. 9. cap. 31. Tãtã velocitatis vt consequi non sit. Virgil. Bucol. Tu procul à patria: nec sit mihi credere tantum. Huiusmodi locutiones innumere sunt apud Plinium, sed Valla in Raudensem illas damnat, sed fallitur.

Porcelli. Porcelli quum lactari desierunt, nefrendes dicuntur, eò quod fabam nondum frèdere. i. frangere possunt. Varro. 2. Rust.

Prædium. Venit in Tusculanum, Pompeianum, Perusinum, suburbanum. s. prædium, vel agrum, vel rus.

Præditus. Vir magna doctrina, sed prauis moribus. s. præditus. Donatus supplet natus. Terent. Ita dissimili argumento sunt factæ. Cice. 1. Verr. Homo singulari cupiditate, audacia, scelere præditus. Falsum igitur est, partes corporis & animi poni in ablatiuo vel genitiuo. Nam vir magna doctrina. s. præditus. Vir magnæ doctrinæ possessiue dicitur. Terent. Hecy. Ego sum animo leninatus. Vide Donatum.

Propositiu. Cic. Quum in animo habere nauigadi. s. propositum, mentè, volutatem. Valla lib. 1. c. 25. Infans,

Infans. à non fando adiectiuum est. i. puer, vel puella. Falluntur qui hoc nomen commune duobus appellant. Horat. Infans namque pudor prohibebat plura profari. Ouid. in Ibin. Gutturaque imbuerunt infantia lacte canino. Horat. lib. 2. Saty. 5. Seu rubra canicu lafindet Infantes statuas. Cic. pro Sylla. Quum puerorum infantium veniebat in mentem. Idem. 2. Orat. Nutrices infantibus pueris in os inferant. Val. Maxim. lib. 1. cap. 6. Puerum infantem semestrem in foro boario triuphu proclamasse.

Terent. And. Ego postquam te emi à paruulo. s. puero. Plau. Stich. Quia iam inde à pusillo puero ridiculus sum. Idè. Merc. à puero paruulo.

Iuuenal. Viue bidentis amans. s. rastro, vel ferri. Nam bidens, tridens, quadridens adiectiuasunt. Cato. c. 10. Rust. Rutra quinque, rastro quadridentes duos. Virgil. 2. Georg. Et duos iactare bidentes. Idem in Ciri. Ferroque manus armata bidenti. 5. Æneid. Rostriisque tridentibus, sic enim legi debet, non stridenti b. De Neptuno metaphoricè dicitur, rastro tridens, pro sceptro. Virg. Leuat ipse tridenti. Idem. Non illi imperium pelagi sæuimque tridentem, sed mihi sorte datum. Pe teris autem si libet, quum de Neptuno dicitur, sce-

ptus, vel sceptrum supplere. Vide oues.
Ratio, vel res. Horat. Ad summam sapiens vno minor est Ioue. Virg. Hæc summa est, nauiget. s. ratio. Varro lib. 5. Ling. Ideo ratio putari dicitur, in qua summa fit pura. Cicer. 2. Philip. Quod quidem erat magnū de summa redissentientes, sic in expensa, & impensa.
Rationes: Iuuenal. Saty. 7. Sic Peto conturbat, Mitho deficit. Martial. Conturbabit Attas. s. rationes. Cic. Quinto fratri. Ad quem ego rescripti nihil esse quod posthac arcæ nostræ fiducia conturbaret. Conturbare est seruorum, aut trapezitarum, cum rationibus crediti paria non facere se sperant. Hispane Alçar se.
Res. Paupertas est laudanda: auaritia est vituperanda. s. res. Nam adiectiuum non respicit substantiuum si verbum in medio sit. Verbi gratia: Mors est bonum, & mors est bona: illic deest negotium, hic res. Idem enim sunt. Vide Negotium.
Res. Bene est, bene habet, bene procedit, bene vortat, bene conueniebat inter eos. s. res. Terent. Adolph. Quæ res tibi vertat male. Vide Negotium.
Res. Virg. Non opis est nostræ. s. res. Cæsar lib. 1. ciuil. Docent sui iudicij rem non esse. Ibidem. Nec sui iudicij, neq; suarum esse virium discere. s. res. Vide Negotium.

Cicer.

Cicer. 2. Philip. Tenesne memoria prætextatum te decoxisse. s. rem familiarem.
 In illis, postquam, antequam, mihi videtur deesse rem, vt in post quod, deest negotium: nisi malis deesse finē vt in hæc tenē. Vide finis.
 Solebant antiqui peregrè adueniētes sic rogare: fatin saluæ? s. res. Terent. Eun. Act. 5. sce. 6. Satis saluæ? Liuius lib. 1. Dec. 1. Quæretiq; viro, fatin saluæ: minime, inquit Lucretia. Idem lib. 10. Satis saluæ, inquit L. Volumni? Plaut. Menec. act. 5. Salua sis: saluæ ne?
 Diales, Martiales, Quirinales, Saltij, & in reliquis huiusmodi quis nō intelligit sacerdotēs? Lupercalia, Bacchanalia, Terminalia. s. sacra. Vide Festa. Sed in Bacchanales, Saturnales ludos intellige vel dies. Vide Ludi.
 Iuuenal. Saty. 6. Sunt qui tortoribus annua præstent. s. salaria. Suet. Tiber. Sed & peculio concesso à patre, præbitisq; annuis fraudauit per speciem publici iuris. Idem de claris Gram. de Palæmone. Quamquam ex schola quadringenta annua caperet.
 Librarius adiectiuū est, vt librariū gummi apud Pli. & cella libraria. Cic. tū id semper absolute dicit: vt mihi librari? mittat. s. scriptor. Hor. in arte. vt scriptor si peccat idē librarius.
 Cic. Att. lib. 8. in ea Pōpeij epistola erat in extremo. s. scriptum. Idē. Quod epistola librarij

Rem familiarem.

Rem.

Res.

Sacerdotes.

Sacra.

Salariū.

Scriptor.

Scriptum.

rij

rij manu est. f. scripta. Idem. Quæ quidē erant manu tua. f. scriptæ. Idem libr. 16. epistol. Tu istic, si quid librarij mea manu non intelligēt, monstrabis, f. scriptum.

Securis. Virgil. Crebrisq; bipennibus instāt. Ouid. Sævamque inhibere bipennem. f. securim. Vide Festum, in anceps, & Nonium Marcell. in Bipennis, qui citat ex Varrone: Ferens ferream numero bipennem securim.

Sella. Lucanus lib. 3. Prætor adest, vacuæque loco cessere curules. f. sella. Livius lib. 2. Sella curuli septies ac vicies sedit. Iuenal. 10. Atque illi sellas donare curules.

Seruus. A pedibus, à secretis. f. servus, vel famulus, vel minister, Sueton. lib. 1. Philemonem à manu servuum, Terent. Forte ibi huius video Bithiam. f. servuum.

Servus. Mart. Esse sat est servuum, iam nolo vicarius esse. Vicarius propriè est servi servus. Paulus de noxal. actio. Si servus tuus navem exercuerit, eiusque vicarius servus &c. Horat. Utque sacerdotis fugitiuus liba recusō. Idem. Tu mediastinus. f. servus. Idem lib. 2. Saty. 7. siue vicarius est, qui seruo pareat. Et Venales servos intelligimus. Quinti. lib. 8. cap. 2. Plaut. Aul. Etiam introduce vel gregem venalium. Et Novitios, Varro. 7. linguæ Latī. Etiam novitij servi empti in magna familia.

Catullus.

Catullus. Quum subito adfertur nuntius Sermo, vel horribilis. f. sermo, vel rumor. Cæsar: vt talem rumor. nuntium attulisse viderentur. Vnde Plautus in Milite, longinquus sermo, pro nuncio dixit. Aliquando intelligitur homo vt diximus ante. Sermones perferri tritum est.

Horat. Callidus huic signo ponebam mil- Sestertium. lia centum. f. sestertium. Sic in illis, debet decies, accepit centies.

In dies, in naues, in milites, in viros. f. singu- Singuli. los. Horat. Mutatur in horas. Iuenal. Horreat, inq; dies septenis oderit horis. Plin. Cinnamon pretia quondam fuere in libras denarium mille. Cicer. & in illa, in dies singulos. Vi de Vallam lib. 3. cap. 68.

Puteolanus, Tarentinus, Ilicus. f. sinus. Cre- Sinus. diderim deesse sinus quū Adria effertur masculinè. Nam vere sinus est, & ciuitas in ipso sinu Adria dicitur, sed effertur foeminine. Silius lib. 10. Stat humectata Vomano Adria.

Virg. Coeāt in foedera reges. f. societatem. Societas. Cic. Utinam societatem aut nūquam coisses, aut nunquam diremisses. Idem: Cum parua squilla quasi societatem coit. Idem pro Sext. Societas coitur. Idem Ruffo: ad coeundam societatem periculi.

Oriens, & Occidens participia sunt. in qui- Sol. bus absolutè prolatis intelligitur Sol. Cæsar. 1. Gall.

1. Gall. Spectant in Septentriones & Orientē solem Belgæ. Plaut. Bacch. Ante solem exorientem. Idem Menech. Nūquam ad solem occasum viuerem. Plin. lib. 2. 1. c. 17. Ante solē occidentem: Cicer. in somn. Quis in reliquis orientis aut obeuntis solis vltimis partibus. & in x 11. Tabul. Sol occasus suprema tēpeſtas esto. Gell. lib. 2. c. 2. Post solem occasum.

Sol.

Plaut. Mostell. Hoc die crastini quum herus rescauerit. Gellius lib. 10. cap. 24. & Macrobi. lib. 1. c. 4. Saturn. putant die crastini, die pristini, die proximi, die noni aduerbia esse. Ego contendo deesse Solis. Vide Dies.

Solum.

Virgil. in Moreto, Fufus erat terræ frumenti pauper acruus. Ibidē. Et terræ condit aratru. Ænei. 9. Stant terrę defixæ hastæ. Ænei. 11. Sternitur & toto proiectus corpore terræ. Geor. 2. Terræ defigitur arbor. Idē, Corpora multa virū terræ infodiūt. Ouid. 2. Met. Quū vellet terræ procūbere. Plin. lib. 14. c. 21. Info diuntq; terræ tota. Apul. lib. 9. Ille terræ cōcidit. Iulius Rufinianus, Terræ, inquit, pro in terra positū est. Sed ego assero deesse solum: quia sæpe legimus apud Cicer. sola terræ, & sæpius apud Lucretiū. Sallust. Iugurt. Alijsq; generibus arborum, quæ humi arido, atque arena solo gignuntur. Sic legit Priscianus in calce lib. 8. & Aldus in Sallust. & intelligunt. Loco. Silius lib. 1.

lib. 1. Adfigunt proni squalentia corpora terræ. Vide Terra.

Virg. In medio mihi Cæsar erit. s. spatio vel loco. Cæsar. 1. Ciuil. Atque in hoc fere medio spatio tumulus erat. Vide Locus.

Meruit sub Annibale. s. stipēdiū vel gra. vide Vallā lib. 4. c. 110. Hor. Hic meret æra liber Sotij. Ouid. 1. Amor. Iussit & in castris æra merere suis. Ibi. Nō decet imbelles gra merere Deos. Turne. li. 25. c. 18. scribit Donatiū esse adiectiū, in quo subaudiat stipēdiū. Cic. pro Mur. Meruisse vero stipēdiū in eo bello.

Stipēdiū,
vel æra.

Tabellę olim à materia vel à numero foliorū nominabantur: vt eboreæ, citreæ, duplices, triplices. Erāt & laureatæ quas imperatores victoria potiti ad senatum mittebant. Ouid. 1. Amor. Ergo ego vos duplices rebus pro nomine sensi. Suet. Aug. Et Gallum prætorē in officio salutationis tabellas duplices veste testas tenentē. Liu. lib. 5. dec. 5. Ad foros publicos laureatas tabellas populo ostēdit. Ibid. laureatas literas dixit. Apud Martialē tituli sunt pugillares citrei, pugillares eburnei, pugillares membranei. s. codicilli. Et Catull. dixit nostra pugillaria. s. codicilla vel epistolia. vide Literę.

Tabellæ. 1.
codicilli.

In duodecim quum legimus, facile tabulis intelligim⁹. Id adnotarūt Reuard⁹ & alij. Cic. Discebam⁹ pueri duodecim, vt carmē necessarium

Tabulæ.

- rium, quas iam nemo dicit.
- Taberna. Sutrina, pistrina, medicina (teste Donato) adiectiva sunt, & deest taberna. Plaut. in medicina in tonsurinis, apud omnes & deis sacras. Idem Curcul. Sub veteribus. s. tabernis. Sub nouis Varro lib. 5. Ling. Lati. & Liuius lib. 2. & 25. Plin. lib. 25. cap. 12.
- Tabernaculum. Augustale est ducis tentorium, ergo intellige tabernaculum. Quintil. lib. 8. c. 2.
- Talis, & tātus. Homo illiteratus, sed cui paucos anteponas. s. talis. teste Laurentio, & Linacro. Item in Qualis, & Quantus, deest Talis, & Tātus.
- Testa. Penetrabile quum absolute ponitur, tectum desideratur. Virgil. 1. Georg. Sapius & tectis penetrabilibus extulit oua. Idem, Penetrabilia testa.
- Tempus. Terent. Hecyr. Illic non licebat nisi profinito loqui. s. tempore, teste Donato. Terent. Andr. Prope adest, quum alieno more viuendum est mihi. Sic dicimus: Non ignara futuri Sero sapiunt Phryges. Optato aduenis. Virg. Impius ex quo Tydides. Idem, Ex illo fluere spes Danaum. Idem, Colledā fatigat ex lōgō rabies. Idem. 1. Æneid. Tempore iam ex illo. Plaut. Mostel. velut hōrno mēsis magna, & apud Nonium, Hōrno curari. Cicero. Catili. Quibus te breui tempore confectum esse senties. Horat. Latus in p̄sens animus. Idem in arte.

arte. Et p̄sens in tempus omittat. Cicero, pro Balbo: Ante hoc tempus. Quid, ante expectatum? Idem. 1. Catil. Si minus in p̄sens tempus, at in posteritatem impēdeat. Idem Verr. Breui postea mortuus est. Virgil. Per sudum rutulare vident. Idem, visa sub obscurum Luane. Cicero. Horologium mittam & libros si erit sudum. s. tempus: nam sudum vocabant quasi sine vdo potest & deesse cœlum.

Post illa, postea, antea, præterea, antehac, post hac vel post hæc, scilicet, tempora, vel ne gotia. Terent. Eunu. Tute scis, post illa quam intimum habeam te. Cicero. post illa tempora quicunque remp. agitauere. Sic quapropter, id est, propter quæ.

Erit, quum fecisse nolles, scilicet, tēpus. Virgil. Turno tempus erit magno quum optauerit emptum Intactum Pallanta. Cicero. pro Milone: Erit, erit illud profectō tempus, & illucescit ille dies. Plaut. Aulul. Hanc domum multos annos est quum possideo, id est, est tempus, quum possideo multos annos hanc domum. Horat. P̄sens in tempus omittat. Vide Lambinum.

Domi bellique clarus, scilicet, tempore. Nam domi apud antiquos pro pace aut quiete vsurpabatur, vt sæpè apud Linium. Nunc vero quum dicimus domi est, deest in ædibus, vt

Tenens, dixim⁹. Militiã belli dixit Columel. in præfat. Iouem lapidem iurare, in adagijs recte explicat Erasimus, sed syntax in pauci intelligūt. Integrum est, Lapidem silicem tenentem iurare per Iouem. Verba Festi sunt: Lapidem silicem tenebant iuraturi per Iouem, hæc verba dicentes: si sciens fallo, tum me Diespiter, &c. sic Turnebus lib. 30. cap. 23.

Tentoriũ. Erat in prætorio. s. tentorio, vel tabernaculo. Nam prætorius vir dicitur, & nauis prætoria. vide Asc. Pæd. 4. Verr.

Tentoria, vel pelles. Virg. Hic sæuus tendebat Achilles. Ouid. Illic Æacides, illic tēdebat Vlysses, scilicet, tentoria vel pelles.

Terra, vel domus. Reliquit patriam. s. terram vel domum. Solum cap. 2. 2. Relicta domo patria. Plaut. Stichus: Quia vos in patriam domum redisse videro. Virgil. Et patria decedens ponere terra. Sallust. Iugur. Exsul patria domo, solus. Idem Extorris patria domo.

Terræ, vel rura. Virg. Aternis etiã tonfas cessare nouales, terras. Alexãder Tyrum cōtinēti anæxunt, terras. Nam sic dicimus imber cōtinens, labor cōtinens, & ædificia continētia. Quum Virg. dixit, Culta noualia, intellige rura. In negotia.

Terræ. Iacet humi, pone humi. s. in terra humi. Nã terra diuiditur in humum & aquam. D. Augustinus loquens de Varrone lib. 7. de Ciuit. Dei

Dei capit. 6. sic ait: Sed vt plures etiam introductat, adiungit mundum diuidi in duas partes Coelum & terram: & coelum bifariam, in æthera, & ærem: terram vero in aquam & humum. Terra igitur latius patet quam humus: etiam si idem Varro dicat in libris de lingua Lat. Terra, vt putant, eadem & humus. Nam hoc non ex sua, sed ex aliorum opinione dicit. vide Solum.

Sumpsit prætextã, s. togam. Cicer. 3. Verr. Toga. Neq; te tam commouebat, quod ille cum toga prætexta, quàm quod sine bulla venerat. Lilius lib. 4. Decad. 4. Toga prætexta.

Antiquitus ad nomina virorũ Rom. adhibebatur tribus. vt C. Septimius Quirina. M. Oppius Terentina. s. ex tribu. Horat. Hic multum in Fabia valet, ille Velina. vide Asc. Pæd. Virgil. 1. Æneid. In breuia, & Syrteis vregit. Vada. Seneca in Hercul. fur. Deprensus hæsit Syrtium breuibus vadis.

Ausonius. Fictilibus fama est cænasse Agathoclea regem. Iuuenal. Sed nulla aconitabibuntur Fictilibus. s. vasis, vel testis. Martial. Sic Arretinæ violant Crystallina testæ. Virgil. Virgea suggeritur cottis vndantis aheni. s. vasis. Valer. Max. libro. 4. capit. 3. Fictilia se in eius mensa vasa vidisse. Sic Corinthia vasa, vt Corinthia æra. sic etiam atramentarium

dicimus, scilicet, vasculum.

Ventus. Virgil. Creberque procellis Africus. s. ventus. Cic. 1. Natur. volucres angues vento Africo inuectas. sic Fauonius: Subsolanus, &c.

Verba. Terent. Quid multis moror? Idem, quid multis? Idem, Paucis te volo. s. verbis. Cic. sed hæc satis multa, vel plura potius. Terent. Di-ctum sapiēti sat est. Cic. Tuo liberto pluribus verbis scriptas pridie dederam. Plaut. Cur. Re- spondit mihi paucis. verbis. Ouid. Ego sum qui iussa per auras Verba patris porto. Vide Præire verba apud Adrianum Cardinalem.

Vestes. Quum absolute dicimus sericas, bombyci- nas, vndulatas, intelligimus vestes.

Via. Terent. Cur nō recta introibas? Idem, Hac, illac circumcurfa. s. via. Hactenus, quatenus, eatenus. s. via. Æneid. 5. Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta. Terent. Phorm. Eo re- cta via equidem illuc. Idem Heaut. Imo vt re- cta viarem narret ordine. Cic. Recta via per- ge in exilium, vide Finis.

Via. Horat. Minus est grauis Appia tardis. s. via. Iuuenal. Dum peruolat axe citato Flaminia. Cic. 2. Catil. Aurelia via profectus est.

Via. Plaut. Calsi. Si tu iabes inibitur tecum, scilicet, via. Virgil. Decus hoc inibit te consule o Pollio. s. viam. Sic ineunte vere, ineunte ætate, scilicet, viam. Cic. pro Muræ. Inite viam: præ-

sto

sto aderat sapiens ille qui inire viam doceret: redite viam, eodem duce redibant.

Ouid. 4. Fast. Præmia de lacubus proxima inuista tuis, scilicet, vina. Mustum (inquit Nonius) nō solum vinum, verum nouellum quicquid est, recte dicitur. Neuius Gymnast. Vtrum est melius, virginem an viduam vxorē docere? virginem, si musta est. Cato cap. 114. Rusti. In vinum mustum veratri atrima nipulum conijcito. Plautus inuistam iuuenem dicit. In nomine quoq; Merum deest vinū. Virg. Hic duo ritē mero libās carthesia Bæchō: Deest & in illis: Falernum: Fundanum: Campanum: Masicum, Veientanū. Petron. Arbit. vino etiam Falerno inundamur.

Coniux meus, scilicet, vir. Coniux mea. s. vxor. Coniux enim (vt conuers, & compar) adiectiuum est. Iuges (inquit Festus) eiusdem iugi pares, vnde & coniuges, & seiuges. Iniu- ges bonēs vel bestia (Macrob. lib. 3. ca. 5. Sa- tur.) quæ nondum iugum passæ sunt. Apu- leius. Quinque coniuges copulæ ijs ordina- te vicibus attinentur. Idem. Metam. Nec istud puduit me cum meo famulo, meoque vectore illo equo factum conferuum; atque coniugem. Iugales annos dixit Martial. libro 10. Virgil. in hortulo. Fœcunda vitis coniuges vltimos grauat.

Cc 3 Eadem

Vinum.

Vir. l. vxor

Vir. l. vxor. Eadem est ratio in maritus & marita. s. vir, vel vxor. Maritus esse adiectiuum multa probant testimonia: legimus enim, Per maritas domos, thoros maritos, marita sacra, Venerem maritam, legem maritam. Catull. Vitis vltimo coniuncta marito, vbi vltimus masculinè positum est. Cato in Rusti. Arborea facito vti bene maritæ sint. Plin. libr. 17. cap. 11. Maritæ vltimos Autumno ferere vtilius.

Vir, vel foemina. Maiores, minores, optimates, magnates, primates. s. viri vel foeminae. Cicer. Trebat. Optimates matronæ. Catull. Primores Argiuorum. Plaut. Stic. Ergo oratores populi, summates viri summi decumbent, ego infimatis infimus. vide Homines.

Vir, vel foemina. Pater tuus est bonus. s. vir: mater tua est optima. s. foemina. Cicer. Matrem tuam optimam foeminam.

Vir, vel homo. Horat. Dij benefecerunt, in opis me quodque puilli Finxerunt animi. s. virum, vel hominem. Sic in illis: Plato fuit magni ingenii, variaque doctrinæ: Aristoteles fuit diuersæ factionis. Suet. Cæsium diuersæ partis confexit. Hora. Notus in fratres animi paterni. Sic. Neque te monere audeo praestanti prudentia viri, neque confirmare maximi animi homine. Rudem accipere. s. virgam, id est libertate donari. vnde rude donatus: virga autem illa

erat

erat rudis & impolita, alio nomine vindicta, seu festuca dicebatur.

In Agere, & peragere saepe deest vitam vel Vitam. atatem, quod notius est quam vt indicari conueniat.

Aqualis & aquale, quod ad aquam pertinet. Vrcesus. Plaut. Dato aqualem cum aqua. s. vrcesū. Varro: aqualis ab aqua.

Narbo ex terminatione masculinum est, Vrb. i. oppidum. vt Sulmo, & Hippon. Sed barba- ra Narbo. s. vrbs. magna Tarētum. s. Vrbs. magnum Tarentum. s. oppidum. Plin. Cydnus. Tarsum liberam urbem procul à mari secans. Liuius lib. 7. Maced. De Solois vrbe que in Cilicia est, egerunt. Idem lib. 3. dec. 1. Antium propinquam, & opportunam, & maritimam urbem coloniā deduci posse. Plin. Volfinij, oppidum Tuscorum opulentissimum. Iustinus libro. 3. Byzantium nobilem & maritimam urbem. Pomp. Mela. Non longe ab Illo, vrbe fama excidio, &c.

In nominibus urbium, prononciarum, & Vrbs. &c. insularum (si sit genitiuus) deest vrbs vel oppidum, prouincia, insula vel locus: vt Roma: natus, Egypti nutritus, Sicilia sepultus. Neque enim vera docent Grammatici quum ex hac doctrina nomina prononciarum, & insularum excludunt.

Cc 4 Varro

Varro libr. 1. cap. 7. Rust. Itaque, Creta ad
Cortyniā dicitur platanus esse. Cice. in Verr.
Sicilia quum essem. Idem Att. Quum Corcy
re epulati essemus. Virg. 3. Æneid. Aut Crēta
iussit confidere Apollo, Val. Max. libr. 4. ca. 1.
Duos egregiæ indolis filios suos à Gabiniā
nis militibus Ægypti occisos cognovit. Sal-
lust. Jug. Romæ, Numidiæ que facinora eius
memorat. Sed iam quod desiderari contendi-
mus ostendamus. Cicer. pro Flacco: Num ho-
nestior est ciuitas Pergamena, quam Smyr-
næ. Idem Atti. libr. 5. In oppido Antiochia.
Idem 4. Philip. Alba constiterūt, in vrbe op-
portuna. Idem pro Arch. Antiochia, loco ce-
lebri. Idem pro Rabir. Sed Neapoli, in cele-
berrimo oppido. Idem 7. Verr. Cuius duo fa-
na duabus in insulis posita sociorum Melitæ
& Sami. Homer. 6. Odyss. *καρα ἀγο Ἰθάκῃς*.
Virgil. Quis Troiæ nesciat urbem? Idem vr-
be Parauī, & vrbe Batroti dixit. & 6. Æneid.
Mediam que per Ellidis urbem: sic enim le-
gendum non mediæ que. Palladius in oppi-
do Cumarum. Sed si licet dicere (vt Scaliger
annotauit) vrbs Spartana, & oppidum Taren-
tium, cur non hecbit, vrbs Sparta, & oppi-
dum Tarenti? Cur etiam non dicatur: Natus
est Toleti celeberrima Hispaniæ vrbe? Vir-
gil. Æneid. 10. Hic locus vrbis erit.

Cicer.

Cicer. omnino semisibus magna copia est. Vtura
f. vturn. Sic dextantes, bestes, centesima.

Consulo tibi, prospicio tibi. f. vtile, vel com
modum: Cicero in passiuo dixit: Ego tibi ab
illo consili in allem.

Nupsit regi. f. vultum, vel seipsam. Nubo
enim proprie operire significat: Et nouæ nu-
ptæ flammeum ante oculos ferebant ob pu-
dorem.

Lucanus libro. 2. Liceat scripsisse Catonis
Marta. f. vxor. sic Tullia Ciceronis. f. filia vi-
de filius, vel seruus.

DE VERBORVM

E L L I P S I.

Verbum Es t, ita passim subauditur, vt
superuacuum sit, illud admonere. Quid
graculo cum fidibus. f. est. Virgil. Haud
mora festinant iussi. f. fit, vel fuit. Idem, Pro-
misi ultorem. f. fore. Terent. Ne dicas tibi non
predictum. f. fuisse. Idem Factum volo. f. esse.
Væ particulam inepte iungunt datiuo
Grammatici. Nam subauditur verbum Est.
vt si dicas: malum tibi Praut. Cass. Væ tibi.
s t. Imo istud tibi erit. In sacris Proverb. cap.
14. Cur vax? cuius patet vax? cui rix? cui fo-
uea? & Epist. 1. cap. 9. ad Corinth. Væ mihi

Est, esse,
fore.

Est. l. erit.

Ce 5^o est,

est, si non euangelizauero. Iob capit. 10. Et si impius fuero vix mihi est. Liuius libr. 5. Auditaq; intoleranda Romanis vox: Vix vixisse esse.

Incertum
verbum.

In Apopsopi Rhetorum incertum verbum eleganter deest. Terent. Ego ne illa que illum? qua me? qua non? vbi Donatus Ellipsin, & Apopsopin agnoscit. Plaut. Mostel. Quid ego nunc facia, si amicus: Demipho, aut Philonides? Virg. Quos ego: sed motos, &c.

Decet, vel
simile.

Idem contingit in orationibus animi affecti. Virgil. Mene incepto desistere victam? scilicet, a quibus est, vel decet. Horat. Epod. 6. Inultus ut tu riseris Cotyttia: Idem libr. 2. Saty. 5. Ut ne tegam spurco Damæ latus. s. decet, vel mones ne. Ita legit Lamb.

Cœpit.

Infinitem dicunt accipi pro imperfecto præterito, ut populus ea mirari, pro mirabatur. Sed deest Cœpit, vel simile aliquid, ut rectè docet Quintil. li. 9. c. 3. & Donatus Hecy. scen. 2. Et Seruius 10. AENEI. Ire prior Pallas.

Esto. I. fac.
vel da.

Ut, dicunt accipi pro Quâuis, sed falso. Nam deest, Esto, vel fac. Ouid. Protinus ut redeas, facta videbor anus. i. fac ita esse, ut statim venias, iam tamen facta videbor vetula. Horat. Satyr. 6. libr. 1. Namque esto, populus Lenino mallet honorè, Quâ Decio mādare nouo. Sed hic rursus deest, Ut, sicut in illo Ciceronis. 2. Fini. Esto, fecerit, si ita vis, Torquatus propter

pter suas vtilitates. Plaut. Amp. Nunc tu diuine fac ut huc ad sis Sofia. Quintil. lib. 12. c. 1. Da nunc ut crimine manifesto premat dux bonus.

Ut, dicunt isti accipi pro Vtinam. Terent. Adel. Oro, vel Ut Syre te cum tua monstrazione magnus perdat Iupiter. sed falluntur, nam deest oro, vel precor, vel quæso. Terent. And. Deos quæso, ut sit superstes. Cic. 2. Catil. Deos immortales precari, venerari, atque implorare debetis, ut vrbem defendant. Catullus in coma Berenices: Iupiter, ut Chalybium omne genus pereat. Horat. 2. Serm. Iupiter, ut pereat positum rubigine ferrum. Liuius lib. 1. Iupiter pater, si est fas hunc Numam Pompiliam, cæterum, ut tua signa nobis certa ac clara sint. s. precor, vel oram? Plaut. Curcul. Meliorè, quàm ego sum, suppono tibi. C. A. operam ut det, P. A. Dabit supp. Orat. Terent. Phorm. Id ut conficerè: confeci: adfero. Tibull. Dij meliora ferant, nec sunt insomnia tanti. i. oro ut non sint. Virg. 6. AENEI. Ipsa canas oro.

O, particulam dicunt regere tres casus, quum nullum possit regere: ut, o curas hominum: o Pamphile: o vir fortis atque amicus. Sed vocatiuus non indiget vlla particula, in reliquis est signum admirationis, & deest verbum aliquod. Et vero si enuncies, hos accusatiuos interrogando, quomodo regentur ab illa particula, que ne intelligi quidem potest: ut si dicas:

dicas: Hæccine flagitia? hoc cinea seculum? Aut
in respondendo, vt, o fortunatam, natam me
consule Roman. Te consule fortunatam Ci-
cero: imo infelicem, & miseram. Terēt: Heaut.
Quid ait? c. l. Se miserum esse. c. h. r. Mife-
rum? Deest igitur verbum Dico, audio, vel
narro. Terent. Phorm. Iocularē audaciam.
Deest (inquit Donatus) audio ex te, vel dicis,
potest & intelligi narras. Terēn. And. Bonum
ingenium narras adolescentis.

Imploro. l.
obsecro.

Simile est: Deum, atque hominum fidem:
vbi isti supplēt, o vel Proh, quia saepe appo-
nitur. Sed deest imploro. Cicer. Ille implorare
Deum, atq; hominum fidem. Pro Dijs immor-
tales, obsecro vestra fidem. Liuius lib. 3. Om-
nes Deum hominumq; implorabimus fidē.

Paro, vel
simile.

Horat. Quod mihi fortunam, si non conce-
ditur vti? s. parauit. Idem, vnde mihi lapidem?
vnde sagittas? s. inuentiam, vel parabo. Cicer.
Att. Martis vero signum quo mihi pacis au-
ctori, s. parasti, vel emisti. Quintil. Quod per fi-
dem diuitias cæco. s. censēs, vel putas. Iuuenal.
Vnde tibi frontem, libertatemve parentis?
Non desunt imperiti qui annotent, vnde, &
Quo regere accusatiuum, quasi sint nouæ
præpositiones.

Aspicio. l.
video.

En, Ecce accusatiuo & nominatiuo iungit
Grammatici: vt, En, quatuor aras, Ecce homi-
nem,

nem, vel homo inapte vtrunq;. Nam in accu-
satiuo deest. Vide: in nominatiuo, venit. Lu-
can. libr. 1. Ecce videt capiti fibrarū increfcere
molem. Virg. lib. 6. conspicit ecce alios dex-
tra, læuaq; per herbam. Plaut. Mercat. Eccil-
lum video. Martial. lib. 2. Ex me Cæsareum
prospicis ecce tholum. Terent. Eunuch. Sed
eccum Parmenonem incedere video. Idem,
Atque eccum Phidippum optimē video. Idē,
Atque eccum video ipsum egredi. Idem, Sed
eccam Thaidem ipsam video. Ouid. 2. Meta.
Aspice vultus ecce meos. Ibidem, Tostos en
aspice crines. Idem ad Liuiam: Quemq; præ-
mat sine te sternitur ecce torus. Idē. 15. Met.
Aspicite en. Plaut. Menech. Treis eccos num-
mos habes.

En Priamus. Ecce homo. s. adest, vel venit. Adest, vel
Ouid. Ecce Lycaoniae proles ignara parentis venit.
Arcas adest. Ibid. Ecce venit rutilis humeros
protecta capillis Filia Centauri. Idem. 3. Met.
Ecce viri faulrix superas delapsa per auras
Pallas adest. Virg. 6. Æneid. Ecce gubernator
sefe Palinurus agebat. Idem, Ecce autem Ina-
chijs sefe referebat ab Argis; Sæua Iouis con-
iux. Terent. Adelph. Ecce autem hic adest se-
nex noster. Virg. 10. Æneid. Chorus ecce sua-
rum Occurrit.

Cicer. Atti. lib. 12. Male Hercule de Atha. Narro.
mante.

mante. Ibidem: Malè de Seio, scilicet, narras. Idem Attic. libr. 1. 6. Malè me hercule narras de Nepotis filio. Terent. Bene narras, nam illi faueo Virgini.

Moneo, vel
fac.

Imperite addunt imperatiuis Ames legas, amet legat, ametis legatis: ament legant: ama- ueris legeris: ama uerit legerit: ama uerint lege- rint: vt, Nil mihi rescribas. Nam deest, moneo vel fac vt. Plaut. Mercat. Ito hinc ad villam, atque istos rastros villico præsto ipsi facito coram vt tradas in manum: vxori facito vt nuncios, &c. Quid. Lac facitote bibat. Terët. Hecy. Puer vt saturetur facito. Idem Adelpi. Bono animo fac sis Sostrata: & istam, quod potes: fac consolere. Ibidem. Quæso facito hoc tecum cogites. Plancus Cicer. Fac valeas, meque mutuo diligas. Cicer. Dolabellæ libr. 9. Fac vt diligentissimè te ipsum mi Dolabel- la custodias. Plaut. Cistell. Facito vt facias stul- titiam sepelibilem.

Hoc dico. l.
ita dico.

Plin. in præfat. Subcessiuis tēporibus ista curamus: nequid vestris putetis cessatum ho- ris, scilicet, hoc dico nequid. Cicer. Satiari dele- ctatione non possum: vt mea senectutis ne- quem oblectationemq; noscatis. Virgil. Nec sum adeo informis: nuper me in littore vidi. Terent. Andr. Quasi tibi non renūciatum sit. Terent. Hecyr. Quasi non tu multo malis. vbi

Do-

Donatus supplet: Ita dicis.

Cicer. Mario. Cum Libone tuo vel potius Ire. nostro in Pompeianum statim cogito. Idem Attic. Inde ad Taurum cogitabam, vt cum Mophagone signis collatis, si possem. Deest Ire, & conflagrem. Idem Attic. Rhodum volo puerorum causa, inde quam primum Athenas.

Cicer. Att. Quod epistolam meam ad Bru- tum poscis: non habeo eius exemplum. Quia Respondeo. fil. Sed si confessionem culpæ meæ exigitis: ego fui pater durus, & patrimonij tenax cu- stos. respondeo, vel confiteor.

Terent. Quid is fecit? Quid ille fecerit? Ro- Rogo. gas. Idē Eun. Nō vides? vidēā obsecro? quem? Idem, Quid ergo narras? quid ego narrem?

Virgil. Gallo. Ah te ne frigora lædant: Ah Timeo, vel tibi ne teneras glacies secet aspera plantas. si caue, vel vi meo, vel caue. Terent. Adelpi. Ne nimium de. modo bonæ tuæ istæ nos rationes Micio, & tuus iste animus æquus subuortat. Vbi Do- nat. Subuortat legendum est, vt subaudia- mus Timeo, vel aliquid tale. Persius Satyr. 1. Quare ne mihi Polydamas, & Troades La- beonem Prætulerint. s. metuo. Horat. 1. Car- mi. Terruit gentes, graue ne rediret Sæculum Pyrrhæ, id est, ita terruit gentes, vt timerent, ne rediret. Quid. 1. Metam. Me miseram, ne prona

prona cadas, indignave leđi Crura notent sen-
tes. s. timeo, vel caue, vel vide. Terent. Heaut.
At vt satis contemplata sis, mea nutrix, s. vide.
Idem, verum illa nequid titubet. s. vide, vel ca-
uendum erit. Teren. Phorm. Vereor ne istæc
fortitudo in neruumerumpat.

Amet, vel
adiuuet.

Mehercule, Mecastor, Medius fidius. s.
amet, vel adiuuet. quasi dicas: me Deifilius
adiuuet: me Hercules amet. Et me Hercu-
le pro me Hercules dictum esse, autore est Ci-
cero in Oratore. Festus in voce Mecastor. Me-
Castor, & me Hercules iusiurandū erat, quasi
diceretur: ita me Castor, ita me Hercules: vt
subaudiatur, Iuuet. Vide eundem in voce Me-
dius fidius, & in voce Ita. Vide etiam Petrum
Crinit. lib. 21. cap. 6.

Facio, vel
dico.

Plin. in epist. Studes? an piscaris? an ven-
ris? an simul omnia? s. facis. Quintil. Nil aliud
quam reuuet. Martial. Nil aliud, bulbis quā
fatur esse potes. Sic in illis: Bene Ennius: Pru-
denter Scipio, s. dixit vel fecit. Item, Dij me-
lius: Dij meliora. Tibull. Dij meliora ferant,
nec sint infomnia vera. Terent. Bona verba
quæro. s. dic.

Reliqua sunt facilitora: vt Quid multis
Quid multa? Scit fidibus, scilicet, canere. Scit
Latine, scilicet, loqui. De his haftenus. Hæc
haftenus.

DE

DE PRÆPOSITIO-
NUM ELLIPSI.

PRæpositionum Ellipsis duabus regulis
continetur. Prima. Nullus non ablati-
uus à præpositione pendet. Altera. Ac-
cusatiuus, qui nec sit infiniti suppositum, nec
Actiuorum appositū, à præpositione pendet.

De nominibus vrbium, prouincia-
rum, & insularum.

IN nominibus non solum vrbium, sed & Ad, in. ab,
insularum, & prouinciarum, atque etiam dc.
aliorum locorum sæpè deest præpositio:
vt, Tendit Romam, Ægyptum, Italiam, Cy-
prum, Elyfios, Rus, & domum. Venio Roma,
Ægypto, Cypro, rure, domo, agro. Longum
esset (quod iam feci aliquando) si testimonia
velim congerere, vbi adhibeatur præpositio.
Hoc vere ausum affirmare, sæpius inueniri no-
mina vrbium cum præpositione, quam sine
illa. Nam Titus Liuius ferè sine præpositione
non loquitur. Neque audiendus est Quintilla-
nus, qui solæcismum credit esse: Veni de Su-
sis in Alexandriam. Sed absurdus delirant,
qui contēdunt aliud esse: Eo Romam: aliud.
Eo ad Romam: Sic venio Roma, & venio à
Dd Roma.

Roma. Dicunt enim sine præpositione locū ipsum significari: cum præpositione vero iuxta, vel prope. Delirat igitur Lilius libro. 5. Deca. 1. qui sæpè nunc Veios, nunc ad Veios eodem sensu dicit. Græci dicunt Noctuas in Athenas: Latini Noctuas Athenas. Nec mihi etiam in hac parte placet ipse Cicero quum libro. 7. Epist. 3. Attico se se excusat, quod scripserit: In Piræa quum venissem. Nam ipsemet nobis autor est, vt addamus, si libuerit, præpositionem. Cicet. 1. Acad. venisse ab Roma. Idem de Senect. Miles profectus sum ad Capuam, quintoq; anno post ad Tarentum quartor. Idem Phil. 8. vt ab Alexandria discederet. Innumera alia sunt in epistolis ad Attic. Propert. libr. 3. Magnum iter ad doctas proficiscicogor Athenas. Martial. Tibur in Herculeum migravit nigra Lycoris. Idem libro. 13. Hæc de vitifera venisse picata Vienna. Et multa sunt proverbia: vt, Nauiges in Mafsiliam, & de Mafsilia venisti.

Accipe rursus contra istos ellipsin præpositionem in nominibus prouinciarum & insularum, & aliorum locorum. Virgil. Italiam fato profugus Lauinaque venit littora. Idem, At noshinc alij sitientes ibimus Afros, Pars Scythiam, & rapidum Cretæ veniemus Oaxem, Et penitus toto diuisos orbe Britannos.

Idem,

Idem, Æollam venit, loca foeta furētibus Austris. A Enci. 6. Deuenere locos letos, & amœna vireta Fortunatorum nemorum, sedes que beatas. Ibidem. Hac iter Elysiūm nobis. Ibid. Hæc limina tendere adēgit. Ibidem. Finesque canebat Venturum Aulonios. Cretam portaretur dixit Catullus. Sed statim obiiciunt imperiti poetarum testimonijs non standū, qui causa carminis cuncta conturbant. O ingenia putida & infelicia. Sed age, accedant Oratores & alij. Cic. pro lege Manil. Inde Sardiniam cum classe venit. Idem pro Mure. Quæ ex pugna quum se ille eripuisset, & Bosphorum confugisset. Idem. 3. Verr. Samon, Tenedon, & Delon nunc dum præpositione, nunc sine illa scribit. Et alibi Sardiniam, Siciliam, Cyprum, Corcyram. Idem Atti. Si Pompeius Italia cedit. Sallustius (citāte Frontone) Tum verò Bithyni propinquātes iam amnem Tarranium. Papinianus lege. 75. ff. de cont. & de monst. Quum Asiam venisset. Suet. Aug. De cedēs Macedonia. Ibid. 17. Ab Actio quum Samum insulam in hyberna se recepisset. Idē Vesp. Vt eo tempore Iudæa profecti rerum potirentur. Valer. Max. libr. 1. cap. 6. Pœnorum exercitum Italia pelleret. Idem libr. 1. capit. vlti. Epirum portanda dedit. Iustinus libr. 20. A Egyptum primo profectus. Cretā con-

D d 2 ten-

tenderat. Mela libr. 3. cap. 9. Aegyptum tendere. Ibidem, Aegyptum exportat. Tacitus libro. 2. Germanicus Aegyptum proficiscitur. Et libr. 4. Cretam amoueretur. Liuius libr. 5. Decad. 5. exercitum Aegyptum induxisset. Ibid. Cyprum ex templo classem misit. Plaut. Curc. Quia parasitus nō redijt Caria. Terent. Phorm. Qua profectus causa hinc Lemnum Chremes? antea dixerat, iter illi in Lemnum ut esset. Apulei. libr. 9. Metam. Larē reueni meum. Ibid. proximam ciuitatem deducere consueuerat. Ibid. Baculo se vix sustinens ciuitatem aduenat.

Nunc videamus Rus & domum cum propositionibus, in singulari & plurali. Liuius libr. 9. Decad. 4. Iam ubi vos dilapsi domos, & in rura vestra eritis. Cic. Tusc. Quum in sua rura venerint. Asconius in Miloniana: Qui forte ex rure in urbem reuehebatur. In domo Caesaris, in domo Lentuli, in domo Leccae trita sunt apud Ciceronem. Cic. 6. Verr. Ad praetoris domum. Verr. 3. Ad eam domum, in qua ipse diuersabatur, profecti sunt. Verr. 7. In Chelidonis domum praetura tuam contulisti. Idem Paradoxo. 3. In quancunq; domum stuprū intulerint. Idem. 2. leg. In ipsius patris domum detulimus. Idem. 5. Tusc. Socrates philosophiam, & in urbibus colloca-

uit,

uit, & in domos etiam introduxit. Terent. Eunu. Si in domum meretriciam deducar. Apuleius libr. 4. Quippe quidam procurrens est domo procerus & validus. Ibid. Nam visa sum mihi de domo, de thalamo, de cubiculo, de thoro denique ipso violenter detracta. Idem libr. 5. Psyche procurrit e domo. Et libr. 7. Petitis e domo ferramentis. Et libr. 8. Ac ille nouitium susceptum famulum trahebat ad domum. Cice. 1. Tusc. Quasi in domum suam venerit. Asconius in Milon. Attulit ad domum Scipionis. Licet ergo dicere: in mea domo: in tuis domibus: ab domo egressus: de domo: ex domo: in domum: ad domum: quorum testimonijs, quia innumera sunt, ne fastidio sim, supersedeo.

DE ABLATIVO,

quem falso absolutum vocant.

Quoties imperiū, siue praefecturā in pace Sub. in bello, in literis significam? Sub. vel potius Graeca $\epsilon\pi\iota$, desideratur. Persius Saty. 5. Marco sub iudice palle? Martial. lib. 1. Quos decet esse hominum tali sub principe mores? Idem lib. vndec. 2. Sub te praeside. Nec non licet. Ibid. 8. Penelope licet esse tibi sub principe Neraa. Et libr. 12. 5. Sed tu sub

D d 3 prin-

principio duro. Ibid. 63. Sub quo pigra quies.
 Propert. lib. 2. Cæsare sub magno cura secun-
 da fores. Ouid. 14. Metam. Rege sub hoc Po-
 mona fuit. Liuius. Sub Afrudrale imperatore
 meruit. A Eneid. 8. Sub te tolerare magistro
 militiã discat. Horat. Sub patribus duris. Va-
 ler. Max. lib. 4. capit. 2. Factum, ne sub Calio
 quidem autore repudiandum. Idem lib. 6. ca.
 5. Nam cum L. Atracino (sub quo duce aciem
 nostram, &c. Ouid. 13. Meta. Mœnia quifor-
 ti Troiana sub Hercule cepit. Statius in Syl.
 Cerealia dona coronæ, Te sub teste tuli. Clau-
 di. 4. cõf. Honorij: Tum conspicuus gratulq;
 feretur, Sub te teste labor. Plin. libro. 18. de
 murib. Sub autore Aristotele. Cornel. Celsus
 in proœm. Sub autore Temifone contendun-
 tur. Ouid. 13. Meta. An quod in arma prior,
 nulloque sub indice veni. Valer. Max. lib. 4.
 cap. 6. sub magno iudice damnatum. Virgil.
 Sole sub ardentiresonãt arbusta cicadis. Idẽ.
 Quales apes æstate noua per florea rura Exer-
 cet sub sole labor. Lucan. lib. 1. Et quauis pri-
 mo nutet casura sub Euro. Idem lib. 2. Quaq;
 sub Herculeo sacratus nomine portus. Et in
 Symbolo. Passus sub Pontio Pilato. Multa
 huiusmodi prætereo.

A, vel sub. A, solet capi pro Post: vt, à coena, secun-
 dus à rege. Ouid. 4. Trist. 10. Nec stirps pri-
 ma

ma sui, genito sum fratre creatus. Cice. Cuius
 à morte hic tertius & tricesimus est annus.
 Sub, etiam (vt notat Seruius in illo Æneid. 7.
 Quo deinde sub ipso) capitur pro Post. Ouid.
 2. Metamor. Surgit ab his folio. 1. post hæc.
 Plaut. Poenul. Iam ab re diuina credo appare-
 bunt domi. Sic dicimus: Ab vrbe condita, vel
 à condita Roma. Quum ergo dicimus: capta
 vrbe triumphauit: deest à, vel sub. Et, lectis
 tuis literis venimus in senatum. s. à vel sub le-
 ctis. Lucanus libro primo. Moremque fi-
 nistrum sacrorum Druidæ positis repeti-
 stis ab armis. Eodem sensu idem Lucanus
 libro secundo dixit: Quas est vulgata per
 vrbes. Post me Roma ducem. Et Horat. Post
 ignem ætheria domo subductum. Ouid. 2.
 Trist. Hic tibi sic redeat superato miles ab
 hoste.

Deo duce: Musis fauentibus. s. cum. Græce Cum.
 S y N. Plaut. Perf. Sequere hac mea gnata cū
 Dijs volētibus. Liuius lib. 1. dec. 3. Agite cum
 Dijs bene iuuantibus. Ennius apud Cic. Do-
 que volentibus cum magnis Dijs. Cato ca-
 pit. 14. Rusti. Circumagi cum Druis volen-
 tibus.

Aliquando etiam deest In, vt, Orpheo can-
 tante: cantando rumpitur anguis. Terent. In
 cognoscendo tute ipse aderis. Idẽ, In denegã-

do. Cicer. 2. Natur. Itaque salem istum (quo caret vestra natio) in irridendis nobis nolite consumere. Ouid. 2. Metam. Mens antiqua tamen facta quoque mansit in vrsa. Lucan. lib. 2. Toto quanuis in corpore caeso Nil animæ lethale datum.

De instrumenti propositionibus.

Cum.

IN instrumento significando deest Cum, Græcè ΣΥΝ. Sed vitandæ ambiguitatis gratia non adhibetur. Quum enim dicit: Tetigi illum cum hasta: nescitur, an illum, & hastam tetigeris, an vero instrumentum significes. Sed ubi dubia non est oratio, venuste apponitur: ut, vidi gladium, cum quo se percussit. Ouid. 1. Metam. Conculsit terque qua terque Cæsariem, cum qua terram, mare, fide ra mouit. Idem in Episto. A contij: Testis & Actæon, quondam fera creditus illis, Ipse dedit letho cum quibus ante feras. Idem. 4. Fast. Hæc modo verrebat raro cum pectine pratum. Aldus aliter emendauit, quod non probat. Plin. lib. 9. capit. 28. Cæteri cirri, cum quibus venantur. Sic habet antiqua lectio. Paul. Orofius libro. 7. Ipse imperator cum sagitta saucius. Et quid elegantius quam illud non incelebris auctoris. (Gladium, qui cum se percussit.

cusserat, eduxit) quod imperitè damnat Val-la libro. 2. capit. 6.

Alijs etiam præpositionibus videtur in-
strumentum exprimi. Virgil. 2. Georg. Aut
presso exercere solum sub vomere. Ouid. 5.
Fast. Pectora traiectus Lynceo Castor ab en-
se. Idem. 2. Trist. Neue peregrinis tantum de-
fendar ab armis. i. cum. Ibid. Qua nuptæ pos-
sent fallere ab arte viros. Columel. lib. 9. ca-
pit. 1. Semperque de manu cibos, & aquam
præbere. In sacris vero ex Hebraismo expri-
mitur, In, vt visitabo in virga peccata eorum.
Præualuit David contra Philistæum in fun-
da & lapide Deuter. cap. 18. lapidabitiseos in
lapidibus. Lucæ. c. 22. Domine, si percutimus
in gladio? Et, si sal euauerit, in quo salietur?

DE COMPARATIVI
præpositione.

DEesse præpositionem in ablatiuo com-
paratiui comprobant omnium lingua-
rum idiomata: Hebrææ præcipuè, quæ
nomina comparatiua non habet: sed compa-
rationem per hanc particulam MI, enūciat:
sicut Græci per H. Latini per QVAM. Hi-
spani per MAS. Mihi, quantum ex veterū
lectione obseruo, in præpositionibus, non in

Dd 5 nomi-

nominibus, videtur esse vis comparationis.
 Nam & in verbis, & positivis, comparati-
 nis, & superlativis apparet comparatio vir-
 tute præpositionis. Terent. Eunuc. Hic ego
 illum contempfi præ me. Ibidem. Ludum
 iocumque fuisse illum alterum dices, præ
 huius rabies quæ dabit. Plaut. Mostell. Vi-
 deo te nihili pendere omnes homines præ
 Philolache. Horat. Cuncta ne, præ campo
 & Tiberino flumine sordet? In positivis sic.
 Plaut. Aulular. sed hoc etiam pulchrum est,
 præquam ubi sumptus petunt. Ibidem. Pa-
 rum etiam, præ ut futurum est præ dicas. Ho-
 rat. Epod. 3. Ut Argonautas præter omnes
 candidum Medea mirata est ducem. Virgil.
 O felix vna ante alias Priameia virgo. Æ-
 neid. 3. Vanum illud tibi nate Dea præque
 omnibus vnum prædicam. Idem. Fugit an-
 te alios exterritus Aruns. Propert. libro. 2.
 eleg. quæ incipit: Iupiter. Num sibi collatam
 doluit Venus? illa per æquæ Præ se formosis
 invidiosa dea est. Livius libro. 1. Parvam Al-
 bam præ ea, quæ concreta fore. Cice. Sul-
 pitio: Non tu quidem vacuus molestus, sed
 præ nobis beatus. Apulei. 9. Metam. Fabu-
 lam denique bonam præ cæteris ad aures
 vestras adferre decrevi. In comparativis,
 sic. Plaut. Aulul. iam minoris omnia facio
 præ

præ quam quibus modis me ludificatus est.
 Sall. Cæterum ante hos, te Iugurtha, qui
 ætate & sapientia prior es. Virgil. 1. Æneid.
 Pygmalion scelere ante alios immanior om-
 nes. Sueton. Galba Præter cæteras altio-
 rem, & dealbatam crucem statui iussit. &
 Psalm. 18. Dulciora super mel & fauam.
 In superlativis, sic. Virgil. 7. Æneid. Petit an-
 te alios pulcherrimus omnes Turnus. Sueton.
 Vitell. 13. Famosissima super cæteras
 fuit cœna ei data. Plinius libro. 27. capit. 7.
 Herba facillima, atque inter cæteras utilissi-
 ma. Ovid. 4. Pont. 10. inter omnes maximus.
 Plinius libro decimotertio. inter omnes po-
 tentissimus odor. Si igitur in præpositione
 significatur comparatio, necessario in abla-
 tivis comparationis deest Præ: Plaut. Epid.
 Atque me minoris factum præ illo. Apu-
 leius libro octavo. Meta. Neque vlla caprea
 neque pavens damula, neque præ cæteris
 feris mitior cerua, sed aper immanis atque
 inusitatus exsurgit. Ibidem. Sed vnus præ cæ-
 teris & animo fortior, & ætate iuuenior, &
 corpore validior exsurgit alacer. Idem li-
 bro decimo. Vnus è curia senior præ cæte-
 ris compertæ fidei Sosipater Charissus lib. 1.
 de comparat. Et confirmat præ illo neminè
 esse doctiorem. Et infra: Et habent alios præ se
 doctio-

doctiores. Esdræ. 3. capit. 4. και ἀληθία μεγάλη, και ἰσχυροτέρα παρὰ πάντων. id est, veritas magna, & fortior præ alijs. Daniel cap. 1. Apparuerunt vultus eorum meliores, & corpulentiores præ omnibus pueris, qui vescabantur cibo regio.

Præ.

Sed quid mirum in cōparatiuis deesse Præ, quæ etiam in positiuis & superlat. desit: Plaut. Most. Speculo claras ædes, clarorem meruro. Idem Amph. Nullus est hoc meticulosus æquè. Idem Moste. Quo nemo ad æquè ante hac habitus est parcus. Idem Asin. Nec me Athenis alter hodie est quisquam, cui creditur rectè æquè putent. Idem Cass. Nec est, neque fuit me fenex quisquam amator ad æquè miser. Matthæi cap. 3. de grano sinapis, quod minimum est omnibus seminibus. Arnobius libro. 2. contra Gentil. Quia omni vero verissimum est, certoque certissimum. s. præ. vide inf. in aduerb. ellipfi Quam pro.

De pretij præpositione.

Pro.

Non bene pro toto libertas venditur auro. Plaut. Asinar. Par pari datum hostimentum est, opera pro pecunia. Idem Aulul. Pro vapulâdo abs te mercedem petam. Columel. lib. 5. ca. 1. Pro quibus nulla merces

merces dependitur. Ænei. 5. Hanc tibi Eryx meliorem animam pro morte Daretis Perfoluo. Cæsar. 7. Ciuil. Pecuniam pro ijs rebus soluit. Cic. 4. Fin. Æstimatione aliqua digna, eaque pro quantum in qua; sit ponderis, esse æstimanda. Sallust. Nemo nisi victor pro pace bellum mutauit. Valer. Maxi. lib. 4. cap. 6. Qui coniugis fata pro tuis permutari passus es. Teren. Eunu. Par pro pari referto. Sic enim legunt peritiores. Cic. 1. Verr. Pro quo frumēto pecunia omnis soluta non est. Sallust. Iugurtha pro metu repente gaudium mutare. Nec refert Latinitatis vtra in parte adhibeatur præpositio, vtroque enim modo pretium significatur, vel æstimatio, vt, Dedi leporem pro denario, vel dedi pro lepore denarium. Terent. Heri minas viginti pro ambobus dedi. Horat. Dedit hic pro corpore nummos. Virgil. Vitamque volunt pro laude pacifici. Hinc illa trita: pro nihilo putare, pro nihilo pendere, &c.

De verbis copiæ & inopiæ.

In verbis copiæ & inopiæ causa cernitur A, vel De. vel ut efficiens, ideo desit à, vel de. Cæsar. 3. ciuil. Hæc à custodibus classium loca maxime vacabant. Cic. 5. Attic. Locus à frumēto

to copiosus. Idem pro Flac. Vsq; eo orba fuit ab optimatibus illa concio. Idem pro domo. A magistratibus nuda resp. Ibid. Ab amicis inops. Idem in Offic. Adhibenda est vacuitas ab angoribus. Idem pro Deiot. Sed tamen quicquid à bello Populi Ro. vacabat. Lilius. Ne quando à metu, ac periculis vacarent. Virgil. Culice. Viduos à lumine Phœbi. Sallust. Catil. Omnes qui de reb. dubijs consultant ab odio, amicitia, ira, misericordia vacuose esse decet. Cic. De quibus volumina impleta sunt. Idem, De nugis referti libri. Martial. Hos nisi de flava loculos implere moneta, Non decet. Dicitur. Sanguis manat à vulnere, vel de vulnere. Itaque, Egeo pecunijs, est, Egeo egestatem à pecunijs, hoc est à parte pecuniarum.

De varijs alijs præpositionibus.

Cum. In,
de.

QUum Modum significamus varias præpositiones aut apponimus, aut intelligimus: vt lento gradu: longaveste. hac lege, vel cum lento gradu, cum longa veste, sub hac lege, & conditione. Terent. Eunu. Pace quod fiat tua, scilicet, cum, teste Donato. Lucanus libr. 1. Aut hic errat nulla cum lege mundus. Sallust. de repub. Multi præterea cum bona spe adolescentes (sicuti hostiæ) mactati sunt. Plaut. Menech. Magna cum

cum cura ego illum curari volo. Cicer. de Senect. Neque vero in armis præstantior quam in toga. Virgil. Horridus in iaculis. Idem, Cæsis prius de more iuuentis. Idem. Cunctis ex more vocatis.

In tempore, si sit accusatiuus, deest Per, vel Ante: vt centum vixit annos. Quarto Calendas. Cicer. Hunc per decem annos alimus contra nos. Hæc docet Priscianus libro. 18. Fallitur igitur Erasmus in copia capit. 150. Horat. Quod in vnum viuat & plures. Idem. 2. Epistol. Sed in longum tamen æuum Manserunt.

Si tempus sit in sexto casu, deest In, vel De: vt tribus annis, hora prima. Cicero Topic. Si filius natus esset in decem mensibus Cæsar: De tertia vigilia. Terent. And. In dieb. paucis quibus hæc cocta sunt.

In Distantia, si sit accusatiuus, deest. Per, vel Ad: vt sex pedes altus, patet vltimas quatuor. Lanctant. de Phœnice: Per bis sex vinas eminet ille locus. Varro libro. 3. capit. 5. Rest. Est lapis à salere pedem, & dodrantem altus, ipsum salere ad duo pedes altum à stagno, latum ad quinque.

Si Excessus, vel Modus sit in sexto casu, deest In: vt paulò maiora canamus. Cic. 4. acad. De moerit^o huic in hoc similis, vberior in ceteris, Cicer.

Per, vel ante, vel In.

In, vel De.

Per, vel Ad.

Cic. pro Balbo. In quo erat accusatoris interpretatio indigna responsione.

Cum,

Afficio te honore, prosequor te odio. f. Cū. Liuius lib. 9. dec. 4. Prosecuti cum donis legatos sunt. Idem lib. 2. dec. 1. Decedentem domum cum favore ac laudibus prosecuti sunt. Cic. Q. Frat. lib. 2. Publicani Domitium cum equis prosecuti sunt. Plinius epist. 1. 59. Mentionē alicuius cum honore summo prosequi.

In.

Ibam via sacra. f. in. Cice. 3. Tusc. Qui miser in campis mœrens errabat Aleis. Terēt. Eun. Haud conuenit vna irē cum amica imperato rem in via. Idem Heaut. Qui nuper fecit seruo currenti in via decesse populum. Virgil. Et victis dominabitur Argis. f. in Argis. Lucan. 1. Rarus & antiquis habitator in vrbibus errat.

A, vel ab.
vel E.

In causa efficiente deest A. vt Palleo metu: horres frigore. Cic. Acad. Mare nunc (quia à sole collucet) albescit, & vibrat. Ouid. 1. Met. Pluuiōq; madescit ab Austro. Ibidem. Postquam vetus humor ab igne percaluit solis. Idem. 2. Fast. Sed tamen à vento, qui fuit, vnda tumet. Silius lib. 6. Ienta proclamāt ab ira. Sic horreo à frigore. Apulei. libro. 4. Metam. Sed à gloria non periuit. Terent. And. Laborat è dolore.

Ab.

Terent. Stulto intelligens quid interest. i. ab stulto. Cic. Negant à falsis interesse visa.

Horat.

Horat. Abest virtute disertis Messala. i. à virtute. Ouid. 4. Trist. eleg. 1. Amus ad iugines vrbis ab arte viros. Cic. libro. 1. 2. epist. 1. Ab illo sordidissimo periculo tuti futuri. Plaut. Trucul. Ab ingenio est improbus. Terent. Phorm. Ociosum ab animo. Sic dicimus virtute præditus. f. ab, vel cum.

Morē hominum facis: Amicorum consilio feci. Mea sententia: meo iudicio. f. de. Cic. De amicorum sententia Roseius Romam cōfugit. Idem, idque de meo consilio. Idem Attic. Nihil faciam, nisi de sententia tua. Cic. Flere de morte alicuius. Plaut. Capt. Re in deo pacto geri. Idem Menech. Tute te piani de mea pecunia. Idem Epid. Quibus de signis agnoscebas.

ADVERBIORVM

& coniunctionum Ellipsis.

Terent. Melius, peius, prosit, obicit, nihil vident nisi quod labat. f. an, ne, vel. Plaut. anis: Studes? an piscaris, an simul omnia? pro, studes ne? Velis, melis: scias, nescias, scilicet, aut, seu. Cic. quat. or., ad summum, quis que sunt inuenti, qui Milonis causam non probarent.

Ee

Ter. nt.

Etiam, vel Terent. Hæc quæ illi Micio dico, tibi dicas.
Nã. l. Quia tu illum corrumpti finis. Et tu enim. Virg. Nec
 futi adeo informis, nuper me in littore vidi.
Idem. Alba ligustra cadunt, pro **Quia.**

Et. l. Atq; Hæc, illuc, extra, intra, æqui boni; optimus
 maximus; vt frui: dare legare, scilicet, Et. vi.
 de Adria Card.

Etiam Non solum elegans, sed factus, scilicet, sed
 etiam. Vide Non.

Igitur, vel Ouid. Hunc quoque fiderea qui temperat
Ergo. omnia luce Cepit, amor Solem, Solis referam
 omnes amores. i. Solis igitur. Terent. Hæc non
 successit, alia aggredimur via.

Ita. Faciam vt iabes. s. ita vel sic. Horat. Vtu
 Fortunam, sic noster Celse feremus. Plaut. Vt
 velis esse me, ita ero.

Hic acriter aduertendum est: Non posse in
 oratione poni Ita; vel sic: quin continuo sub-
 audiatur vt, vel vti. Nec item posse poni Vt,
 cui non respondeat Ita vel Sic. Virg. 4. Geor.
 Vt binæ regum facies ita corpora gentis. In
 illis porro tristis: Ita Neptuno visum est: Sic
 visum superis: Sic fatur: Ita fatur, etiam deest
 vt: Quasi dicas: Ita fatur, vt diximus, aut di-
 cemus. Item quæ precamur: Sic tibi fit felix
 iter: Martial. lib. 7. Sic me fronte legat domi-
 nus Faustine, serena, cæt. Vt mea nec iuste,

Magis, vel Plaut. Tacita semper bona est mulier, quæ
Potius, loquens.

loquens: i. magis bona. Sæpe Græcis deest
μᾶλλον. i. magis. Vnde illa: Bonum est confi-
 dere in domino, quàm in principibus. Terent.
 Si quisquam est, qui placere se studeat bonis,
 quàm plurimis. i. bonis potius, quàm pluri-
 mis. i. malis. Tacitus. 4. Ann. Agrippa claris
 maioribus, quàm virtutibus. Idem. 1. Ann. Et
 pacem, quàm bellum probabam. Plaut. Me-
 nech. Scen. Nimis: Quin vidua viuam; quàm
 tuos mores perferam. Vide Prius.

Cauere cadas, caue faxis. s. ne. Vnde fallitur
 Valla, & alij. Cic. Nonne caueam, ne scelus fa-
 ciam. Plaut: Tu caue, quadraginta accepisse
 hinc ne neges. Terent. Etiam caues, ne videat
 te aliquis. Vide Vt.

Post Non modo, Non solum, Non tantum Non.
 (dum Oratio dubia non sit) deest Non. vt si
 dicas: Alexander non modo parcus, sed etiam
 fuit liberalis. i. non modo non parcus. Cic. 1.
 Catil. Vt iam ista non modo homines, sed ne
 pecudes quidem mihi passura videantur.
 Ibid. Sed ita vt non modo ciuitas, sed ne vicini
 quidem proximi sentiant. Idem Orat. Nã si;
 vt in epularum apparatu, non se parcum so-
 lum, sed etiam elegantem videri volet. lib. 10.
 Att. epist. 7. Regnũ nõ modo Romano homi-
 ni, sed ne Persæ quidem cuiquam tolerabile. Idem
 1. Orator. Neque solum in scientiam meam,

Ne.

sed ne rerum quidem magnitudinem perspicit. & 1. Tusc. Mortuorum non modo vitæ commodis, sed ne vita quidem ipsa quisquam caret. Varro lib. 8. ling. Lat. Dicam de vniuersa analogia, cur non modo videatur esse reprehendenda, sed etiam cur in vsu quodammodo sequenda. Latius hæc Muretus lib. 10. cap. 7. variarum. Accipe rursum testimonia in tegre locutionis. Cicer. de Senect. Quia non modo vituperatio nulla, sed etiã summa laus senectutis est. Ibid. Nec solum non molesta, sed etiam iucunda. Ibid. Sed videtis vt senectus non modo languida atque iners non sit, verum etiam operosa, & semper agēs aliquid, & moliens. Idem pro Cael. In quo non modo crimen non hærebat, sed vix disertis adolescentis cohærebat oratio. Idem pro Deiot. Non modo tibi non succentet, verum omnem tranquillitatem, &c. Idem. 2. Philip. vt non modo non cohærentia inter se diceret, sed inmaxime disiuncta atque contraria, Nec tibi ego autor sum, vt semper post non modo, non solum, non tantum suppleas negationem: nam sensu integro poteris dicere: Non solum diues est, sed etiam doctus. Cicer. Pro Planc. Manlijum non solum ignobilem, verum sine virtute, sine ingenio. Hæc verius, quam Valla lib. tertio. capit. 27.

Quintil.

Quintil. Quum Ciceroni dormire in te. Non solum Demosthenis oratio, verum etiam Homerus ipse videatur. s. non solum. Cicer. Vrget ille quidem, & Philotimus, & Cincius, sed etiã ipse crebro interuiso.

Horat. in Arte. Tibia, non vt nunc orichalco vincta, tubæque æmula: sed, &c. 1. Tibia olim non erat vt nunc.

Liuius: Quadringentesimo anno, quam post. Vrbis Roma condita erat. i. postquam. Idem. Anno tricesimo altero, quam Roma condita erat. Idem. Altera die, quam à Brundisio soluit. Cicer. Terent. Postridie intellexi, quam rã vobis discessi.

Sæpe deest particula, Prius, ante vocem Prius. Quam: Terent. Eunu. Omnia experiri, quam armis sapientem decet. sed ibi legitur nunc: Omnia prius. Plaut. Amphit. Gravidam ego illam hic reliqui, quam ab eo. Ita legit, Iann. in quaest. Idem Plaut. Trinum. Confit cito, Quã situ obijcias formicis papauerẽ. vide Magis.

Terent. Adelpi. Plus quingetos colaphos infregit mihi. i. plusquam. Varro Rusti. Non minores oportet iniri bimas, vt trimæ pariât. i. quam bimas. Idem. Videndum ne sint minores trimæ, maiores decem annorum. Terent. Eunu. Accede ad ignem hunc, iam calefces plus satis. i. plus quam satis sit, vt notat Quin-

Ee 3 til.

til. quanuis Donato videatur pleonasmus. Te-
rent. Ibidem. Plus millies audiui. Plin. lib. 10.
Plus vicenaquina oua incubanda subijci ve-
tant. Linius. Capta amplius duo millia homi-
num, minus duo millia circa muros caesa. Cic.
pro Rosc. comœ. Amplius sunt sex menses.
Ibid. Amplius triennium est. Ibid. Triennium
amplius in aduersarijs iacere pateris. Plaut.
Epid. Plus iam sum libera quinquennium.

Quâ ante. Deest & Quàm, post aliqua comparatiua.
Virg. Tristior, ac lacrymis oculos suffusa. Et
Faciã te certiore. s. quàm antea eras. Nec
audiendus est Quintilianus, & alij, qui putãt
copatiuũ posse accipi pro positiuo. Terent.
Liberius viuendi fuit potestas. s. quam antea.

Quâ pro. Docent Grammatici, quasdam esse compa-
rationes obliquas, vel improprias: vt, dicitur
opinio, tristior solito, cogitatione citius, ca-
cœus maior pede. Sed in his & similibus credi-
derim deesse Quam pro Cice. 1. 3. Philip. Plus
etiam quam pro virili parte obligatum puta-
t. Linius lib. 10. Dec. 3. Maior quam pro rehati-
tia. Linius libro. 1. Decad. 3. Pluribus ignibus
quam pro numero manentium factis. Idem
lib. 5. decad. 3. Maior quam pro numero ho-
minum editur pugna. Q. Curtius lib. 7. Vetus
maiorẽ quam pro flatu sonũ edebat. Intege-
ritaq; dicimus: vestis maior est quam pro cor-

port

porẽ, calceus laxior est quam pro pede, vel
quam pro pede.

Particula Tamen aduersantem aliam desi-
derat. Cicer. pro Arch. Qui sedulitatem mali
poeta duxerit aliquo tamen premio dignã.
quanuis mali. Idem pro Mil. Qui nondum li-
bera ciuitate, tamen populi Rom. comitijs li-
beratus est. Idem in epistol. Tamen à malitia
non discedis. Valla lib. 2. cap. 4. Videtam en-

Horat. Neq; verbum verbo curabis reddere
fidus interpretis. i. quasi fidus. hoc enim est
officium fidi interpretis, vt verbũ verbo red-
dat. Idem: vixisset canis immundus. i. quasi,
tanquam, ceu, veluti canis. Vide Tanquam.

Catul. in Phasello. Iquã, siue dextera. p. siue
Iquã, siue dextera. Horat. Cãtamus vacat; siue
quid vrimur. Idẽ. Quo nõ arbiter Adriã ma-
ior; tollere seu ponere vult freta. Idẽ. Et Stene-
las sciẽs pugna, siue op^o est imperitare, equis.

Horat. Qui sit Meccenas, vt nemo sua sorte
contentus viuat, laudet diuersa sequentes?
pro sed laudet. Idem: multis ille quidem flebi-
lis occidit, nulli flebilior quàm tibi Vergili,
sed nulli. Idem in Arte: Ex noto fictum car-
men sequar, vt sibi quiuis speret idem: su-
det multum frustra que laboreat ausus idem.
pro sed sudet.

Horat. Decies cetera dedisses huic parco. s.

Ec 4 si de-

Quamquã

Quasi

Sicut

Sed

St.

si dedisses. Cicer. parad. Poscit, dandum: eiecit,
 abeundum: minatur, extimefcendū: i. si
 poscit. Terent. Negat quis, nego: ait, aio. Idem
 Phorm. vnum cognoris, omnes noueris. Idē
 Heaut. Rectum est, ego vt faciam: non, vt de-
 terream. i. si rectum est, vt ego itidem faciam:
 si non est, vt te deterream: sic enim ego ante
 Faernum dispunxi. Horat. 1. carm. Sapias, vi-
 na liques. i. si sapias.

Sic. Horat. epist. 18. Vt matrona in ceteris di-
 sparet, atque discolor, in fido scutra distabit
 amicus: i. sic in fido. Idem Saty. 1. idios, vt me-
 titretur nummos. i. sic diues, vel ita diues: vt in
 fra ita sordidus, vt se, & c.

Tamen. Terent. Adolph. Quamquam est sceleratus,
 non committet hodie iterum vt vapulet. i. nō
 tamen committet.

Tanquā. Apud Horatium sēpē, & elegāntissimē deest,
 Tanquam, vel quasi. Oda. 7. lib. 1. Sic tu sa-
 piens finire memento tristitiam. Epist. 2. lib.
 1. Quæ si cum socijs stultus cupidusque bi-
 bisset. i. tanquam stultus: Vlysses enim non
 dicitur stultus. Ode. 26. lib. 1. At tu uanta Va-
 gæ ne parce malignus arenæ particulam da-
 reit, tanquam malignus. Ode. 13. libro. 4. Lu-
 disque & bibis impudens. Epist. 15. libro. 1.
 Quod me Lucanæ iuuenem commēdet ami-
 cæ. i. tanquam iuuenem, nam senex erat. lib. 1.
 epist.

epist. 2. viuendi qui rectē prorogat horam,
 Rusticus expectat dum defluat amnis. i. tan-
 quam rusticus. Vide Quasi.

Vel particula sēpē subicitur, vt diximus. Vel.
 in particula, Aut. Sed aliud habet etiā ele-
 gantioris considerationis: Nam quum dicis:
 vel stultus, hæc intelligeret: vel Priamo mise-
 randa manus: deest aliud vel: vt fit: vel Pria-
 mo vel alijs hostibus. Scio Donatum accipe-
 re vel pro Etiam. Budæus in commentarijs
 exponit pro Nam. Donatus rursus in Phor-
 mio, pro Saltem. Ego vero (cui vnus vocis vni-
 ca semper est significatio) semper disiungen-
 tem particulam assero: & alterum vel deesse
 confirmo. Hoc præclare elicies ex Persio, Sa-
 ty. 1. Nemo hercule (inquit) leget hæc: vel
 duo, vel Terent. Eun. Hanc tu mihi vel vi, vel
 clam, vel præcario fac tradas. Tolle hinc duo
 vel, & remanēbit Donati expositio pro Etiā.
 Cicer. Q. Fratri: Sunt ista quidem vel magna,
 vel potius maxima: tolle alterum membrū,
 vt in sequentibus. Horat. in Arte. Multa se-
 nem circūueniunt incommoda: vel quod
 querit, & inuentis miser abstinet, ac timet vt;
 vel quod res omnes timide, gelidæque mini-
 strat. Idem lib. 3. Ode. 24. vel nos in Capito-
 lium, quo clamor vocat & turba fauentium,
 vel nos in mare proximum gemmas mitta-

mus. Ibidem: Ode. 29. Cras vel atra nubepo-
lum pater occupato, vel sole puro. Itaque par-
ticula, vel, sola poni non potest, nisi a iud vel
intelligatur, Vide Sine.

Verò.

Quintil. Pro patre mori possum, coram pa-
tre non possum, deest vero, vel autem. Terent.
Traditus sum mulieri, illa illico ubi me acce-
pit, &c. Cicer. Hæc morum vigiliæ sunt, non se-
nefrutis.

Vtque.

Horat. Ad vnguem factus homo. s. vsque
ad vnguem. Virgil. Si non exosus ad vnum
Troianos. Et ad vnum omnes occidit.

Vt.

Terent. Heaut. Eius anuis causa, opinor,
quæ erat mortua. i. vt opinor. Cic. Tusc. Nio-
be fingitur lapidea propter æternum, credo,
in luctu silentiũ. Pessimè Linacæ hic supplet,
credo quod propter. Nihil enim tam barba-
rum est apud Latinos, quàm, Dico quod, se-
quitur quod, intelligo quod. Deest & vt in il-
lis. Volo facias; nolo dicas; velim desinas; re-
scribas ad omnia rogamus. Et in illis: Sine ve-
niat, sine faciat. Terent. Eun. Sine vt veniat.

Vt, ante,
ne,

Horat. 2. Seren. Ne faciam, inquis omnino
versus. i. vt ne faciam. Malè Adrianus Cardi-
nalis docet, vt ne idem esse quod ne. Imo sem-
per in his formis (caue ne dicas; moneo ne fa-
cias; da operam ne veniat) deest Vt. Cicer. 3.
Verr. impetrant, vt ne iurent. Ad Q. Fratrem

lib. 3.

libr. 3. opera datur, vt iudicia ne fiant. Idem
Bruto libr. 13. Vt ne quid in eorum tibi esset
ignotam animaduerte operam dare. Terent.
Hecyr. Nempe ea causa, vt ne id fiat palam.
Idem Andr. Principio vt ne dicas. Itaq; dici-
mus eodem sensu: caue cadas: caue ne cadas:
caue vt ne cadas.

Catull. Tecum ludere sicut ipsa possem. s. Vtinam.
vtinam. Virg. Troium arma secutum Obrige-
rent Rutuli. Ouid. in epist. Me quoque qua
fratrem mactasses improbe claua. Tibul. Tunc
mihi vita foret.

De Zeugmate.

Zeugma, id est iugatio, vel connexio
(quam Fabius Synezeugmenon ap-
pellat) est in qua vnũ ad verbũ plures
sententiæ referuntur, quarũ vnaquæq; deside-
raret illud, si sola poneretur: vt socijs & rege
recepto. Vtinam aut hic surdus, aut hæc
muta facta sit. Aquilæ volauerunt, hæc ab
oriẽte, illa ab occidẽte. Hoc exemplũ, & alia
quæ subijciam, putarunt Grammatici esse fi-
guræ prolepsos, quia esset generis & speciei,
sed ineptè, & contra Quintilianum, qui sem-
per putauit esse Synezeugmenon, quoties
vox posita in vna oratione, in cæteris deside-
ratur, vt, Aquilarum alia volauit ab oriente,
alia

alia ab oriente: vel Aquilæ volauerunt, alia ab oriente alia ab occidente. Nec verum omnino est quod præcipiunt, in huiusmodi formis debere nos genitiuo partitionis semper uti, nam Cicerone per nominatiuum locutus est dicens, Bestiæ aliæ mares, aliæ foeminae, idem, Homines, posteaquam reus factus est, alij redditi, alij etiam nunc retinentur. Cæsar 3. Ciuili. Tabulæ testamenti, vnæ per legatos eius Romam erant allatæ, alteræ Alexandriæ &c. Liuius Decad. 3. libro. 4. multitudo, pars procurrit in vias, pars, in ædiu vestibulis stat, pars ex testis fenestrisque prospectant. Hæc tamen more græco dicta censet Budæus in commentarijs. hæc de grammaticorum prolepsis. Idem illi ineptè diuiserunt Zeugma in prozeugma, meozeugma, hypozeugma: nã semper quocunque modo ponatur verbum Zeugma erit. Idem præcipiunt: verbum, vel adiectiuũ semper debere cum propinquire cõuenire: vt socijs & rege recepto. Ego vero assero contra Budæum & alios, rectissime scripsisse Lucanum: Leges & plebiscita coactæ. Horat. O noctes coenæq; Deum, quibus ipse, mei que Ante larem proprium vescor. Liuius libro. 1. Ego populusque Romanus populis priscorum Latinorũ bellum indico facioq;. Statius lib. 7. Iura, fidẽ, ac Superos vna calcata

ta-

ta rapina. poteris & hoc ad Syllepsin referre. Valer. Max. lib. 9. cap. 2. Pedes eius præcisos, & caput, & manus in cistam chlamyde operatos pro munere natalitio matri misit. Plancus Ciceroni: Amor tuus, ac iudicium de me, vtrum mihi plus dignitatis in perpetuum, an voluptatis quotidie sit allaturus, non facile dixerim. Cicer. 2. natur. Quin etiam vites à caulibus brasicisque, si propè sati sint, vt à pestiferis & nocentibus refugere dicuntur, nec eos vlla ex parte contingere. Liuius libro. 5. Gens est cui natura corpora animosque magis magna quam firma dederit. Iulius Obsequens de prodigijs: Coelum ac terra ardere visum. Gellius libro. 8. Philippi vim, atque arma, toti Græciæ cauendam, metuendamque Demosthenes orationes notificant. Sallust. At ingenij egregia facinora, sicuti anima, immortalia sunt. Homerus. 2. Iliad. At vestrae vxores, & pignora nescia fraudis, sub testis resident solæ. Quod malè adducit Linac.

Eleganter desideratur idem verbum, sed in alia significatione, vt tu colis barbam: ille patrem: Nero sustulit matrem, vt Æneas patrẽ. Iustinus, Prouolutæ deinde genibus Alexandri, non mortem: sed vt Darij corpus sepeliãt, dilationem mortis deprecantur. Idem, Egreuius adolescens & cædem patris, & necem fratris,

tris, & se ab infidijs Artabani vindicauit. Ouidius: Pariterque ipsosque nefasque Sustulit.

Sæpè plures orationes vno verbo clauduntur, sed ad verum sensum aliud supplementum est. Virgil. Sacra manu, victosque Deos, paruinq; nepotem Ipse trahit: verbum (trahit) non rectè referas ad superiora; sed deest fert, vel portat. Idem; Disce puer virtutem ex me, verumque laborem: fortunam ex alijs: vbi Seruus, deest opta. Plaut. Mostell. Ille qui dem haud negat. Th. Imo ædopol. negat profecto: neq; se has ædes vendidisse: si affirmat, vel iurat. Sallust. Iugurt. Non enim regnum: sed fugam, exilium, egestatem, & omnes has, quæ me premunt, ærumnas cum anima simul amisisti, &c. Horat. Sæpè velut qui currebat fugiens hostem, persæpe velut qui Iunonis sacra ferret. si concedebat.

De Pleonasmō.

Pleonasmos, seu Parelcon fit, quum ad legitimum constructionem aliquid additur: vt Adesdum: Iteradum eadem ista mihi: Quoad eius fieri potest: Nusquam gentium: Vbi que locorum, quauis in his genitiuis poterit esse Ellipsis nominis. Proprie dicitur Pleonasmus, quum additur nominibus

com-

comparantibus aduerbium Magis. Virgil. Culice: Quis magis optato queat esse beator? Ouidius, siue is Lucanus est, ad Pisonē: Quodq; magis dono fuerit pretiosior omni; Plaut. Aulul. Ita mollior sum magis, quã vilus Cynædus. Id. Neq; cui plus amplius malefaciam. Idē Pœnul. Verū qui dederit, magis maiores nugæ egerit. Idē Capt. Nihil magis hoc certo certius. Idē Stich. Imo enim hic magis est dulcius. Idē Bacchi. Magis amiorē. Hinc illud in sacris, quod imperiti damnant, Magis pluris estis vos. Iulius Ruffinianus Rhetor. Pleonasmū vocat viuere vitam, Pugnare pugnam, seruire seruitutem, nocere noxam, Furere furorem. Cui facile assentior dum ne credat Pleonasmū esse Longam vitam viuere: & hunc furere furorē: Nam vt, Vidi oculis, Pleonasmus erit: ita His oculis vide Pleonasmus non est. Additur quoq; Superlatiuis adaugens particula: Columella: Apis, si sauit maximè pessima est. Sic dixit Horat. Græcorum longè doctissimus.

De Syllepsī.

Concordia vocum versatur in generibus, numeris, & casibus: at vero discordia casuum ferri non potest, sed in generibus & numeris tantum, quæ per syllepsin excusatur.

Syllepsis,

Syllepsis, id est conceptio fit, quoties generibus aut numeris videntur voces discrepare.

Syllepsis generis est, quum aliud genus proferimus, & aliud concipimus. Cicer. pro Sext. Duo importuna prodigia, quos egestas, &c. Virgil. 7. Æneid. pars arduus altis puluerulentus equis furit. Livijs libro. 10. Capit. coniurationis virgis casti. Idem, Latium Capuaque agro multati. Idem Samnitum casti duo millia trecenta: Florus, Duo millia elei qui mori iuberentur. Curtius: duo millia crucibus affixi, & in sacris: Duodecim millia signati; quod Valla ineptè carpit. ¶ In relatiuis quoque genus videtur discrepare. Terent. ubi illic scelus est, qui me perdidit; idem, Dij illum senium perdant, qui me hodie remoratus est, idem: Aliquid mōstri alunt, ea quoniam nemini obrudi potest, &c. ¶ Est & Syllepsis (vt quibusdam placet) cum nomini- bus epicœnis aliud genus damus quā terminatio ipsa præfinit, vt Talpæ cæci, & timidi damæ, canis foeta, boues meas, elephantus grauida, noua miles & multa huiusmodi; sed ego ad Ellipsin refero. Catull. ad Manlium: Nec tantum niueo gauisa est vlla colombo com- par. Vide Fœmina.

Syllepsis numeri est cum ex singulari plu- rale concipimus, aut contra: Virgil. Pars in
frusta

frusta secant. Ouid. Pars volucres factæ. Te- ren. Aperice aliquis. Sallust. Cœpere se quisq; magis extollere. Virgil. Alterum in altetius mactatos sanguine cernam: & in sacris, Alter alterius onera portate. Terent. Eunuchum dixi velle te, quia solæ his vtuntur reginæ. Idem Heaut. Nam parentum iniuriæ vnusq; modi ferme sunt, paulò qui est homo tolera- bilis. Boëtius, nil infelicis homine, quos mor- sus muscarum necat. Est & syllepsis numeri, quum plura singularia feruntur in pluralem, suppositi dignitate seruata: vt ego & tu valemus; ego & vos sedemus: tu & pater iu- betis.

Syllepsis per genera & numeros simul ta- lis est, Sallust. pars in carcerem acti; pars be- stijs obiecti; Livijs, maxima pars ab equitis- bus in flumen acti: idem, Pars per vrbes dila- psi, idem: tunc enim verè omnis ætas currere obuij. Virgil. 6. Hic manus ob patriam pu- gnando vulnere passi. Idem, Pars inerti tenuè reratam. Staius libr. 7. subeunt Tegeæ iu- uentus Auxilio tardi.

Est & audacior quædam Syllepsis numeri, quum vnus tantum casus sex, to. comitatus fer- tur in pluralem: vt si dicas: Muta cum liqui- da ancipitem reddant præcedentem voca- dem. Ouid. Iliia cum Lauso de Numitore sati- dem.
Ff Idem

Idem Metam. 1. Littora cū plausu clamor su-
perasque Deorum impleuere domos. Idem.
2. Metamor. Sors eadem Ismarios Hebrum
cum Strymone ficcat. Virg. Alterum in alte-
rius mactatos sanguine cernam. Terentius.
Heaut. Syrus cum illo vestro confusurrant.
Virg. 2. Æneid. diuellimur inde Iphitus & Pe-
lias mecum. Curtius libro. 4. Pharnabazus
cum Apollonide & Athenagora vinciti tra-
duntur.

Quemadmodum in Syllepsi numerorum
ad nomen primæ personæ recurrimus, dein-
de ad secundæ, quia digniora sunt, ita in Sylle-
psi generis ad masculinum (si inter alia fuerit)
recurremus. Terent. Quam pridem pater mi-
hi & mater mortui essent. Ouid. in fast. Mul-
ciberi capti Marsque Venusque dolis: ibidē.
Iane fac æternos pacem, pacisque ministros.
Potest & hoc esse Zeugmatis: Virg. Cælosq;
reportant Almonem puerum, fœdæque ora
Galesi. Plini. lib. 17. c. 11. Seniores supradictis
narcissus & liliū. Liui. lib. 7. Maced. Decem
ingenui, decem virgines, patri mi omnes, ma-
trimique ad id sacrificium adhibiti. Cicero. 1.
officiorum, Propter summam & doctoris au-
toritatem, & vrbis, quorum alter te scientia
augere potest, altera exemplis. Idem de sene-
ctute. Quod si hæc apparent in bestijs, volu-
cribus,

cribus, agrestibus, natantibus, suis, cicuri-
bus, feris, primum se vt ipsi diligant, &c. Vir-
gil. 4. Georg.

Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne
ferarum,

Quemque sibi tenues nascentem arcessere
vitas.

Dicunt grāmatici genus neutrū concipere
cætera, dum non sint verè masculina: vt virga
tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt.
Sed id falso docetur, nec enim hic Syllepsis
est, sed Ellipsis, deest enim negotia, græce
Pragmata: quasi vero in proprijs masculinis
id fieri non possit. Nam recte dicas: pater
tibi & mater sunt vilia præ lucro. Tacitus li-
bro. 5. Parentes, liberos, fratres vilia habere.
Solinus, polypus & Chameleon glabra sunt.
Ouid. Classe virisque potens, per quæ fera
bella geruntur. Cicer. 1. Tuscul. Dic quæso,
num te illa terrent, triceps apud inferos Cer-
berus, Cocyti fremitus, transuestio Acheron-
tis, mento summam aquam attingens siti ene-
ctus Tantalus: Salust. præterea diuitiæ, decus,
gloria, in oculis sita sunt. Lucret. libro pri-
mo. Ductores Danaum delicti prima viro-
rum. Cicero. 1. diui, Annus salubris & pesti-
lens contraria, scilicet, negotia, id est, res con-
trariæ.

De Hyperbato & eius partibus.

Hyperbasis siue hyperbaton, est verbi transgressio & ordo perturbatus, præter grammatices rationem.

Anastrophe est dictionum præposterus ordo, vt, mecum, tecum, secum, quibus de rebus, interest mea, adigere arbitrum: pro agere ad arbitrum, Cicer. in Topicis.

Tmesis, id est sectio: quâdo cõposita vel cõiuncta dicitio diuiditur: vt, septemq; triones, maximo te orabat opere, Horat. Quo mecumq; rapit tẽpestas deferor hospes. Virgil. Nascere, præque diem veniens age Lucifer alnum.

Parentthesis est sensus sermoni (antequam absoluaatur) interiectus. Virgil. Tityre (dum redeo) (breuis est via) pasce capellas.

Synchysis est ordo dictionum confusor: vt Quinquaginta vbi erant centum inde occidit Achilles. ordo est, vbi erant ceterum, inde occidit quinquaginta. Multus in hac figura est Horatius, vt in arte, Qui variare cupit rem prodigialiter vnam, Delphinum filius appingit. i. Delphinum filius appingit prodigialiter. Ibidem: Chorusque turpiter obtinuit sublato iure nocendi. ordo est & chorus obtinuit, sublato iure nocendi turpiter. Hæc ex Porphyriõne: Idem Horatius: Et malè laxis in pede calceus hæret, pro, malè hæret. Idem

in Odis

in Odis: Inultus vt flebo puer? Idem. i. Sermon. Vbi sedulus hospes penè macros arsit dum turdos versat in igne. Idem, sæpe velut qui currebat fugiens hostem. i. currebat velut fugiens hostem. & Satyra. i. At hunc liberta securi diuisit medium fortissima Tyndaridarum, Ordo, liberta fortissima diuisit huc mediũ securi Tyndaridarũ: quem locũ ego nostristẽ, poribus ex Sophoclis Electra primus animaduerti: & Satyr. 4. Ac veluti te Iudæi cogemus in hanc concedere turbam, id est, cogemus te veluti Iudæi. f. cogunt.

Anacoluthon. i. inconsequens, proximè accedit ad Solocismum, sed magis Rhetorum est. Terent. Eunu. Cur ego in his te conspico regionibus? Th. vobis fretus. Cic. pro Mur. prætor interea, ne pulchrum se ac beatum putaret, atque aliquid ipse sua sponte loqueretur, ei, quoq; carmen compositum est. Terent. Hecyr. Nam omnes nos, quibus est alicundè aliquis obiectus labor, omne quod est interea tempus, priusquã id rescitum est, lucro est. Donatus hic aliquid deesse affirmat: mihi, videtur deesse *κατα*, id est, circa.

De Hellenismo siue Antiptosi.

Hellenismum siue Græcam constructionem nominamus, quoties auctores sic græciffant, vt latina norma de-

fendi nequeant. Hellenismus in infinita genera deducit Linacer, nos tantum Antiptosisim persequemur, quum hæc sola Latinos canones ex cedere videatur.

Antiptosis Grammaticorum nihil imperitius, quum doceant quemvis casum pro alio posse poni: ut venit in mentem illius diei: pro ille Dies. Quod figmentum si esset verum, magna nos sollicitudine liberaret. Frustra enim quaereremus quem casum verba regeret.

Græci non raro è duobus casibus (si se mutuo respiciant) alterum tantum regunt, alterum illi adiungunt: ita ut alter ab altero trahatur: ut *περί λόγον ὡν ἔλεξα*. id est. De verbis quibus dixi, pro quæ. *χρόμαι δ' ἴσ' ἔχω βιβλίον*. id est, vtor quibus habeo libris, pro quos. Huc potest referri illud ex *Pandectis lib. 30. l. 1. §. Diui Severus & Antoninus* rescripterunt, eos, qui, &c. *Lego: ij qui, pro eorum qui*. *Exodi capit. 2. ἐπὶ τῆς γῆς ἀγαθῆς, ἧς κύριος ὁ θεὸς σὺ διδάσκει σοι.* In solo terræ bonæ cuius Dominus dabit tibi, pro quam. Et *Lucæ capit. 1. καὶ μνησθῆναι διαθήκης ἀγίας ἡμετέρας, ἧς ὁ κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν πρός ἀβραάμ.* id est, ut memor esset testamenti sui sancti, iusjurandum quod iuravit ad Abraham, pro iusjurandi, quod. *Lucæ capit. 2. 1. εἶπε, ταῦτά αὐθροῦρετε, ἐλεύσομαι ἡμεῖς, ἐν αἷσι ὅν ἀφ' ἐθνήσονται*

ταῖς ἐπιλίθω. id est. Dixit: Hæc quæ videtis, veniet dies, in quibus nõ relinquetur lapis super lapidẽ, pro ex his, vel horũ. *Demosthenes, ἐκ τῶν ἐπιστολῶν, τῶν ἐκείνῳ μάθεσθαι, ὡν εἰς Πελοπόννησον ἔπεμψε*. id est. Ex epistolis eius cognoscetis, quibus in Peloponnesum misit, pro quas. *Luceius ad Ciceronem libro. 5. epist. Quum scribas, & aliquid agaseorum, quorum consueuisti, pro quæ. Plaut. Curc. Sed istum, quem quaeris, ego sum. Idem. Amph. Naucratem, quem conuenire volui, in naui non erat. Idem. Aulul. Pici diuitijs, qui aureos montes colunt, ego solus superior: alij emendarunt Picos. Ibid. Quasi pueri, quinare discunt, scirpea inducitur ratis: quidam legunt pueris. Horat. 1. Ser. Occurrunt animæ, quales nec candidiores terra tulit, pro qualibus. Quod non intellexit Lambinus. idẽ epod. 5. Nardo perunctum, quale non perfectius meæ laborauerit manus, p quali. Hoc quoque ignorauit Lambinus. Huius generis sunt illa: Non vacat mihi esse securo: *Martial. Nobis non licet esse tam disertis, pro disertos.**

Trahitur etiam casus inter duo verba à nõ suo verbo. *Plaut. Amph. Atq; ego te faciam, ut miser sis. Idẽ Pseud. Satis si hanc hodie mulierẽ efficio, ut tua sit. Ibid. Eia, scimus nos qui dem te, qualis sis. Idem. Aulul. Sed seruũ meũ*

Strophilum miror vbi fit. Ibid. Nimis hercle illū coruū ad me veniat, velim. Cic. Q. Fratr. Hæc me, vt confidā faciunt. Terent. Adolph. Illum, vt viuat optāt, pro optant, vt ille viuat. Idem Phorm. Metuo lenonem, nequid suo suat capiti. pro Metuo ne leno suat. Idem Eunuch. Hanc metui, ne me criminaretur tibi. Ibid. Metuo frātre[m] ne intus fiet: pro frater; nam sequitur, Pater autem ne rure redierit. Idem Heaut. Atque istud quicquid est, fac me vt sciam.

Traditur etiam per Hellenismum genus à genere: vt si dicas: vidi templum, quale est mons, pro qualis. Horat. Epod. 8. Sed incitat me pectus & manūque putres, equina quales vbera, i. qualia: vnde illa trita: Est stella qui Mars dicitur, Est locus in carcerē quod Tullianum appellatur. Virgil. Saxum antiquum, ingens, campo qui forte iacebat Limes agro positus. Hæc enim Græca sunt.

Cupio esse clemens: Laboras videri doctus: ita tritus est Hellenismus, vt Grammatici Latini regulam constituerint, quam non intelligunt. Regula vera est, vt semper post huiusmodi infinita sequatur accusatiuus; vt cupio dici doctum. ratio est, quia semper accusatiuus præcedit expressus, aut subintellectus. Sed quia Græci non rarò ante infinitum collocant

locant nominatiuum, inde factum est, vt nominatiuus sequatur. Græcè dicitur: Ajunt rex hoc fecisse: Dicunt tu esse diues. vnde Latini dicunt. Vis videri probus: Quasi integrū esset: Tu vis videri tu esse probus. Hoc autem Græcè dictum esse Budæus in Commentarijs, Muretus in Catullū, Lambinus in 2. Od. Horatij, adnotarūt. Sed nemo Græcam phrasin melius expressit quam Ouid. in Fast.

Seu genus Adraffi, seu furtis aptus Vlyffes, Seu pius Æneas eripuisse ferunt.

Sed nihil auidius arripuere Latini, quam Atticisenum illum vbi κατὰ subauditur: vt fractus membra: cætera Graius: albus dentes: panditur artus: purgor bilem: posco te pacem: doceo te artes: doceris artes: multa se se incusans: Latus vlnas duas: absuit totum mens: pendet libras centum. De quibus formis in Ellipsi præpositionis KATA.

Præpositio E K quæ genitiuum regit, ita E K passim desideratur apud Græcos, vt multi apud eos crediderint verba aliqua genitiuum regere. Dicunt enim, Imperti me diuitiarū: arripuit illum pedis: gustauit mellis: audiuit mulicæ. & multa huiusmodi. Sed quis est tam hebes qui non videat illa Horatiana excedere Grammaticos Latinos canones? Absitne irarum calida que rixæ: Desine mollium

lachrymarum: Agrestium regnavit populo-
rum: Lassus maris, & viarum, militiaeque: Pa-
tiens pulveris atque solis: Integer vitæ, scele-
risque purus: Nec medici credis, nec curato-
ris egere. Sic illa trita, curarum plenus, implem-
tor veteris Bacchi, securus amorum, vacuus la-
borum. deest E K, i. de. Nullum enim nomē
adiectivum, aut verbum Græcè, aut Latine
regit genitiuum. Huc etiam illa referuntur:
vbi que gentium, nusquam locorum, huc vici-
niæ, pridie & postidie ludorum.

DE ELLIPSI PRÆ-

positionis *Karà*. i. Iuxta vel secun-
dam, vel per.

ASSERVNT Græmatici multa esse
verba quæ duos possint regere accusa-
tios: hoc est falsissimum, nā in altero
eorum deest præpositio Græca *Karà*, i. per,
vel in, vel iuxta: quæ in verbis actiuis, & passi-
uis, & participijs, & adiectiuis nominibus so-
let suppleri. vt Posco te pacem: frangitur mē-
bra: fractus membra: cætera Græuis, albus
dentes. Solet item intelligi non rarò in tem-
poris, & aliarum rerum mensuris: vt Totum
diem dormire: vixit annos centum: patet ia-
nuæ tres vlnas: pendet aries libras triginta. de
quibus

quibus sigillatim differamus.

Ac primum illud verissimum præmitta-
mus oportet, quod & doctissimè admonuit
Thomas Linacer, Nullum in republica lite-
raria esse adverbium, quod faciem nominis
habere videatur. vt multum, paulum, melius,
peius, nihil, aliquid, id, quid, & similia. Nam
doctè, sanctè, modò, profectò, præterea, in-
terea, quum aduerbia sunt in quantitate vlti-
mæ syllabæ à suis primigenijs variant, at me-
lius, peius, doctius, facile, breue nunquam erūt
aduerbia, sed accusatiui adiectiuorum in qui-
bus deest *Karà*, & substantiuum Negotium,
Vide ellipsin. Horat. 2. epist. Quin etiam ca-
net indoctum, sed dulce bibenti.

Porro præpositio *κατά* subintellecta tan-
tum lepōris apud Græcos obtinuit, vt vix re-
periat appōita, sed accipe nihilominus all-
quæ testimonia. Quod Aristophanes dicit,
ἔνω μὲν ἐμῆς. Plato solet dicere, teste Budæo
in comment. *κατὰ τῆς ἐμῆς*. i. iuxta meam
sententiam. & Homericæ illa clausula est fre-
quentissima: *κατὰ φρένας, καὶ κατὰ θυμὸν*. i. vt
mea mens & animus est, aut secundum meam
mentem & animum. Quum dicis: vrbis parti-
tim capta, partim incensa: deest *κατά*, & accu-
satiuus est, à recto antiquo Partis. Ouid. 1. r.
Metam. Partem damnatur in vnam. Græci
dicunt

dicuntur *κατὰ μέτρον*. Aristotel. lib. 1. Rhetor. *ἐγὶδε τῆς πέτορως ἐῖδη τρία τῶν ἀριθμῶν*. Sunt tria Rhetorices genera numerum. Porphyrius ca. de Specie *πρῶτον μὲρ εἶδος* *ἀλλῶς τυραννίδος*. Primum quidē speciem dignos imperio, ubi bis deest *κατὰ*. vt sit circa primū & circa formam: nam sic legendus est locus. At vero ubi suppletur *κατὰ*, teste eodem Budæo ex innumeris accipe nonnulla. Theocritus. *Ἀλγὴ τὰν κεφαλὰν*. doleo caput. Plato *σὺ περὶ τὸ ἐμὸν, & τὸ ἐμὸν πρᾶγμα*, pro τὸ κατὰ ἐμοί pro eo quod ad me attinet. Idem. 2. de republ. disertè explicuit duos accusatiuos, *τὰν τα δὴ ἢ ταῦτα ἐγκωμιάζεισι διναίεσθον*. Hæc & similia ipsi laudant iustitiam. Apertius etiā Theognis. *Ἐσχραδὲ μὲ εἰθέλοντα κίμναι πολλὰ διδασκούς*. Turpia autem me nolentem & inuitum multa doces. Æschines. *πᾶνθε δὲ μοι μισρὸν χρόνον τῶν δ' ἀνοίαν*. Adeste nunc mihi metem exiguum tempus. hic bis deest *κατὰ*. Synesius. *ταῦτα θεῶν, ταῦτα ἀνθρώπων μαρτυρομαι*. Hæc Deum, hæc homines testor. Multa alia, si voles, apud Budæum leges. Ex quibus velim elicias, nullum omnino esse verbum, quod huiusmodi accusatiuum cum *κατὰ* non possit habere. Vnde actiua omnia duos accusatiuos habebunt, reliqua, vt passiua & substantiua, vnum. Terent. Eun. Ecquid

nos amas de fudicina iſthac? Th. Plurimū merito tuo. Plaut. Amphit. Nūc iam huc animū, quæ loquar, aduertite. i. circa ea. Ibid. Hæc heri immodestia cogit me. i. circa hæc. Cic. libr. 13. Famil. Literæ non quæ te aliquid iuberet, sed commendatitiæ. Plaut. Aulul. Cæpi obseruare ecquid maiorem mihi filius honorē haberet. Terent. Phor. Nequid plus minusve faxit, quod nos postea poeniteat. i. circa quod. Cic. libro. 1. epist. 9. Nostram vicem vltus est ipse se se. Terent. Phorm. Argentum, quod habes, condonamus te. Idem Eunuch. Habeo alia multa, quæ nunc condonabitur, ubi imperiti legunt, condonabuntur. Idem. Neque se id pigere. Statius 10. Thebaid. quæ te leges præceptaque belli erudit genitrix. Cic. 6. Epist. Quum ignouerit omnibus, qui multa deos venerati sunt contra eius salutem. Virgil. Georgi. Multa gemens ignominiam plagasque superbi Victoris. quo in loco multa pro multum accipiunt imperiti, idque si diis placet aduerbialiter vtrunque. Audi etiam in passiuâ quomodo Græcissent Latini. Virgil. 6. Ænei. Nec magis incepto vultum sermone mouetur. Quam si &c. Æneid. 4. Expleri mentem nequit. Æneid. 5. Flauaque caput ne cœntur oliua. Ouid. 2. Metam. Partes quascunq; sedendo flestitur. Idem. 2. Fast. Carpitur atto

nitos sensus. Idem, Asper equus duris contun-
ditur ora lupatis. Horat. in Art. Qui purgor
bilem. Idem. Agrestem Cyclopa mouetur.
Statis lib. 9. Figitur ora Lamus. Tacitus lib.
2. 1. Neque quicquam prius imbuuntur, quam
contemnere deos. Idem lib. 3. Sane grauare-
tur aspectum ciuium senex imperator. Idem
lib. 1. 8. Vxorem quoque eius Saloninam, tan-
quam læsi, grauabantur. Quintil. libro. 1. Qua
propter præcipienda sunt optima, quæ si quis
grauabitur, &c. idem lib. 4. Quod quum audi-
uit iudex cætera, tanquam superuacua, grau-
ari solet. Sueton. Aug. Ampla, & operosa præ-
toria grauabatur. Horat. libro. 1. epistol. Quis
magna coronari contemnat Olympia? ex-
prelsit illud vsitatissimum ἑστρεπσαι ἰα δλυμ-
πια. Idem Oda. 6. lib. 3. Motus doceri gaudet
Ionicos Matura virgo, quod Aristophani-
cum est in concion. τὸν ἀπο ἰωνίας τρόπον
τάλαια ὑψηλά. i. Misella pruris nunc Ioni-
cum modulum.

Sed etiam si solem in manibus gestemus,
sunt tamen nonnulli ita obcæcati, vt adhæc
clarissimam lucem calligent. Enix èque postu-
lant sibi tradi testimonia, vbi hæc præpositio
ponatur expressa. Iniqui sanè, qui velint sibi
in lingua Latina ostendi, quod autores vt mi-
nus elegans soleant subterfugere. Quis igno-

rat

rat præpositiones nominibus præponi debe-
re? At vero postquam Latinis auribus dicere
semel placuit Mecum, tecum, secum, nobi-
scum, vobiscum, iam nemo dicere audebit,
Cum me, cum te, &c. Sed tamen, vt obstina-
tis auribus satisfacerem, operam dedi, vt
vndequaque, si qua essent, testimonia per-
scrutarer.

Ea sunt huiusmodi. Virg. in Culice. Pinus
hirsuta per artus. Terent. Eunuch. neque scie-
bat, nec per ætatem dicere poterat. Linius. Per
ea tempora perrare literæ fuerunt. Cicer. Per
insidias interficere. Idem. Per legem illam hoc
mihi licet. Persius: Per me equidem sint om-
nia protinus alba. In his omnibus Græci dice-
rent κατὰ. Hinc iam patet syntaxis in illis Ci-
ceronis ad Attic. Avariorem me senectus fa-
cit, stomachor omnia, & ad Marium, vtrum-
que lætor, & sine dolore te fuisse, & animo va-
luisse. Item: Stoici, qui de virtutibus disputat,
magnam partem in his partiendis occupati
sunt. & i. Offic. Maximam autem partem ad
iniuriam faciendam aggrediuntur nonnulli,
vt adipiscantur ea, quæ concupierunt. & in
epist. Magnam partem consulatus tui abfui.
& in Orator. Magnam enim partem ex
iambis nostra contat oratio. Linius. Cla-
mor vndique ab sollicitis vicem imperato-

ris

ris militibus sublatus est. Idem: suam quisque vicem officio functus est. Idem lib. 3. vt hoc in signe regium in orbem suam cuiusque vicem, per omnes iret. Terent. Domum ire pergam, ibi plurimum est. In omnibus his deest *κατά*. i. Per.

Ad.

Interdum *κατά* explicatur per A. D. Cice. Attic. lib. 4. epist. penultima, Dicis, quid mihi hoc monumentum proderit? ad quid laboramus res Romanas? Idem. 6. Verr. Nam & sicu est munito, & ex omni aditu vel terra vel mari præclaro ad aspectum. Idem Curioni: A te vero bis, terve ad summum, & eas per breuiss accipi. Idem pro Mil. Quatuor, ad summum quinque sunt inuenti. Huc referendæ sunt illæ phrasæ: Pendet aries libras triginta: Paries

Ad vel Per.

latus decem vlnas, i. *κατά*. hoc est Ad. vel Per. Varro lib. 3. cap. 5. Rust. Est lapis à falere pedem, & dodrantem altus: ipsam falere ad duo pedes altum à ilagno, latum ad quatuor. Latant. de Phœnice. Per. bis sex vlnas eminent

Circa.

ille locus. Quin & ipsa præpositio Circa, pro *κατά* inuenitur. Cor. Celsus lib. 7. cap. 15. Circa singulas heminas, i. in singulis heminis. Liuius libro. 9. Nam & circa omnia defecerunt. Quintil. in præcæm. 8. Præcipue circa partis huius præcepta elaborauit. Frequentior vsus est præpositionis In, pro *κατά*. Nam quod

In.

passim

passim dicitur, Aeternum vale, & quod Aeneas 6. dixit Virgilius: Sedet, aeternumque sedebit Infelix Theseus: aibi expressit: In aeternam clauduntur lumina mortem. Liuius libr. 4. In aeternum vrbe condita, & in immensum crescente. Virgilius: Bucol. Causando nostros in longum ducis amores. Liuius lib. 39. Nihil autem in speciem fallacius est, quam praua religio. Quid. 1. 1. Metam. Cætera sunt hominis partem damnatur in vnam. Plin. libr. 10. cap. 36. in multum velociore. Plaut. A. Sin. Agessitu in partem nunc iam hunc delude, atque amplexare hanc. i. partim, & vicissim. Græcè *κατά μέρος*. i. in partem. Horat. 2. Epod. Quod si pudica mulier in partem iuuet domum. Propert. libr. 4. Natus & ipse suus breuiter caruatus in artus. Liuius: Obsidio vix in paucos dies tolerabilis. Plin. in Panegy. Si denique in tantum diligo optimum principem, in quantum inuisus pessimo fui. Plin. libro. 8. capit. 16. Et malè credi libertas ei, cui in tantum cessisset etiam feritas. Idem lib. 10. capit. 53. Aliquæ in tantum, vt effectæ moriantur. Horat. Quod & in hunc annum viuat, & plures. Idem 2. epist. Sed in longum tamè æuam manserunt. Hinc illa trita: Tuam vicem doleo: inuicem dolere. Dicimus itaque: Ero tibi perpetuum vel in perpetuum amicus. s. tempus.

Ob: **pus.** Præterea Donatus in illis Terentianis: Quid venisti: Id viso: neque tu id indignari posses: supplet, Ob vel Propter. cōtra ineptissimi Grammaticos, qui docēt, id, aliquid, nihil, quid esse accusatiuos extrauagantes.

VNIUS VOCIS VNICA EST SIGNI- FICATIO.

SI QVIS primo intuitu nos paradoxon, non veram sententiam, proponere arbitretur, audiat Aristotelem, quem sententiæ nostræ præcipuum facimus adfertorē; qui res naturā diuersas vno nomine posse quidem vocari docet, sed per analogiam, id est, comparisonem, vel proportionem. Homonyma (inquit) dicuntur quorum solum nomen commune est, ratio verò naturæ circa illud nomē alia atque alia: vt animal quod est homo, & id quod pingitur. Quo in loco perperam vertit Boëtius, Æquiuoça dicuntur. Nam neque æquiuoçum vox Latina est, neque satis ad Aristotelis mentem accommodata. Homonymon enim cōcors in voce, seu simile in voce significat. Itaque tolerabilius verteret, Analoga dicuntur, &c. Ego certè, si nominibus barbaris vti liceret, quæ isti vocant

cant æquiuoça, vniuoca nuncuparem: & rursum quæ illis vniuoca, mihi essent æquiuoça. Id quod Aristotelea exempla ostendunt planissimè. Quæ si hebes Dialecticorum acumen considerasset, non inter tot tenebras hætenus versaretur. Priscianus libr. 9. Synonymiam vertit ancipitem significationem. Nec quisquam mihi iure obijciat tot temporum curricula; in quibus semper hæc ita tradita sunt, & pro veris habita; nam possessor malæ fidei (vt est apud Iureconsultos) nunquam potest præscribere. Nobis (inquit D. Augustinus) qui ratione vincimus, frustra consuetudo obijcitur, quasi consuetudo maior sit veritate. Diuus certè Thomas diligētissimus Aristotelis & veritatis interpres, sæpè aliàs, sed in illo præcipuè Porphyrij, Si quis omnia entia dicat, æquiuoçè nuncupabit: æquiuoçè, inquit, id est analogicè. Rodolphus Agricola lib. 1. c. 23. Homonymia vertit agnominatorem. Ego verò quatuor potissimum rationibus adducor, quibus æquiuoça ista radicitus putem extirpanda.

1. Si voces (vt ait Plato in Cratylo & Aulus Gellius libro. 10. capit. 4. & diuinæ literæ nos passim docent) natura significant, quoniam, obsecro, pacto vno eodemque nomine diuersæ naturæ nuncupabuntur? Sin autem

(vt docet Aristoteles, qui cum Platone non pugnat, modo recte intelligatur) significant ex instituto (instituto autem seu ad placitum intelligo prudentium virorum, qui rerum inspecta natura nomina solent imponere) dementem & insanum impositorem vocum iudicemus oportet, qui mensam & librum vno nomine nominari præceperit.

2. Præterea si essent æquiuoca. i. quæ ex æquo & æqualiter plura significarent, perpetuo nobis esset vtendum adiectiuis nominibus, aut aliqua alia distinctione, qua res inter se differrent. Nec enim satis esset dicere, vidi canem, aut mordet canis, nisi adderes terrenum, caelestem, vel marinum: canis etiam talis iactus est.

3. Adde quod negligentem & deminutum iudicemus Aristotelem, si nullam analogiæ regulam tradidisset, quæ ita erat ad syllogismos necessaria, quam quæ maximè. Sed nullam aliam nobis, præter hanc, præscripsit; necesse est igitur illam sic interpretemur: Analogia dicuntur, &c.

4. Postremò me mouet doctissimorum testimonia. Cicero enim libr. vltimo, Epist. 17. docet verborum domicilium in re vna esse proprium, migrationes in alienum multas. Aul. Gell. libr. 1. cap. 12. Chrysippus ait, omne

omne verbum ambiguum natura esse, quoniam ex eodem duo vel plura accipi possunt. Diodorus autem, cui Crono cognomentum fuit, nullum, inquit, verbum est ambiguum, nec quisquam ambiguum dicit aut sentit. Nec aliud dici videri debet, quam quod se dicere sentit is, qui dicit. At cum ego, inquit, aliud sensi, tu aliud accepisti, obscure magis dictum, quam ambiguum videri potest. Ambigui enim verbi natura illa esse debuit, vt qui diceret, duo vel plura diceret: nemo autem duo vel plura dicit, qui sentit vnum dicere. Hæc Gellius. Scaliger in calce libri De causis linguæ Latinæ recte carpit Nonium Marcellum & alios, qui cum De sermonis proprietate libros inscripserunt, multa significatorum mōstra vni eidemq; voci designarunt. Tunc subdit: vnius namq; vocis vna tantum sit significatio propria, ac princeps: cæteræ aut cōmunes, aut accessorix, aut spurix. Foreirus Lusitanus super Esaiã multis in locis, sed præcipue. c. 8. in principio, Ego, inquit, in hac semper fui sententia, vt nō nisi vnam habere significationē verba Hebræa existimare. ¶ Ioannes Mercerus in annotationibus dictionarij Pagnini in voce אבא abad, inquit. Semel admonitum illud oportuit: Vbi cūq; plura aut diuersa eiusdem vocis significata feruntur, ferè prima esse pro-

pria, ac genuina, cætera metaphorica: vel ad-
quæ per similitudinem magis quandã, & lin-
guæ dilatationẽ dictio proposita extendatur.
Idẽ ferẽ ait Rabbi Mardocay in concordan-
tijs Hebraicis. Valla lib. 6. c. 3. cõtra Nonium
Marcel. sic ait: Nã quis credat autores vni di-
ctioni tot significata, & quidẽ pro se quemq;
noua dare voluisse, tanquã linguã ipsam con-
fundere cuperent? Vide eod. lib. c. 3. §. 11. 12.

Sed antequã ad exẽpla transeo, sex præ-
mittendæ sunt regulæ, quibus totum nego-
tium dilucidẽ explicabitur, & assertio nostra
constabitur.

1. Hæc doctrina in nomen & verbo-
rum rectis intelligitur: hi enim sunt propria
rerũ nomina, Catonis & Catoni (inquit Ari-
sto.) non sunt nomina, sed casus nominis: si-
cut sanabitur & sanabatur, non sunt verba,
sed casus verbi. Frustra igitur mihi obijcis du-
cis, duces esse nomina & esse verba, ac proin-
de ambigua: sic legis, legi, leges: sic vis nomen
& verbum: sic auis, quæ volat, & auis datiuus
ab auus: sic satis aduerbium, & à sata satorum:
sic canis verbum, & canis nomen, quanquam
antiqui, hæc canes, vt hæc vulpes, dixerunt.
Sub hæc etiam doctrina volo comprehendere
rectos plurales qui alijs singularibus asimi-
lantur: vt prudentia in plurali, cum pruden-
tia æ:

tia æ: sic temperantia, continentia, & alla hu-
iusmodi. Quanquam & his alia commodior
potest reddi ratio; quia nomina adiectiua nõ
facient cum substantiuis ambiguitatem, vt po-
te quæ sola in oratione sine substantiuo non
ponantur: & ita multum differt auditus ser-
mo, ab auditus us; & census homo, à census
us; & gustatus cibus, à gustatus us; sic mul-
ta pro pœna, & multa virtus, quanuis mul-
ta aliqui scribant. Denique adiectiuum &
substantiuum vnum quidam esse censentur,
non duo.

2. Inspicienda est diligenter prima nomi-
num forma & impositio. Nam aliter multa
mihi obijcies, etiam in rectis, quæ omnino am-
bigua videantur: vt ligo, onis, & ligo, as; sic
lens pro verme & legumine: frons pro folio,
& parte capitis. Cui obiectioni sic respon-
deo. Antiquitus (teste Sosipatro Charisio, &
M. Varrone) nullum nomen in duas conso-
nantes definebat: vnde etiam sæpe legimus
hæc sepes, trabes, plebes, sortis. Testimonia
lege apud Priscianum lib. 7. Varronis accipe
verba ex lib. 9. Videmus, inquit, ex his verbis
trabes, duces, de extrema syllaba, e, literam
exclusam, & ideo in singulari factũ esse trabes,
dux. Hæc ille. Ego addo: Cum e, vel r, au-
fertur, si tres remanent consonantes, perit.

penultima: vt hæc frondes, frons: hæc frôtes, frons: hæc lentis, lens: hæc lendes, lens. Non tamen omittenda est Charisij differētia: Fros (inquit) sine N. litera, ne faciat, inquit Plinius, frontis: citatq; bis Varronem sic, vltimos & populos vnde est fros. Item, fros, foenum, mēsis. Vide Lipsium lib. 4. cap. 19. variarum. Ego tamen apud Lucretium fruis & frundes semper inuenio; & ita legendum apud Virgiliū & Ouid. Seruius & alij. contendunt. At de Ligo (inquis) quomodo te expedies? Inspice, inquit, primam formam ligo, cudon, vdon, harpagon, mangon; nam legimus apud pœtas cudonas, & harpagonas. Sed Latini (vt ait Priscianus) solent auferre n, his nominibus: vt Plato pro Platon; sic Vangio, Brito, Aganemno; sic harpago, ligo, proligo; sic turbo, velturbon, quod semper facit onis, contra Grammaticorum recensionum differentiam; nam cum legis turbinis & turbinibus, est ab hic turben: vt ex Cæsare & Plinio disputat Charisius.

3. Nec mihi etiam fraudi sint varia lingua rumidiomata. Sæpe nanq; sic continget vt vna voce multi significantur. Lusitani enuntiant VM GRAN RATO. nos item eodem modo: at illi magnum murem significant, nos spacium temporis.

Ergo

Ergo pro causa Græcus casus est ab ergon; Latinis est coniunctio: & fortasse semper vtrūque idem est.

Hic seps pro fera Græcum est, & à putredine dicitur; hæc sepes, vnde seps Latinis est vallum.

Græcè mna, vnde mina: Latinis minæ pro interminatione.

Hic axis pro fera, Græcum; pro parte currus, Latinum.

Liber pro Baccho Hebræum est, à Li, populi: & Ban pario, vel gigno. Libar, populorū procreator, est enim Noe. Sed liber, a, um Latinum est, vt libertas. At liber libri pro cortice arboris. Primam breuiat.

Pax, Græcis est aduerbium silentij, cum digitus ori apponitur: non admirantis vt docent aliqui. Latinis est quies.

Hic vel hæc calx pro calcaneo, Latinum à calcando: hæc Calx, vel potius calx, pro lapide cocto Græcum. Aliter Caper de orthograph. Nam pro materia calcs scribit, pro parte pedis calx.

Taurus pro monte Asia Scythica vox est, Tauru. i. effector, siue opifex fluviorum. Taurus pro animali. Græcum est ταύρος, vnde Latine Taurus:

Fucus pro ape Latinum; fucus vel phucus

cus pro purpura, Græcum.

Gallus cum est vox Phrygia, fluvium significat, ubi Cybeles sacerdotes (ob id dicti Galli) masculabantur. Vide Plin. lib. 5. ca. 2. Idem lib. 3. 5. ca. 2. Samia testa matris Deum sacerdotes, qui Galli vocantur, virilitatē amputant. Vide Ouid. 4. Fast. ex illo loco: Cur igitur Gallos, qui se excidēre, vocamus, Cum tantum à Phrygia Gallica distet humus? Gallos apud Græcos album significat, inde Gallorem ges vocata, quia corporibus albis sint præditi. Vnde Virgil. lib. 8. Æneid. de Gallis: Tum lactea colla Auro innectuntur. Gallus Latinis avis est nota, sed qui Latine loquuntur solent addere, gallinæus, propter ambiguitatem. Xenophon in Homonymis.

4. Syllabæ quantitas apud Romanos satis superque distinguebat voces: quod nos, nisi in carmine, non sentimus. Huius generis sunt populus pro arbore prima longa; pro turba, breui. Palus, udis, prima breui; palus, i, prima longa. Vter, tris, prima longa; vter, a, um, prima breui. Labor nomē prima breui; verbum, longa. Colo, as, producit; colo, is, breuiat. Sinus pro gremio, breui; pro vase, longa. Pila lusoria prima breui à πῖλα, æquo: pila pro mortario prima longa, quasi pisa, vel pisa, à pifendo. Sed Æneid. 9. ubi legitur: Saxeapila

lā cadit; libentius legerem: Saxeapila cadit. πύλη enim etiam columnam significat: compilare verò à nullo horum ducitur, sed à Græco, teste Turnebo; nam pileten Æoles futrem vocant, Hesiodus. philetēn. Vide Ios. Scalig. in Festum, compilare.

Plagæ pro funibus illis quibus retia tenduntur circa summam & imam partem; aut pro mundi regionibus, quæ Græcè climata dicuntur, breuiat; pro vulnere producit. Anus, pro vetula, breuiat; pro podice, producit. Acer, eris pro arbore breuiat: Acer, acris, & acre producit.

Os oris, vnde osculum, producit; os ossis breuiat. Teste Diuo Augustino in libro de Grammatica, & lib. 3. cap. 3. doctri. Christia. Lucret. lib. 3. Exos & exanguis tumidos perfluctuat artus.

5. Accentus mirè distinguebat ambiguū. nec huc loquor de ridiculis illis sanè, palam, porò. hi enim nec erant apud antiquos ante Quintiliani tempora, nec poterant amphiboliam parere, vt in prima regula admonuimus, præsertim cum porò pro deinde, merè sit Græcum: Sed de alijs secretioribus, & qui nostras aures omnino fugiunt. Aliter enim enuntiabant. seps Græcum, aliter seps Latinum; quoniam illud per eta, i. e. longum scribitur Græcè;

Græcè; hoc per epsilon. i. et enue. Sed hoc illu-
stremus doctorum testimonijs.

Lustra (inquit Festus Pomp.) significans la-
cunas lutosas, quæ sunt in siluis, aprorum cu-
bilia: à qua similitudine, ij qui in locis abditis,
& fordidis ventri & desidæ operam dant, di-
cuntur in lustris vitam agere. At quum eius-
dè vocabuli prima syllaba producitur, signi-
ficat nunc tempus quinquennale, nunc po-
puli illustrationem illud à luto, hoc à luendo:
Adeo (inquit idem) duas habet significatio-
nes: nam cum prima syllaba acuta effertur,
idè significat quod accedo: vt cum dicimus,
adeo prætorè: cum autem secunda, id est
quod vsque eò: non quidem secundum ratio-
nem, quia ad præpositio: accusatiui accom-
modata est, sed venusta quadam loquendi cõ-
suetudine. Vide Festum in vocib. Ergo, mu-
sceda, parret, pone, sagaces, quando. & Aul.
Gellium lib. 6. c. 14. de quiesco.

Quidam (inquit M. Varro) reprehendunt,
quod pluit, & luit dicamus in præterito & præ-
senti tempore, cum analogiæ sui cuiusq; tem-
poris verba debeat discriminare: falluntur,
nã est, ac putant, aliter: quod in præteritis V.
dicimus longum luit, pluit: in præsentibus breue
luit, pluit. Ideoque in venditionis lege fundi,
ruta cæsa ita dicimus, vt V. producamus.

Do-

Donatus ad illud Terent. Filium perdu-
xere, vt vna esset. i. vt cibum capiat & corre-
ptè. Item ad illud, vt de symbolis essemus, me-
lius, inquit, essemus producta è litera. Ego in
illis locis corruptum existimo Donatum, sed
tamen id quod volumus, ostendit. Cicero in
Oratore perfecto docet inclytus prima bre-
ui enunciari, insanus prima longa. De hac re
vide pulchrum apud Aul. Gell. lib. 9. c. 6.

6. Euphemismos. i. bona ominatio (inquit
Demetrius Phaler.) est figura quæ odiosas
res bonis verbis edit, & impia itidem facta,
pijs. Hinc multa dicuntur in contrariam si-
gnificationem: vt benedicere, pro maledicere
sæpe in sacris literis: vt. 3. Reg. cap. 21. Benedi-
xit Naboth Deum, & regem. Iob cap. 1.
Nisi in facie benedixerit tibi. Ibid. c. 2: Vide-
bis quod in facie benedicat tibi. Ibid. Benedic
Deo, & morere. Sic sperare pro timere: sic po-
tius hostium, & potius hostium apud Plau-
tum in Captiuis, pro captiuum esse. Et in Di-
gest. l. xi. & xii. de Capt. & postlim. Et l. cxcii.
de verb. sign. Sacer pro execrando, &c. Anti-
qui summo opere obseruabant auguria, sed illa
præcipue quæ ab hominum ore prodibant,
quæ proprie omnia vocabantur. Hispanè Al-
fil Toledano. Cicero. 1. de Diuinat. Neque so-
lum Deorum voces Pythagorei obseruaue-
runt,

sunt, sed etiam hominum, quæ vocant omnia: quæ maiores nostri quæ valere censebāt, idcirco omnibus rebus agendis Q V O D B O N Y M, F A V S T Y M, F E L I X, F O R T Y N A T Y M Q V E E S S E T præfabantur. Rebusq; diuinis, quæ publicè fierēt, vt F A V E R E N T L I N G V I S imperabatur, &c. Fauere autem linguis non intelligo idem esse quod tacere, vt multi arbitrantur, sed bona verba dicere: nam credebant vitari sacra, si quis dura, mala, vel ominosa verba loqueretur. Tibull. libr. 2. eleg. 2. Dicamus bona verba (venit natalis) ad aras: Quisquis ades lingua vir mulierque faue. Ouid. 1. Fast. Prospera lux oritur, linguisque animisque fauete: Nunc dicenda bono sunt bona verba die. Horat. 3. Carm. Male ominatis parcite verbis. Terent. And. Bona verba, quæso, id est: Bene ominare. Idem in eadem. Valeant, qui inter nos disidium volunt. i. pereant. Sed exemplis agamus.

Adoleo & adolefco crescere est, sed in sacris (vt notat Seruius ad illud Virgil. 4. Georgic. Pancheis adolefcent ignibus aræ) incendere & cremare, sed per figuram euphémismon. Nam quia victima & altare verbenis, tu re, vino, & extis crescebant & augebantur, dictum est adolefceri pro cremare. vide Festi & Nonium.

Macta-

Mactare ex eodem nomine dictum est pro interficere, cum propriè sit augere, hoc est magis auferre. vnde mactus, id est magis auctus. Seruius ad illud Virg. Mactant lectas de more bidentes, verbum sacrorum inquit, per euphémismon, vt adolere.

Rectè pro nihil, aut non, aut malè. Terent. Heaut. tum quod dem ei rectè est, nam nihil esse mihi religio est dicere. Idem Eunu. Nunquid vis? C. rectè, id est non. vel nihil. Plaut. Afinar. Hæc rectè quæ tu in nos dicis, aurum atque argentum merum est.

Sacer dicunt esse nomen mediū: vt Græcis Anathema, & nunc in bonam, nunc in malam partem accipi. Sed quid sit homo sacer, vel Anathema, ab antiquissima historia petendum, quam narrat Io. Zetzelus histor. 23. Chiliad. 5. Cuius carmina sic vertebam.

*Catharma quondam tale purgamen fuit
Si pestis, aut fames, vel alia calamitas
Vexaret urbem ira Deorum percitam,
Ad victimam deformis ante omnes homo
Purgamen atque pharminus ductus fuit.
Cum vetum ad aram est, caseum, ficus, ador
Ipsi in manum dabant: deinde septies
Pudenda scillis verberabant victimæ,*

Capri-

*Caprifico, & alijs furculis agrestibus.
Agrestiumq; vrebant ramis arborum
Deuota membra: tum sacrum cinerē graui
Leuamen vrbis ventilabant in mare.*

Hæc ille atque alia : citatq; testem Lycophronem & Hipponactem. Idem Chiliada 8. Iustor. 239. cineres spargi solitos addit per totam ciuitatem. Suidas præterea in dictione Peripsema, addit dicere solitos ciues ad huiusmodi anathemata : Purgamen pro nobis esto, salus, & redemptio.

Huiusmodi sacrificium Hebræis vocabatur Azazel. i. caper emissarius: de quo. Leuit. cap. 16. ab Ez. i. caper, & Azal. i. abijt. Græcis Apotropæon, siue Apopompæon, id est malorum depulsio. Dicebatur etiam propriè Anathema. Itaque Sacer apud Latinos idem est quod anathema Græcis, & ita per euphemismon pro execrando accipitur. Quâquam Monachus Menesius, qui de accentibus scripsit, aliter quæstionem soluit: contendit enim in sacris Biblijs duo esse nomina Anâthema, & Anathêna: & illud cum accentu in antepenultima & cum epсило in penultima semper accipi in malam partem pro execrando : at cum accentu in penultima, & eta. i. e longo, semper accipi pro donario, vel re templis dicata.

cata. Ego scripturam quidem in Biblijs Græcis sic reperiri animaduerti, sed quomodo ab eodem verbo anatheinæ duo ducantur nomina contrariæ significationis nō video. Vnum semper nomen est anâthema siue anathêma, vt sacer apud Latinos. Quid est igitur illud tam crebrò in Concilijs repetitum, Anathema sit? Respondeo primum posse dici per Euphemismon : vt benedicere, pro maledicere: quasi dicat: Anathema sit, id est, sit benedictus. Quia viros sanctos non decet maledicere. Deinde respondeo, posse etiam intelligi iuxta propriam & genuinam nominis notionem: Anathema sit, id est, sit peccatum pro toto populo, sit deuotio, ferat omnia populi peccata. Ita D. Paulus ad Rom. 9. optabat esse anathema post Christum pro fratribus, id est, se deuouere & hostiam fieri à Christo. i. post Christum, quia Christus fuit pro nobis hostia, & factus est pro nobis peccatum, cum peccatum non haberet. Et verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Festus in voce Sacer, obscura quædã profert, quæ à Macrobio lib. 3. cap. 7. Saturn. explicantur. Illud verò Virgilij, auri sacra fames: alia res est. Nam Græci ieron. i. sacrum pro magno solent vsurpare, vnde os sacrum. i. magnum : & morbus sacer. i. magnum vel

H h comi-

comitialis. Ita Plotarchus de industria animarum. Vnde Adag. sacram ancoram soluere. i. magnam.

Alter, in augurijs dicebant pro non bono, vt ait Festus in dictione Altera auis. Et in senatu dicebat consul: Qui hoc sentitis, huc transite: qui alia omnia, illuc. i. qui negatis, vel dissentitis. Cic. lib. Nepist. De tribus legatis, frequentes ire in alia omnia. i. dissentere. & libro. 10. Eum senatus reliquit, & in alia omnia discessit. Vide Suidam in voce Eumenides: & Callias. Et nos etiam Antiphrasi de Eumenidibus satis.

DE ANALOGIA SIGNIFICATIO.

N V M.

HIS regulis præmissis, ad analogiam significationum transeamus.

Ius iuris propriè significat diarium, siue portionem victus. Antiqui enim (vt inquit Val. Maxim. lib. 2.) a deo erant continentiaè attentis, vt frequentior apud eos pultis vsus, quam panis esset. Plin. lib. 18. cap. 8. Pulte autem, non pane vixisse longo tempore Romanos manifestum, quoniam inde & pulmentaria hodie quoque dicuntur. Non itaque vescebantur carnibus, sed oleribus aut puitibus, totum.

tumque prandium ius vocabant. Horat. 2. Sermo. Est operæ pretium duplicis cognoscere iuris Naturam. Huius autem iuris in conuiujs pares dabantur vnicuique partes: vnde Homerus, conuiuium æquale ferè semper nominat. Vocabantur vero Duplicarij (vt ait Varro) quibus in conuiujs ob virtutem duplicia: vt darentur cibaria fuit institutum, Cuius rei etiam in sacris Biblijs fit mentio. Nam Genes. cap. 43. maior portio data est Beniamino, quam cæterorum cuiilibet. Itaque propriè ius est quod Hispanè dicimus Quimon, parte, porcion, orslinario. Græcis est Choenix, id est, dimensum (vt vocauit Terentius) Hebræis est Maná, à verbo maná, id est diuisit vel numerauit. Nam vbi legitur Daniel. cap. 1. Et constituit illis rex annonam per singulos dies de cibis suis: Hebraicè legitur maná. Hinc igitur metaphoricè ius vocatur munus illud quod suum cuiusque tribuit.

Vertex (inquit Fabius lib. 8. cap. 2.) est contorta in se aqua, vel quicquid aliud simile vertitur: inde propter fluxum capillorum pars est summa capitis. & ex hoc, quod est in montibus eminentissimum. Valla lib. 6. capit. 11. Rectè (inquit) dixeris hæc omnia vertices, propriè tamen vnde initiū est. Quare nemini

Hh 2

debet

debet mirum videri, cur interdum vna vox plura significet. Hæc illi. Ego tamē magis assentior Charisio lib. 1. Vertex (inquit) à vertendo, vortex à vorando: & vult Plinius verticem immanem vim impetus habere: vt ingēs à vertice pontus: vortex verò circumactio. nem vndæ esse: vt, Et rapidus vorat æquore vortex. Caper Grammaticus: Vortex fluminis est, vertex capitis.

Tempus, vt Varro scribit, est mundi intervalum & motus diuisum in partes aliquot, ab Solis & Lunæ cursu, à quorum tenore temperato tempus dictum est. Tempora in capite, Hispan. las fienes, ob id dicta putant; quòd ab ijs indicia petamus senectutis. Posuit enim natura in multis animantibus ætatis signa: vt veterinis & ouibus in dentibus, ceruis in cornibus: sic homines in temporibus gerunt ætatem. Vnde Homerus senes vocat Poliocrotaphos, id est, canorum temporum, quia plurimum inde cani incipiunt. Nam priora capitis humiditatis pituitæque plus habent, quàm posteriora. Virgi. 5. Æneid. Æmula nec dum Tēporibus geminis canebat sparfa senectus. Vide Alexan. Aphrodis. problemata: & Columellam lib. 6. cap. 29.

Nepos (inquit Charisius) significat & certum cognationis gradum, & rei auitæ consum-

sumtorem. Mihi tantum significat filiorum filium. Romani pueri patruis tradebatur erudiendi, & castigandi: vnde prouerbiū; Ne sis patruus mihi. Quia patruī, etiam si ament, nesciunt ad peccata cōnuere. Aui contrā impotentius amant, omnia indulgent, castigare nesciunt. Inde nepotes euadunt perditissimi. Aristoteles 3. Ethic. in calce intemperantiam vocat Acolasiam, id est incastigationem; & acolasti dicuntur incastigati. Tales igitur sunt nepotes. Inuenio & apud Græcos Nepodes vocari nepotes, quasi sine pede, hoc est fundamento: quia filijs fundamentum rei familiaris non erunt: dilapidant enim rem familiarem. Qui deducunt à nepa. i. scorpione, quia filios deuorat, mihi non placent. Vide Festum.

Tollere liberos, tollere onera, tollere in erucem, tollere aliquem è medio vel è vita; semper est subleuare. Sed tollere pro educare vel habere filios, ex antiqua consuetudine petendum. Antiquitus pueri recenter nati terram primum omnium tangebant, tanquam rerū omnium parētem. autor est Plinius in proœmio libro. 7. Tertulliani verba sunt: Dum prima etiam constitutio infantis super terram statim Edææ sacrum est. Sapientiæ cap. 7. Et ego natus accepi communem aërem, & infans milititer factam decidi terram. Sic positum in-

fantem patres solebant statim alleuare : qui autem non tollebatur, vt abdicatus & proicitus habebatur, idque inauspicatum habebatur. Papinius vltima filua deplorat feruulū immatura morte surreptum, sed ante donatum libertate, hæc addens: Meus ille, meus, tellure cadentem Excepi. vide. Furneb. libro 22. cap. 11. & lib. 4. cap. 15. D. August. lib. 4. de Ciuit. Dei. c. 11. Ipse leuet de terra, & vocetur dea Leuana.

Cernere (inquiunt) est videre, est pugnare, & cernere hæreditatem, est adire hæreditatē. Non ita est: nam proprie cernere est separare furfures à farina. i. cribrare: Hispanè, cerner: Plin. libro. 18. cap. 11. Posteaque gypsi pars quarta inspargitur, atque vt cohæserit, farina. cribro subcernunt, quæ in eo remansit, exceptitia appellatur, & grandissima est: rursus quæ transactiōne cernitur, & secundaria vocatur. Hæc Plinius. Cū igitur cernere sit propriè separare furfures à farina, non male pro discernere, & discriminate coepit accipere: deinde etiam pro dimicare, quia olim lites omnes & præcipuè de terminis agrorum ferre decernebantur. Et Stobæus sermone 8. ex libro De moribus gentium Nicolai hæc refert. Vmbri cum controuersias inter se habent, pugnant armati, sicut in bello, & qui

suos aduersarios interemerint, iustitiam causam habuisse videntur. Vnde Ennius apud Ciceronem: Ferro, non auro vitam cernamus utriusque. Et Virgil. 12. Æneid. Inter se coisse viros decernere ferro. Sic enim legit Eternus ex antiquis codicibus. Postremo, cū ait Vlpianus: Titius hæres esto, cernito que in diebus ceterum proximis, quibus fereris, poterisque: nisi ita creueris, ex hæres esto: Cernere pro deliberare accipitur: Nam ceterio est certorum dierum spacium, quod datur instituto hæredi ad deliberandum vtrum expediat ei adire hæreditatem, necne. Varro. lib. 5. dum huius verbi etymon conatur indagare, tres significaciones sic ad vnā reducit: Dicitur cerno à creo, id est, à creando, ab eo quod cū quid creatum est, tum denique videtur. Hinc fines capillorum discreti, quod finis videtur, discrimen. Cernito in testamento, id est, facito, videant te esse hæredem, &c. Hic Varro mihi non magno perè placet, sed tamen quod voluimus efficit. Ego certe multo antè docui, quod postea Iosepho Scaligero placere animaduertit, cerno à crino Græco deduci, id est, iudicio: Vnde crimen, de quo iudicatur, & crines qui discernuntur.

Opus (si carnicibus linguæ Latinæ, id est, Grammaticis credas) in mille quæstia distrahitur;

tur; nunc enim substantiuè indeclinabile, nunc adiectiuè in declinabile accipiunt, & omnibus ferè casibus iungi posse asseuerant: quin etià sunt qui, opus habeo, pro necesse est mihi, dicant. Ego hæc omnia puto deliramenta. Nam nec opus sumitur pro necesse est, nec aliud vnquam significat, quàm hoc nomen opus, operis: vt opera nostra, opera regis. Nam cum dicis: libri sunt mihi opus, significas, libros esse mihi omnia. Hispanè, el todo: cum autem dicis: opus est mihi libris, dicis, totum negotium esse mihi in libris: sic opus est factio, i. negotium & difficultas, siue vsus est in factio. Sic Virg. Nunc viribus vsus. i. nunc est vsus, opus, negotium, & tota vis in viribus. Hoc melius intelligetur, si addas adiectiuum: Horat. lib. 1. carm. Sunt quibus vnum opus est intactæ Palladis vrbe carmine perpetuo celebrare. Virg. 6. Æneid. Hoc opus, hic labor est. Cum additur genitiuus, longè alia res est, quàm Grammatici putant. Virg. 10. Æneid. sed famâ extêdere factis, Hoc virtutis opus. Ouid. epistol. Parid. Teque mei scires esse laboris opus. Ouidius. Non minor est virtus, quàm quærere, parta tueri; Casus inest illic, hic erit artis opus, id est in hac parte totum est negotium artis. Propert. libro. 2. eleg. 10. Magni nunc erit oris opus, id est negotium & labor.

Græci

Græci dicunt: ergon eurêin, Cicero vertit, difficile est inuenire. Sophocles in Aiace: οὐδ' ἐν ἔρι ἴργον ἐστὶν, id est, nihil opus est. Est igitur nomen opus semper substantiuum. Ouidius 4. de Pont. Quodque alijs opus est, hoc tibi lusus erit. Vide Opus in Ellipsi.

Volo, as, & volo is, valde diuersa videntur. Sed accipe M. Varronis verba ex libr. 5. ling. Lati. Volo à voluntate dictum, & à volatu, quod animus ita est, vt puncto temporis pernolet, quò volit. Idem libro. 8. Fit enim vt reatus nonnunquam sit ambiguus. Vt in hoc verbo volo, quod id duo significat, vnum à voluntate, alterum à volando: itaque à volo intelligimus volare & velle. Hæc verba sunt obiectio contra Varronem, quorum responsio Varroniana desideratur.

Puto as, propriè est purum facere (vt ait Varro) Hisp. podar, ideò antiqui purum putum appellabant. Vnde disputatio & computatio. & putator, qui arbores puras facit. Ideò ratio putari dicitur, in qua summa fit pura. Sic is sermo, in quo pura disponuntur verba, ne sit confusus, atque vt diluceat, dicitur disputare. Hæc ferè Varro. Hinc igitur apta est translatio ad cogitationem, cum in dubijs sententijs amputamus superflua, & vnam feligimus, quam sequamur.

Hh 5 Vas

Vas vadis, & vas vasis quantum differant, notum est. Sed vas pro sponfore, antiquitus erat, hic vadis à vadendo. i. eundo, quia qui vades dabat, vadere ei in urbem erat necesse. Horat. Satyr. 1. Ille datis vadibus, qui rure extractus in urbem est, solos felices viuentes clamat in urbe: postea verò ex vadis seu vades factum est vas. At vas pro poculo antiquè vasum dicebatur: unde vasculum & vasa in plurali. Nonius Marcel. in illo Ciceronis libro, 3. offic. Vas factus est alter, notat vas positum pro vades. Ac nescio an alibi reperiatur vas in recto pro sponfore.

Flamen masculinè sacerdotem significat, & neutraliter flatum ventorum; sed pro flatu an in recto reperiatur, dubito: in plurali tritum est flamina, & aliquando in sexto casu singulari flamine. Citatur in recto singulari ex Arato Ciceronis: Inferior paulò est Aries, & flamen ad Austri Inclinator: sed legendum est: flamina ad Austri. Quid si potius hic flammen pro sacerdote scribendum sit duplici m; nam vt Dionysius Halicarn. ait, dicitur à flammeo. i. linteo rubro: non à filamine, vt aiunt Grammatici.

Pecus udis, & pecus oris, sic distinguunt Grammatici: Vna sola pecus inficit omne pecus. ipsi magis ad pecudes ablegandi. Sospiter

ter Charisius lib. 1. Alia autem quavis plurali numero per omnes casus declinetur, nomina tamen singularè, vocatiuumq; non habet: vt dapes, preces, proceres, pecudes, fruges, fauces, vices, &c. Itaq; aut caret recto, quod ait Charisius, aut rectum erit, hæc pecudes, is.

Appello as, & appello is, apud antiquos non differebant. Nam appellare erat idem quod applicare: vt, appellare ad molem nauiculam. Postea factum est, vt pro imponere nomen sit paululum immutatum: vt appellatus Aphricanus: ex Nonio. Et appellare senatum, appellare consules, quasi appellare ad maiorem potestatem videri dictum potest: nam dicitur etiam: appellare Tribunos, & appellare ad Tribunos.

Posis (vt aliquid quoque de Græcis attingamus) varia videtur significare: nam pro potione siue haustu sapièsimè accipitur, & non rarò pro marito. Sed à potionè ad maritum fit elegans translatio. Nam quemadmodum terra potioni siue aquæ mista arborum & feminum redditur fecunda generatrix: ita feminae mistus vir procreandorum liberorum esse causa intelligitur. Hanc Græcam vocem Virgilium habuisse ante oculos crediderim, cum 2. Georgic. hæc scripsit: Vere tument terræ, & genitalia femina poscunt. Tum pater omni-

omnipotens fecundis imbribus æther Coniugis in gremium lætæ descendit, & omnes Magnus alit, magno commistus corpore, fœtus. Huc refer illud Iuuenalis Satyr. 10. Quot longa viros exorbeat vno Maura die. Et illud Virgil. Æneid. 3.

Cælum pro mundo & instrumento cælandi dicunt accipi, sed manifesto errore, nam cælum pro mundo seu æthere cum œ, debet scribi, quicquid dicat Aldus & alij multi. Nam à Græco κολων, id est, concauum deducitur: & id videntur verba Varronis, licet corrupta, sentire. Quæ sic legit, & emendauit Iosephus Scalig. Quare à cauo cauea, & caulæ: & conuallis, cauata vallis, & caux dium: vt cauum sit ortum, vnde omnia apud Hesiodum à caho: à cauo cælum. Hinc locum Plinij restituo libro. 2. cap. 4. Cælum quidem haud dubiè cauati argumêto diximus, vt interpretatur M. Varro. legitur coelati, pro quo suppositi cauati. Sed nemo est iam mediocriter eruditus qui pro mundo non scribat cælum, pro instrumento cælum. Vide infra Antiphraf. 9.

Mundus varia videtur significare. Nam pro cælo ipso accipitur, vt sæpè apud Ciceronem, & Plinium. Et adiectiuè sumitur, vt mundus vestitus, munda vestis. Et pro ornatu muliebri, vt mundus virginalis. At vero mihi

subti-

subtilius rimanti semper adiectiuum nomen est. Nam si etymon scruteris, à mouendo dicitur, Testibus Festo, & D. Isidoro. Festi Pompeij verba hæc sunt. Mûdus etiam dicitur ornatus muliebris, quia nõ alius est, quàm quod moueri potest. Isidorus sic: Mundus à mouendo vel à motu, quod in sempiterno motu sit: est enim proprie cœlum ipsum, cuius elementis nulla est concessa requies. Hæc illi. Hunc quia Græci ab ornatu dixerunt *κομωρ*, Latini per translationem ad munditiam significandam deflexêre. Semper tamen adiectiuè, vt munda domus. Quum ergo dicis: Mundus muliebris, intellige Ornatus, vel cultus. Lucret. libr. 4.

Nam facit ipsa suis interdum fœmina factis, Morigerisq; modis, & mûdo corporis cultu. Lilius libro. 8. ab vrb. Mundior iusto cultus. Cic. 2. Natur. Deo. Admirabilis cœli ornatus. Virgil. Omnis ornatus virginis. i. mundus. Nam & pro muliebri ornatu mundus aptè dicitur à mouendo: nam, vt inquit Festus, non alius est, quàm quod moueri potest. Est igitur arcula muliebris mobilis vbi aurum, & munditiæ reconduntur. Ianus Guilielmus lib. 3. cap. 13. Verisim. sic ait: In Apuleij lib. 6. priore sic legitur: Erant & falces, & opere messorio,

messorio, modus omnis, sed cuncta passim in-
 centia, & incuria confusa: lego, & operæ mes-
 sorix, mundus omnis. Mundus enim nō mu-
 liebris tantum ornatus, sed cuiusvis rei prom-
 pta, & parata copia. Vnde vulgatum loquēdi
 genus: In mūdo esse: de eo, quod in promptu,
 & domi ad manum est, nec quærendum for-
 ris. Ita Plautus Mundū rusticū dixit, pro his-
 dem rei rusticæ instrumētis, Mercatore: Mul-
 topere in mūdo rustico se exercitū. Hæc ille.
 Locus autē Plauti est in *Afin.* act. 2. sic: Certè
 herclè ego quantū ex augurij auspicij intelli-
 go, Aut mihi in mūdo sunt virgæ, aut atriensi
 Sauriæ. Item Plaut. *Casina*, scen. Stultitia: Cui
 quod amet, in mundo fiet. i. paratū & ad ina-
 num. Et quanuis vsus obtinuit vt Mundus, a,
 um. & mundiōr, & mūdulus, pro terfo, pūro,
 polito accipiatur: vnde mundities, vel mūditi-
 tia: nō tamē aptè ducās inde verbū. Mūdo as,
 mundare, nec mundatus, a, um. Nā locus *Pli-
 nij* lib. 15. cap. 6. corrigendus & legendus sic
 est: Ob id crebrius vasa mutanda. non munda-
 danda: ex Catone & ex antiquis codicib.

Res, multa videtur significare: Vnde Aulo
 in monosyllabis quærit: Imperium, li-
 tem, venerem cur vna notet res? Respondeo
 Res, negotium, & apud Græcos Chréma,
 pragna esse nomina quæ vocant Dialectici

tran-

transcendentia, quibus omnia subijciuntur.
 Sed tamen significati variatio ex adiunctis de-
 pendet. Pro imperio sumpsit Virgilius in il-
 lo. Postquam res Asia, &c. Pro lite Horat. li-
 bro. 1. Satyr. Dabius sum quid faciam, te ne
 relinquam, an rem? pro venere passim apud
 Comicos: vt Terent. Postquam sensit me te-
 cum rem habere. Sumitur & pro multis alijs
 rebus, sed eadem est significatio. Sed iam
 aliqua de particulis (quas indeclinabiles vo-
 cant) addamus: nec de omnibus, sed quæ præ-
 cipuæ videantur.

Cum, præpositio, & aduerbium temporis
 dicitur: sed magno cum errore. Nam cum tē-
 pus significatur, nō Cum, sed quum aut quum,
 debet scribi, antiquitus semper Quom. Hæc
 Victorinus de orthographia.

Vt, dicunt accipi pro Quanuis, sed id impe-
 ritè docetur. Nam Vt semper & ubique simi-
 litudinis est particula, vt ostendemus. Quum
 videtur accipi pro quanuis, deest Esto, fac, da.
 Quid. Protinus vt redeas, facta videbor anus,
 id est, fac vt, esto vt, protinus venias. Cicer. 2.
 Flo. Esto fecerit, si ita vis. i. esto vt fecerit. Ho-
 rat. Saty. 6. lib. 1. Nanque esto, populus Leni-
 no mallet honorem, quàm Decio mandare.
 Quintil. libr. 12. capit. 1. Da nunc vt crimine
 manifesto prematur dux bonus.

Vt, di-

Vt, dicunt accipi pro Vtinam: Terentius Adelph. Vt Syre te magnus perdat Iupiter. Catullus in Coma: Iupiter, vt Chalybum omne genus pereat. Horat. 2. Serm. Iupiter, vt pereat positum rubigine ferrum. Sed in his & alijs quis non videt deesse Oro, precor, quæso: Vt in illo Liuij lib. 1. Iupiter pater, si est fas hunc Numam Pompilium regnare, vt tua signa nobis certa, ac clara sint. Terent. Andr. Deos quæso, vt sit superstes. Cicer. 2. Catil. Deos immortales precari, venerari, atque implorare debemus, vt urbem defendant.

Vt, dicunt negare post verba timoris; quod monstrum ita vulgare est, vt doctis etiam imposerit. Nam Lambinus, in illo Horat. lib. 7. Satyr. 3. Nam vt ferula cedas meritum maiora subire verbera non vereor: frustra sudat, & nihil explicat. Nec intelligit, Vt significare, quemadmodum, vel quomodo, vt si dicas: Lites ad te misi, vereor vt reddantur. Et post verba timoris solere apponi has particulas, quemadmodum, vel quomodo, in significatione Vt, tritum est, & peruulgatum. Cicer. in libr. 11. epist. 10. Timeo, quemadmodum hæc explicari possint. Idem pro Milone: Effet vero timendum, quonam modo id ferret ciuitas? Et libr. 4. ad Heren. Tametsi vereor, quomodo accepturi sitis. Et cum alijs verbis: Cic.
pro

pro Rosc. Postulatio breuis, & quomodo mihi persuadeo, aliquanto æquior. Idem pro Quint. Quem, quomodo nunc intendit; ne viuum quidem tunc putabant. Idem Attici. Nam, quomodo nunc est, pedem vbi ponat in suo non habet. i. vt nunc est. Qui docent; Vt negare post verba timoris, quid dicent, si post Vt, sequatur negatio? Cic. pro Marcel. Vereor, vt hoc quod dicam, non perinde intelligi auditu possit, atque ego ipse cogitans sentio. Quem locum quia conatur peruertere Lambinus, alios adiungã. Cic. 2. De leg. Quomodo circa vereor committere, vt non bene proniſa principia ponantur. Idem 2. Tusc. Et tamen veremur, vt hoc quod à tam multis, & tot locis præferatur, natura non patiat. Idem Att. libr. 7. Si manet vereor vt exercitum firmum habere non possit. Quintil. lib. 8. ca. 3. Oppido, quo sunt vsi paulum tempore nostro superiores, vereor, vt non iam ferat quisquam. Cæsar lib. 5. Gal. cap. 12. Veritus, si ex hybernis fugæ similem profectiorem fecisset, vt hostium impetum sustinere non posset. Quem locum peruertere conatur Aldus à Grammaticis deceptus. Plaut. Bacch. 16. Metuo, vt hodie ne possim emolirier. Ne pro non dicebãt antiqui, vt sæpe Terentius. In omnibus his locis, imò & semper, particula Vt, accipitur pro

quomodo vel quēadmodū: vt cum dicimus: Oro te, vt perficias, id est, ita te oro vt perficias. Hoc fortasse durum videbitur ijs, qui Latinam linguam ignorant, & aliter sunt imbuti: nos tamen hæc latius alibi disputauimus.

Ne, post verba timoris inculcant isti muta re significationem: quid hi dicent mihi, si post Ne, sequatur alia negatio? Cic. Att. libr. 9. Sed timeo ne non impetrem. ibid. libro. 5. Vnum vereor, ne senatus propter vrbānarum rerum metum Pompeium nolit dimittere. Ibidem libr. 14. Vereor ne nihil habuerit. Idem libr. 10. famil. Non enim vereor, ne non scribendo te expleam, Ibidem libro. 6. Quibus literis intellexi, te vereri, ne superiores mihi reddita non essent. Sed in his & similibus. Ne non est Vt, vel quomodo, vel quemadmodum. Terent. Adelph. Metuisti, ne non tibi istud fenararet Martial. lib. 5. 98. Nūquid Galla times, ne tibi non placeam? Harum verò particularum vsum sic explico: Si timemus fugienda, dicimus, timeo ne; si verò cupita & optata, dicimus, timeo vt, vel ne non: vt, timeo ne pater veniat; quia nolo patrem venire: timeo vt pater veniat, quia illum venire desidero. Sic loquuntur qui Latine sciunt. Itaque Ne semper prohibet, dum longa est: vt ne facias, ne dixe-

dixeris: si verò postponatur & breuietur, alia vox erit, non eadem: vt, credisne, dubitasne? Næ verò cum diphthongo Græca vox est, & significat certè.

Vel, in varias significationes distrahitur, Virgil. Vel Priamo miseranda manus. Donatus accipit pro etiam; Budæus in commentarijs. pro Nam; alij pro saltem. Ego dico deesse alterum vel: nam hæc particula sola poni non potest. Terent. Eunu. Hanc tu mihi vel vi, vel clam, vel precario fac tradas. tolle hinc duo vel, & videbitur alia significatio. Cic. Q. Fratri: Sunt ista quidem vel magna, vel potius maxima. tolle secundum membrum. Terent. Phorm. Sumeret vel fœnore, vel alio modo. Perius: Vel duo, vel. Sed hæc satis erūt ad reliqua, quæ multa supersunt, intelligenda.

Q V V M hæc scriberem, ecce tandem quidam mihi obiecit: In nominibus proprijs næ obtinere non posse, quin ambiguitas, siue, vt Barbari vocant, æquiuocatio reperiatur. Petrus siquidem, & Paulus in hunc & in illum propriè & ex æquo possunt cadere. Cui ego respondebam, Cicero, aut Tullius non esse nomina integra, sed partes nominis. Nomen integrū est, Marcus Tullius Cicero: cuius

frater Quintus Tullius Cicero vocabatur. Sed quum ambiguitas non timetur, parte nominis contenti sumus: vt Cicero dixit. Noui ego Salmanticae fratres tres generosos, qui Antonij vocabantur, sed cum distinctione Maioris, Secundi, Tertij.

EXPLODITVR
GRAMMATICORVM
ANTIPHRAISIS.

AD nauseam vsq; repetunt indocti Grammatici Antiphrasin figuram: Parcas enim affirmant dici quia nemini parcunt: & lucum, quia minimè luceat; & huiusmodi sexcenta monstra: sed ego illos hic, vt in alijs omnibus, in media luce caligare, vel potius cœcutire ostendam; ac primum omnium vocem ipsam Antiphrasin ignorant: *φράσις* enim non dictionem vnicam significat, sed orationem, aut loquendi modum: vt si quæras, an opus habere, sit Latina phrasis, nec ne: itaq; si esset Antiphrasis quâ illi somniant, aliter esset appellanda: ego verò Antiphrasin esse non inficio, sed longè aliud esse quàm quod isti opinantur asseuero. Est enim Ironiæ quædam forma; quum dicimus negando, id quod debuit affirmari: vt, non mihi displicet,

displacet, non malè disputat; pro placet, & bene disputat. Plutarchi verba in Homerum hæc sunt, *ἔτι καὶ ἀντίφρασις λέξις, τὸ ἐναντίον, ἢ τὸ παρακείμενον σημαίνουσα.* i. antiphrasis est sermo (sic n. interpretor *λέξις* ex Aristotele 3. Rhet. in principio) contrarium, quam positum est, significans. Confirmat hoc tali Homero exemplo: Neq; hos videns gaudius est Achilles. Voluit (inquit) contrarium significare. i. videns hos mæstus fuit. Hæc Plutarchus. Antiphrasin etiã Iulius Ruffinianus non inter figuras verborū enumerat, sed sententiarum: qui mihi tamen non placet, quod eam Latinè vocari ait omissionem, vt quū fingimus omittere ea quæ tamē dicimus. Virg.

Quid repetam exultas Brycino in littore classe?
atq; hæc de nomine, nūc rē ipsam excutiam?

Si Platoni credimus in Cratylo, & Aristoteli tertio Rhetoricorum, qui nomina similia chra quædam & imagines esse asserunt rei: illius quam imitantur & nominant: extremæ dementiæ fuerit nomina per contrarium sensum excogitare: quid enim putidius quàm rem aliquam vocari leuem quia sit grauis? vel obscuram quia lucida sit? Nec obstat illud Terent. & aliorum; Ehodum bone vir, id est, pessime. Nam hæc mera est Ironia, quum contrarium significamus. Aliudque est tropum

efficere, aliud nomina imponere. tum præter ea Ironia pronütiatione & gestu indicat quid velit: Antiphrasis verò si esset, ex vsu sic significaret. Antiphrasin Quintil. lib. 8. sub Ironia recenset. Aristophanis interpret in dictione σκολιά negat dici verba à contrario sensu: sic, τὰ γὰρ δύσφημα ἐπὶ τὸ εὐφημώτερον μεταλαμβάνεται, ἢ κέρ τοῦ μετὰ λιν. i. quæ dura sunt, & malè ominata verba transmutantur in bene ominata, non autem per contrarium. Interpres Nicandri illud Homeri κύννας ἀργούς per euphemismon, id est, veloces, quia ἀργός semper piger significet. i. ἀργός.

Augustinus Dathus iam olim vidit Grammaticorum Antiphrasin vanum esse commentum: isque libellum edidit De nouem nominibus falso per Antiphrasin dictis. Ego vt illius diligentiam laudo, quòd melius aliquid viderit; ita in etymo explicando longè sæpe ab eo dissentio, vt suis locis demonstrabo. Hæc autem sunt, quæ ipse confutat nomina; Manes; lucus; bellum; officium; Parca; ludus; ocium; Cælum; Eumenides. Nos alia præterea nonnulla curauimus refellenda.

M A N E S I.

MAnes dici affirmant, quòd boni nò sint; idque testimonio Seruij confirmant, qui

qui 3. Æneid. de Polydori tumulo sic inquit: Manes animæ sunt quæ egressæ corporibus nondum alia intrant corpora. Sunt autem maximæ, & dicuntur per Antiphrasin: nam manum bonum, vnde mane dictum: vt Eumenides, Parcas, bellum, Lucum. Alij manes ducunt à manando; nam animabus plena sunt omnia inter lunarem circulum & terrā, vnde defluunt. Alij Manes deos infernales putant. Hactenus Seruius. Augustinus Dathus à mania si Græca dictione quæ furorem aut insaniam significat deducit, vel à mano: ait enim manare non tam aquarum fluentium quàm Solis proprium esse in emittendis radijs: vnde mane originem sumpsisse, quod in ea diei hora Sol manare incipiat: sic ille. Sed longè aliter se res habet. Varro De lingua Lat. Antiqui (ait) bonum dicebant manum. Nonius Marcellus, Manum (inquit) dicitur clarum, vnde etiam mane post tenebras noctis diei pars prima: inde Matuta quæ Græcè Leucothea. Nam inde volunt etiam deos manes appellari, id est, bonos ac prosperos. Festus Pompeius, Manare (inquit) antiqui dicebant, cum Solis orientis radij splendorem iacere cœpissent, à quo & dictum putabant mane. Alij dictum mane putant ab eo quòd manum bonum dicebant: & paulò post: Ma-

ne à dijs Manibus dixerunt; nam mana bona dicitur: vnde & mater Matuta, & poma matuta: & rursus matrem Matutam antiqui ob bonitatem appellabant, & maturum idoneum esui, & mane principium diei; & inferi dij manes; vt suppliciter appellati bono essent. Vides Festum, propter codicum deprauationem, sibi non constare: nihilominus tamen elicimus ex illo Manes à manum quod est bonum deduci. Acron in Horatium, Dijs Manes, dij boni à manum quod est bonum, antiqui animum à corpore separabant, manem Deum nuncupabāt. Hæc ille. Cic. 2. leg. Deorum Manium iura sancta sunt. Sed nullus esset finis si quæ de manibus, lemuribus, atq; laribus sunt disputata à Platone, Plotino, Porphyrio, Plesio, Proclo, Apuleio, coner in medium afferre. nam nullus ferè cum altero conuenit. Diuus August. lib. 9. c. 11. ciuitatis, Plotini sententiam sic proponit: dicit quidem & animas hominum dæmones esse, & ex hominibus fieri Lares, si meriti boni sint: Lemures, seu Laruas, si mali. Manes autè deos dici quò incertum est, bonorum eos seu malorum esse meritorem. Sic Augustinus. Apuleius de deo Socratis posteaquam quid Genius, quid Lemures, quid Laruæ sint explicauit, subdit: Quum verò incertum est quæ cuique eorum

fortitio

fortitio euenerit, vtrumne Lar sit an Larua, nomine Manium Deum nuncupant, & honoris gratia Dei vocabulum additum est: quippe quum eos deos appellent, qui ex eorum numero iuste ac prudenter vitæ curriculo gubernato fanis & caerimonijs vulgò admittuntur: vt in Bœotia, Amphiaras, in Africa, Mopsus; in Ægypto, Osiris alius alibi gentium. Esculapius vbique. Hæc ille. Hinc natum est illud vulgatum in sepulchris, quod à multis quid sit video ignorari.

D. M.

A C H I L L I S

hoc est Dijs Manibus Achillis. putant enim sepulcrū dici dijs inferis: quare nostri Christiani vt felicius ominarentur, emendarunt, seu corruperunt potius sic,

DEO OPT. MAX, SACRVM.

sed Dijs manibus Achillis, aut Aiacis, idem est ac si dicat: Ipsi Achilli sacrum, aut Genio Achillis. Postremò nemo mihi melius quid sint Manes explicasse videtur, quàm Pomponius Melalib. 1. quum de Augilis Nasamonibus (id est, arenosis) loquitur: Augila (inquit) Manes tantum deos putant, per eos deierant, eos vt oracula consulunt, precati que quæ volunt, vbi tumulis incubuere, pro responsis ferunt somnia. quæ verba sumta sunt ex Hero-

Ii 5 doto

doto in Melpomene quum de Nafamonibus loquitur, in hunc modum: Iureiurando adiuuinatione tali vtuntur: per eos viros, qui iustissimi atque optimi apud illos fuisse dicuntur, iurant; illorum sepulchra tangentes diuinant, ad suorum accedentes monumenta: & illic, vbi preces peregerunt, indormiunt: vbi quodcunque per quietem infomnium viderunt, eo vtuntur. Mela itaque vocauit Manes quod Herodotus iustissimos atque optimos post mortem. Plinius, quum hæc à Pomponio accepisset, sic mutauit: Augilæ inferos tantum colunt. Rursus à Plinio Solinus: Augilæ verò solos colunt inferos: quàm rectè mutarint ipsi viderint. obscurè dixit Virgilius Æneid. 6.

Quisque suos patimur Manes.

Quod sic explico: quemadmodum qui alios læserunt, aut necauerunt, patiantur Lemures, & Laruas interfectorum, vt Orestes, & alij: sic Anchises, & alij boni viri patiebantur proprios Manes, id est, non prius transibant ad Elyfios, quàm propria crimina purgarent.

LVCVS II.

LVcus inquit à lucendo, quia minimè luceat. Hoc refellens Dathus ait, à lucendo dici fateor, sed per contrarium nequam.

Idem putat Quintilianum sentire lucum per Antiphrasin dici: sed ipse cæteri que Grammatici falluntur, quum Quintiliano authore, lucum à non lucendo deducunt. imò verò Quintilianus irridet illos, qui talia comminiscuntur: inquit enim libro. i. cap. 6. etiam ne à contrarijs aliqua finemus trahi? vt lucus, quia vmbra opacus, parum luceat: & ludus, quia sit longissimè ab lusu? & Dis, quia minimè diues? Hæc Fabius. Ego verò, misis aliorum rationibus, Lucum ab Etrusca voce deductum existimo. Etrusca enim esse nomina Varro in Originibus asserit Luceres, & Lucumones. est porrò Etruscis vox Lucà cum accentu in vltima (vt Talmudistæ aiunt) idem quod senex, siue senator. Et de antiquitate Lucorum & illorum religione pleni sunt poëtarum libri. Templum Pici (inquit Virgilius) horrendum erat filijs & religione parentum. i. venerandum, vt Seruius exponit: sed extat apud Lucanum elegans Luci descriptio lib. 3.

Lucus erat lōgo nūquā violatus ab æuo, &c.

BELLVM III.

Bellum dicunt, quia non bellum fit. Ridet Dathus & à belluis dici contendit: adducens illud Ciceronis Offic. i. Nam cum sint

sint duo genera decertandi, vnum per disceptationem, alterum per vim; cumque proprium sit hominis illud, hoc belluarum; confugiendum est ad posterius, si vti non licet superiore, sed fallit Dathus: hæc enim verba nihil quod ad etymon pertineat, probant. accipe igitur veram sententiam. Antiqui duellum ante dicebant, quod postea bellum vocarunt. Ciceronis hæc sunt verba in Oratore perfecto: Quid verò licentius, quàm quòd hominum etiam nomina contrahebant, quo essent aptiora? Nam vt duellum bellum, & duis bis, sic Duellium eum qui Pœnos classe deuicit. Bellum nominarunt: quum superiores appellati essent semper Duellij. ex his etiã Ciceronis verbis ridere poteris Grammatistas qui inter duellum & bellum differẽtiam constituere solebant: quum idem prorsus significant, nisi velis dicere illud vetus; hoc autem postea vsitatum. Antiquè enim dixit Horatius: Græcia Barbariæ lento collisa duello. Vide Festum in Duellum. Duicentis. Duides hostia: Duis, Duonum, bonum.

OFFICIUM ILLI.

Officium aiunt ab officiendo, quod ne mini officiat, vel noceat. Hoc rectè refellit August. Dathus ex sententia D. Ambrosij, in lib. de Officijs, dum inquit: Officium

cium litera o mutata quasi officium dicitur: propter decorem sermonis. Hæc ille. Donatus in Adelph. planius id ostendit, inquit: Officium dicitur quasi officium ab efficiendo, quod vnicuique personæ congruit.

LVDVS V.

LVdus, quòd longissimè absit à lusu; citantque Quintilianum lib. i. cap. 6. sed ille, vt monui, irridet illos qui talia docent. Dathus malè se expedit à quæstione, dũ disputat ludum literarium non ad grauiores disciplinas pertinere, sed ad Grammaticam & pueriles institutiones, qui vtique lusus est, præ maioribus & altioribus scientiæ & philosophiæ studijs; in quo quantum fallatur, non est difficile explicare: quum constet grauisimorum Oratorum scholas vocari ludos. Cicer. de Orato. Isocrates magister istorum omnium cuius è ludo, tanquam ex equo Troiano in numeri principes exierunt: Sed etsi de mus Dathum vera dicere, non tamen propterea ludi etymon inde apparet. Exquiramus igitur primæuam ludi etymologiam; tum deinde ad ludum literarum accedemus; cui quæstioni vt rectius satisfaciam, illud admoneo, literam Græcam y perpetuò verti apud Latinos in v. vt $\varphi\upsilon\omega$ suo, $\lambda\upsilon\omega$ luo, $\varphi\upsilon\gamma\alpha$ fuga; sic à Lydijs ludus dictus. imò & ipsos Lydios

Lydios Ludios vocat Plautus in Aulularia. Historiam sic narrat Herodotus in Clione: Aiunt Lydij ipsi, sese ludos inuenisse, qui etiã num apud Græcos cum illis communes sunt, simul autem hæc inuenisse, & in Tyrreniã, hoc est Thusciam colonos deduxisse, idque hunc in modum accidisse referunt: Tempore Atydis Manis regis filij annonæ difficultas per vniuersam Lydiã valde grassabatur: adeo vt Lydij, qui tunc miserè debebant, non cessantes remedia huic malo quærere, diuersa pro se quisque excogitauerit; inuentumque tunc ab eisdem alex tesserarumque ludum, & pilæ, cæterorumque ludorum omnium genera; præterquam talorum: horum enim inuentionem sibi non vendicant Lydij. Porro ad famem discutiendam altera quidem dieſu in totum ludibus occupabantur: ne videlicet ciborum quærendorum sollicitudine distorquerentur: altera verò à ludibus abstinentes pascebantur. Atque hoc modo annis duodeviginti vixerunt. Hæc Herodotus. Hesychius tradit à Lydijs inuenta spectacula, & hinc Romanos dixisse ludos. Suidas *λυδίαζειν* & *λυδίζειν*, pro eo quod est Lydiorum more vivere. Hæc de vero etymo. Secundo autem modo ludus pro exercitatione capitur, vt ludus pilæ Græcè *γυμνάσια*, & *γυμνάζειν* exerci-

ceri

ceri in palæstra, in haltere, in disco, & multis huiusmodi. Hinc eodẽ modo ludus literarũ, id est, gymnasium, vel exercitatio literarum.

PARCÆ VI.

Seruius in illo Virgil. sic voluere Parcæ dicuntur, inquit, Parcæ per antiphrasin, id est, contrarium sermonem, quia nemi- ni parcant: sic lucus, quod nõ luceat: Bellum, quod nulla res bella in eo sit. Augustinus Da- thus ibidem, post Seruium non probat Anti- phrasim, longamque textit disputationem de nomine parcus; deinde ab illo deducit Par- cas, quia parcè nobis vitam tribuant. Nam, vt ait Plinius, quid tam circuncisum, quid tam breue, vt hominis vita longissima: sed nobis Varronis sententia magis arridet quæ refer- tur ab Aul. Gellio lib. 3. cap. 16. sic: Antiquos autem Romanos Varro dicit non recepisse huiusmodi quasi monstrosas raritates, sed no- no mense aut decimo: neque præter hos alios partionem mulieris secundum naturam fieri existimasse: idcirco eos nomina Parcæ tribus fecisse à pariendo, & à nono atque decimo mense. Nam Parca, inquit, immu- tata litera vna à partu nominata. Item No- na, & Decima à partus tempestiui tempore. Hæc Gellius. Parcæ autem tres finguntur Iouis filia, quarũ nomina & officia hoc versu expli-

explicantur, Clotho colum retinet, Lachesis
net, & Atropos occat.

EUMENIDES VII.

Quas Latini Furias appellauere, Græci
Erinyes, & Eumenides dicunt: sunt
autem, vt ait Orpheus.

Tisiphone, nec non Alecto, & dia Megera.

Quidam Eumenidas dictas putant ab *εὐμε-
νεία*, i. beneuolentia: *εὐμενίς* enim est placō:
quia minimè sint beneuolæ, sed immites, &
diræ. Dathus interpretatur beneferentes, ab
εὐ bene, & *μαίνω* furere. sed fallitur. nam eo
modo per æ diphthongon scriberetur Eu-
mænides, propius verò qui dixerunt dictas
κατ' εὐφημοσύνην. i. vt bene ominaremur: in
templis enim omnia mala verba per contra-
ria enuntiabantur, vt vita pro morte, & macla
re pro cremare, & rectè pro non: sed ego lon-
gè aliter interpretor, & Eumenidas proprie
pias & mites appellari contendo; quod ex Sui-
da non erit difficile comprobare: eius verba
sic Latinè vertebam: Eumenides, Erinnyes
subterraneæ deæ, accepisse autem aiunt eas
nomen ab Oreste, tunc enim primùm ab eo
Eumenides, id est, mites & pias, quoniam eas
expertus sit propitias, ferunt appellatas: qui-
bus & ille maternæ cædis in Arcopago abso-
lutus.

lutus, nigrâ ouem sacrificauit. & paulò post;
Has & Æschylus in Eumenidibus à Minertia
fuisse placatas in Orestis iudicio tradit, ob-
tinuisse q̄; ab eis, ne in Orestem terribiles in-
furgerent, vnde eas Eumenidas. i. propitias vo-
cauit. Hæc ex Suida.

OTIUM VIII.

Ocium dictum volunt quòd nō ocys
sit, & velox, sed segne potius, tardum-
que: nam Græcis ocys velox est; ex
quo ocymum dicitur leguminis genus à cele-
ritate nascendi; & ocys aduerbium. Hæc de-
struere dum conatur. Dathus, ineptè philoso-
phatur nescio quid de vita contemplatiua &
actiua, quòd scilicet in ocio celerius mouea-
tur mens, quàm in actione rerum. Itaque asse-
rit ocium à celeritate mentis nuncupatum, &
præterea (si Musis placet) Ocyum per c. & y.
scribi debere contendit. Sed quis vnquam sa-
næ mentis ocium & negotium per y scripsit?
Pierius in Virgil. otium per t. omnino scribi
debere contendit. Aldus in Ortographia sic,
otium cum t. libri veteres, & Q. Papius Græ-
maticus his verbis, in his syllabis sonus literæ
z. immixtus inueniri tantum potest, quæ con-
stant t. & i. & eas sequitur vocalis quælibet, vt
Tatius, Otia, iustitia, & similia; cuius ego sen-
tentiam sequor libentius, quàm eorum qui

induciæ, & otium cum c. scribunt Donatiani auctoritate adducti: eum enim scripsisse dicunt; induciæ dictæ, quod a de otium, quod non affirmo: potuit enim induciæ quod inde otium quod sententiam meam confirmare videtur. Hæc Aldus. Sed quæris vnde dicatur Otium, an verò necesse erit omnium verborum originis & etymon patefacere? Cosconius nobilis Grammaticus (teste Varone) ad mille verba in Latina lingua collegit, de quibus ratio reddi non posset. Hæc enim vocat primigenia; qualia sunt lego, scribo, flo, sedeo, sicut fortaſſe otium, vnde negotium quasi nec otium.

CAELVM IX.

Cælum à celando deducunt, quòd patēs sit, nec cõpertum: sed nemo scribit cælum sine diphthongo æ, vel œ, illo modo dicitur à cælando. i. pingēdo, hoc autē à Græco κελαι. cauo. Plin. lib. 2. cap. 2. Formā eius in speciem orbis absoluti globatam esse, nomen in primis & consensus in eo mortaliū orbem appellantium: sed & argumenta rerū docent, ibidem cap. 4. Cælum quidem haud dubiè cælati argumento diximus, vt interpretatur M. Varro. Hæc Plinius. at M. Varronii verbalicet corrupta diuersum sentire videntur.

turi

ture: is igitur libro. 4. analogiæ sic inquit: Cælum dictum scribit Ælius quod est cælatum: aut à contrario nomine celatum, quòd apertum est; non malè quod posterius Ælius, multo potius celare à celo, quàm cælum à cælando. sed non minus illud alterum de celando ab eo potuit dici quòd interdum celatur, quia quòd noctu non celatur omnino. Ego magis puto à chao cauum, & hinc cœlum; quoniã vt dixi: Hoc circum supraque quod complexu continet terram, cauum cœlum. Itaque dicit Andromacha: Nocti, Quæ caua cæli signi tenentibus conficis bigis. & Agamemnon, in altissimo cœli clypeo; cauum enim clypeum. Ennius item ad cauationem, Cœli ingentes fornices. Quare vt à cauo cauea, & caulæ, & conuallis, cauata vallis, & cauædium: vt cauū sit ortum: vnde omnia apud Hesiodum à caho; à cauo cœlum. Hæc Varro. cui astipulatur Lucretius, cum dixit, Caulas ætheris. Ego itaq; cœlum cum œ scribo cum doctissimis; & verba Plinij Varronem citantis corrupta vel aliena puto, quæ sic legenda censeo. Cœlum quidem haud dubiè cauati argumento diximus, vt interpretatur M. Varro.

Atque hæctenus de nouem nominib. quæ Augult. Dathus suscepit confutanda. Nūc nos ad aliã tranſeamus, quæ à maximi nominis

Kk 2

Gram-

Grammaticis, & Rhetoricis per Antiphrasin dicta passim adducuntur.

MORVS. X.

Plinius libro. 16. ca. 25. Sicut Morus, inquit, quæ nouissima vrbanoarum genuinat, nec, nisi exacto frigore: ob id dicta sapientissima arborum. Ex his Plinij verbis multam ansam cepere, vt docerent, morum dici per antiphrasin, quia minimè sit stulta. *μωρος* enim stultum & dementem significat. Alcianus in Emblematis postquã dixit de Amygdalo, subdit:

*Serior at Morus nunquam nisi frigore lapsus
Germinat, & sapiens nomina falsa gerit.*

At verò nec Plinius id sentit, nec si sentiret, illi subscriberem. Res autem sic se habet. Multa nomina apud Græcos scribuntur per *au* diphthogon quæ Latini nunc per *au*, nunc per *o*. enunciarunt; vt *ταῦρος*, taurus; *αὐλή*, aula; *Καύκασος*, Caucasus; *αὐριον*, aurum. Orata (inquit Festus) genus piscis appellatur, à colore auri, quod rustici orum dicebant: vt auriculas oriculas. Itaque Sergium quoque quendam prædiuitem, quod & duobus annulis aureis, & grandibus vteretur, oratam dicunt esse appellatum. Hæc Festus. Quin & sæpe apud antiquos *au*, migrabat in *o*, vt cauda, coda; Caurus

rus Corus; plaustrum plostrum; cautes cotes, caudex codex, plaudo plodo, explodo, Plautus Plotus, cautio cotio, vt apud Plautum: Nihil cotio est. Eodem igitur pacto ex *μωρος*. lobscurus & niger, fit morus, cuius fructus niger est. Quid quod etiam apud Græcos in vsu est *μωρα* pro ipsa arbore mori? & pissimè Hispani ex u. Latino faciunt *o*; vt Taurus toro, aurum oro, laurus loro, pausas posas, Maurus Moro, moral, laus loor, laudare loar, Paulus Polo, cauda cola, causa cosa, paucum poco, audire oyr, auditus oydo, cautum coto, caules coles. Et Italicè Moro significat fuscū: vt apud Tassum in Amadigi canto. 57.

Vn Gigante nel volto arificio & moro.

MILES XI.

Festi Pompeij hæc sunt verba: Militem Ælius à mollitia, κατ' ἀντιφρασιμ. i. per antiphrasin dictum putat; eo quod nihil r. ille, sed potius asperū quid gerat: sic ludum dicimus, in quo minimè luditur. Hæc ille satis ineptè. Vlpianus libr. 29. l. 1. §. de Militari test. Miles (inquit) appellatur vel à malitia. i. duritia, quam pro nobis sustinet: aut à multitudi- ne, aut à malo, quod arcere milites solèt; aut à Græco verbo *χιλις*, vnde *χιλιαστος* tradum est. Nam ita Græci *τὰς χιλιας*, & mille hominum numerum appellant: quasi millefi-

mum quemq; dicas; vnde ipsum quoq; duce
χιλιαρχον appellant. Hæc ille. Ex his autē opi-
 nionibus postrema verior & aptior est, utpo-
 tē quæ Græcæ origini magis quadret. Itaque
 miles propriè dicebatur, qui vnus è mille, non
 sine dignitate nomenclaturæ vocabatur. Nos
 dicimus de xxxiiii. rectoribus Hispalensi-
 bus: Es veynte y quatro de Seuilla. Verba
 porrò Vlpiani malè citat, & interpretatur
 Laurent. Valla lib. 1. cap. 14.

SIMULTAS XII.

Simultas, inquit Festus, dicta ex contra-
 rio, quia minimè sint odiente se simul.
 Hæc ille. Sed quur non potius à simulan-
 do, quum qui latenter dissentiant, semper si-
 mulata loquantur, donec vindictæ sese offe-
 rat occasio. Hic potius Laur. Vallæ in Raudé-
 sem assentior. Simultas, inquit, est latens odiū:
 ea simultas plærunque intelligi contenta est,
 cum inimicitia opere se ostendat.

VIOLA XIII.

Violā dictā volunt quidā, quasi non vio-
 latā, vel non violandā. Ineptè sanè, quū
 violō verbū à voce viola ducatur. Nam
 violare virginē est deflorare, & violæ colorem
 inferre, vt lātius in nostris Originibus ostēdi-
 tur. Alij minus malè à violendi. Sed melius à
 Græca Ion, more deminutiuorū. Idque ex eo
 melius

melius potest persuaderi, quod Æoles (vnde
 plurima Latini sibi deflexerūt) scribebāt Fiō,
 digāma Æolico, vt ait Terentianus. Et digam-
 ma Æolicū verti apud Latinos in V tritū est.
 vt ois, ofis, ouis: oon, ouon, ofon, ouū: oionon,
 Foinon vinū: Tāos, Tafos, pauo aicon, aifon,
 xū. oia, Foia, via: oideo, Foideo, video. Is, Fis,
 vis: & verbū vapulo, à Apolluo, pcreo, vel apo-
 Ioumai, peribo: Æolicè Fapolo, inde vapulo,
 pereco, vel doleo. Sepe reperias apud Comicos
 in imperādi futuro, vapula, & peri, & plora: &
 iubeo te plorare. Formiæ vnde dicantur indi-
 cat indicat Strabo his verbis: vrbs à Lacedæ-
 monijs condita prius Hormiæ dictæ, Dia to
 Euormon. id est, propter portus bonitatem,
 & commoditatem. Versus autem Terentiani
 de Digamma Æolico, hi sunt.

Nominum multa inchoata literis vocalibus
 Æolicus vsus vertit, & digammon præficit.
 Æolica Dialectos autem mista ferme est Italæ.
 Hesperon quū dico Græce, vesperum cognominat.
 Estia, sic vesta facta: vestis esthês dicitur.
 Hina, quem Græcè vocamus, vim iubet me dicere.
 Ear, est multis in usu, & magis poeticum est,
 Er, enim natiua vox est: ille ver hoc dicitur.
 Quos Homer⁹ dixit Ene tous, ille Venetos autumat.
 Et viola flos nuncupatur, quem Græci vocant Ion:
 Et Iolaos, ille violens: crede Marco Tullio.
 Quamq; Itun, dicunt Achei, hanc vitem genus Æoli.
 Plura Sapho comprobauit. Æoles & ceteri.

Vomio etiam, & vomer seu vomis, ab *ἰμίον*,
vel *ἰμίον* vomio: & vomica, quod semper emo-
mat sanguinem.

AEGER XIII.

AEger, inquiunt, ab ago, quod nihil pos-
sit agere. Nihil vidi, aut legi ridiculum
magis. Alij ab Græco *ἀίαι*, quod est
doloris signum, & querelæ. Alij ab *ἀίαισι*, i.
lamentari. Sed non longe abierit ab ago, eo
quod agatur infirmitate vel tristitia. Et agere
vitam, ad id alludit. Virg. Vitamque extrema
per omnia duco. Sed placet ab *ἀίαι*.

DIS, PLYTO XV.

DIs, inquiunt, quia minime diues. Quod
ex Quint. lib. 1. c. 6. eliciunt: quum po-
tius, vt diximus, Quintilianus huius-
modi etymos irrideat, & infectetur. Cic. 2. Na-
tu. Deor. à diuitijs videtur deducere. Terrena
(inquit) vis omnis, atq; natura Diti patri dica-
ta est: qui Dis, vt apud Græcos *πλάτων*; quia
& recidunt omnia in terras, & oriuntur è ter-
ris. Hæc ille, cui consonat Ouid. 1. Metam.

--- *Itum est in viscera terræ.*

Quasq; recôdiderat, Stygijsq; admoerat vmbris,
Effodiantur opes, irritamenta malorum.

Itaq; sine Antiphrasi, Dis à diuitijs, quas possi-
det, aut diuitiæ à Dite (est enim ditissimus) ri-
te nominabitur.

PON-

PONTVS XVI.

PVdet referre Pontietymon, olet enim
fæcem Grammaticorum. Dicunt isti:
quasi sine ponte: quia mare pontem ha-
bere non possit. Nihil magis ridiculum est,
quam quum Græcis vocibus etymum reddi-
tur Latinum, aut contra. Lapis dicunt, quia
pedem lædat, vel à labando: quum Græce sit
λάσ: & petra, quia teratur pedibus, aut pe-
dem terat, quum sit *πέτρον*, vel *πέτρα*. Itaque
Pontietymon Latine reddere imperitiæ fuit
Nec etiam necesse fuit Pontietymon scrutari
quum pro mari accipitur: Nam proprie mare
non significat, sed regionem illam, cuius fuit
Mithridates rex. Vnde Iuuenalis: Festino ad
nostros, & regem transeo Ponti. Ibi est Pon-
tus Euxinus: Et ita Pontus accipitur pro ma-
ri, ex parte totum, vt fretum pro mari, quum
sit fretum proprie, quod Græci vocant Por-
thmon, à feruendo, quod ibi maxime seruet
aqua: nos vocamus, Estrecho. Denique pas-
sim Græce legas *πόντος* & *άλος*. i. Pontus ma-
ris, & Freta Ponti, vt æquor maris.

PELAGVS XVII.

Solent etiam & Græci Grammatici quã-
suis doctiores ineptire. Dicunt enim *πέ-
λαγος* à *πέλας*. i. propè, & *γῆς*, i. terra.
quia non propè, sed longissime abest à terra.

Kk 5 Sed

Sed pelagus propriè mare non significat, sed profunditatem maris. Hispanè, Pelago. In Evangelio D. Matthæi legitur *πέλαγος τῆς θαλάσσης*. i. Pelagus maris, hoc est, in medio maris. Crederem dici pelagus à *πέλας* propè, quia propè litus statim pelagus est, id est, profunditas maris.

CHARON XVIII.

Lilius Gregorius Giraldus de dijs gentiũ sic ait: Charon deus infernus dictus per Antiphrasin, quasi acheron: alias tamen etymologias Phornutus adducit, quas non satis probo. Hæc ille. Mihi placet Natalis de Comitibus in Mythol. *χαρων*, inquit, à *χαίρω*, id est, gaudeo: quia transitus Lethei fluminis ad sedes beatorum maximo cum gaudio fiat. Sic ille. Inuenio & *χάρων* pro leone, *ὄνο τῆς χαροπότητος*. i. ab splendore oculorum. Huc videtur Virgilius Æneid. 6. respexisse: Stant lumina flamma. & Ouid. 11. Metam. Rubra suffusus lumina flamma. Seneca in Hercul. Fur. Act. 3. Concauæ lucent genæ. sic enim legendum, non squalent. Dicuntur etiam *χαρώνια* hiatus terræ immensi, & *χάσματα*, ex Diogene Laertio, & Ios. Scalig. in Æthna. Vnde non malè posset deduci Charon.

HO.

H O L O S T E O N XIX.

Holosteon (inquit Plin. lib. 27. ca. 10.) sine duritia herba, ex aduerso appellata à Græcis: sicut fel dulce: tenuis vsque in capillamenti speciem, longitudine quatuor digitorum, ceu gramen, folijs angustis, astringens gustu, nascitur in collibus terrenis: vsus eius ad conuulsa rupta in vino pota. Hæc omnia sumpsit Plinius ex Dioscorid. libr. 4. capit. 9. præter illa (sine duritia, ex aduerso appellata à Græcis, sicut fel dulce.) Qua in parte non assentior Plinio, si modo illa Plinij sunt tam disparata verba. Nam quum dicimus: fel dulce, non Antiphrafi est, sed ironia. Deinde apud Dioscoridem non *δλόσειον*, sed *δλέσειον* legitur, id est, perdens coronas, quia coronaria non sit. Et vero si gramini similis est, ritè vocabitur holosteon, id est, dura, & tota ossæ, & non per antiphrasin. Doctor Laguna nostram pillosellâ esse arbitratur, quæ ideo sic vocatur, quod minus sit horrida, villosa, & veluti spinosa.

O R T H O P N O E A XX.

Cælius Aurelianus libr. 3. cap. 1. Chronion quum ferè attigisset, quid esset Orthopnoea. i. spirandi difficultas, subdit:

dit: Item, vt alij dicunt, contrario vocabulo suæ virtutis nomen accepit: nam quum sultratione conuertat, ac deprauet, tanquam corrigat Orthopnoea nuncupatur: quæ nos spirandi dicere correctionem poterimus. Multa enim contrariæ interpretationis vocabulum sumptulerunt, vt fella, quæ Græci *χύνει* vocant, velut dulcia, quum sint amarissima. Hæc verba coincidunt cum illis Plinij ex capite præcedenti, vtraque ex ingenio Grammaticorum, Quanto simplicius & rectius diceretur: Orthopnoea ideo dicitur, quia nisi recto & extenso collo spiritum emittere non possumus.

LUSTRA XXI.

Seruius lib. 1. *Æneid.* sic: Lustra, & Lupercalia per contrarium dicimus: quia parum lustrantur. Sed quantum Seruius fallatur, & iam sæpe docuimus, & de Lustris egimus satis in Regula quinta, quam disceptauimus vnius vocis vnicam esse significationem.

Erunt & alia multa, quæ Grammatici (vt sunt ad errores ingeniosi) comminiscuntur. Sed hæc satis fuerit confutasse: ex quibus facile intelligetur, nullam posse esse vocem, quæ ex impositoris mente contrarium possit significare.

*

RE-

RESPONSIO AD
QVÆDAM OBIECTA.

SCRIPSI in quadam epistola: iusta sollemnia facere, reprehendor in orthographia, & in significatione: nam sollemae, inquit, est quod quotannis fieri solet. Orthographia vera est: dicitur enim sollema à solo voce Osca. i. totum, teste Festo, mnis autem est productio vocabuli, vt in legitimus, æditimus. Aldus in Orthographia sic ait: Sollemne, non sollemae habent antiquissimi libri & lapides. Analogia Solenne videtur probare, si modo à Solo anno deducitur, vt quibusdam placet. In hoc tamen plus antiquitati demus, quam analogiæ. Vide Festum in Sollo, & Osce. hæc Aldus. Sollemne autem nec deriuari ab anno, nec significare quod solet quotannis fieri, hæc testimonia demonstrabunt. Horat. lib. 1. epist. 18. Romanis sollemae viris opus, vt ile famæ. Idem lib. 2. epist. 1. Romæ dulce diu fuit & sollemae reclusa, Mane domo vigilare, clienti promere iura. Idem lib. 1. epist. 1. In sanire putas sollemae me, nequerides? Plin. lib. 2. 8. capit. 9. Certè nouæ nuptæ intrantes etiam sollemae habent postes eo attingere. Virgil. lib. 1. 2. Imperium sollemae foret, mihi moenia Teucri Constituent. Cic. ad

At-

ad Attic. lib. 7. Tantum igitur nostrum illud
sollemne seruemus, vt ne quem isthuc eun-
tem sine literis dimittamus. Tacit. libr. 12. Et
funeris sollemne perinde ac D. Augusto cele-
bratur. Idem lib. 3. dixit, Funerum sollemnia,
& lib. 11. Nuptiarum sollemnia. Sollemne igitur
semper significat aliquid præcipuum, in-
tegrum, singulare, & eximium. Sic Horat. lib.
4. Oda. 11. Qui dies iure sollemnis mihi, san-
ctiorque penè natali proprio. Et Virgil. lib. 5.
Annua vota tamen, sollemnescq; ordine pom-
pas. i. præcellentes. Qui locus decepti Gramati-
cos, propter annua vota. Qui sapiunt, scribunt
sollemnis, sollicito, sollicitia, solliciti. i. totus ars.
¶ Sumtus, emtus, contempti, contemptum scri-
bo sine p. quia verbi characteristica litera pe-
rire non debet, & à Barbaro sæculo dimana-
uit emptum, comptum. Barbari scribebant
hyemps, dâpnatus, sompnare, prompsi. Ma-
rius Victorinus in libr. de Orthographia sic
ait: Nam hiems, & sumsi, & infumfit, & dem-
fit sine dubio per m. s. scribetis. Et quando in
harum vocum mentionē incidimus, nec con-
sumptum, nec emptum, nec temptat, & simi-
lia istis per p. t. scribetis vitiosè, sed vt ego scri-
psi iuxta m. t. ponetis. Sed de hoc latissimè Lã-
binus in prologo in Horatium.

¶ Archaismon obijciunt, quum dixi: Si pote
est.

est. Nomen potis & pote, non differt à fortis
& forte, nisi quod etiam in neutrali genere ali-
quando potis reperitur. Lucre. lib. 1. Coniun-
ctū est id, quod nunquā sine perniciali Disci-
dio potis est seiungi, scq; gregari. Idem lib. 5.
Nec potis est cerni, quia casu lumine fertur.
Loquit de corpore. Cattul. Quantū qui pote
plurimū perire. De voce Potis in masculino,
& foemin. multa sunt testimonia. Virg. 3. Æn.
Nec potis Ionios fluctus æquare sequedo. Idē
Æn. 11. At nō Euadrū potis est vis villa tenere.
Sed hoc nemo opinor negabit. De pote vide-
mus, an sit Archaismos. Cic. de claris orat. Ho-
spes nō pote minoris. Idē Atti. li. 12. epist. 39.
Ego quid homines aut reprehēdāt, aut postu-
lent, nescio: ne doleam? qui pote est? ne taceā?
quis vnquā minus? ibid. lib. 13. epist. 37. Hoc
quidquā pote est impurius? Persi. Saty. 1. Qui
pote? vis dicam? Proper. lib. 2. eleg. 1. Qua po-
te, quisq; in ea conterat arte diē. Catull. Vna
salus hæc est, hoc est tibi peruincendū, Hoc
facies, siue id non pote siue pote. Idem. Aut si
perditius pote est quid esse. Terent. Adel. act.
2. scen. 3. Nihil pote suprā. Plaut. Cassi. scen.
Omnib. Nō pot' est impetrari. Idem Mostel.
scen. Iam pridem: Vah, quid illa pote peius
quidquam muliere memorariē? idē menech.
scen. Vt ætas. Ibo, atq; arcessam medicum iam
quan-

quantum pot' est. Idem Persa scen. 1. Quin si
 egomet totus veneā, vix recipi pote sit, quod
 tu me rogas. Priscia. libr. 15. Hic & hæc potis,
 & hoc pote: vnde potior, potissimus.

¶ Celebrare regis vxorem, reprehendere co-
 nantur, quod sit accusatiuus personæ. At Ci-
 cero pro Muræ. à nobis stat, quum scribiti
 Nunciij, literæq; celebrant eum factum consu-
 lem. Idem pro Arch. ingenio alicuius Poëtæ
 aliquem celebrari. Ouid. 2. Art. in fine: Me va-
 tem celebrate viri, mihi dicite laudes. & lib. 1.
 Amorum Carminibus aliquem celebrare di-
 xit: celebratus, & celebrādus passim inuenies.

¶ Vt Poëtis aliquā prælucremus facem, scri-
 psi. Nescio quid hic possint reprehendere nisi
 summam elegantia, Lucere vel prælucre fa-
 cem, cereum, candelam alicui selectū loquen-
 di genus est: aut lucere vel prælucre cum da-
 tiuo, suppresso accusatiuo, vt illud: Ego meis
 maioribus virtute mea præluxi, s. facem, vel
 cereum. Sueton. August. cap. 29. Seruumque
 prælucentem exanimasset. Plaut. Calsi. scen.
 Non mihi. Primum omnium huic lucebis no-
 uæ nuptæ facem. Idem Curc. scen. 1. Tute tibi
 puer es lautus, luces cereum. Aurelius Victor
 de viris illust. Duilio concessum est, vt prælu-
 cente funali, & præcinente tibicine à coena
 publicè rediret.

¶ Thre-

¶ Threnos deflere dixi, Græcos imitatus, qui
 passim verbis cognatos accusatiuus adiun-
 gunt: vt seruitutem seruire, certamen certare,
 ludum ludere: sic ὀφείναι ὀφείρας, i. deflere lugu-
 bria. Sic Cicero dixit Calus deflere: Funera fle-
 re Ouidius, & Fortuna tua flenda est. Itaque
 fleo, vt & reliqua omnia verba (passiuis excep-
 ptis, & substantiuo) actiuum est.

¶ Debito epathilo non fraudabitur, scripsi. Si
 Epathilon (inquiūt) vox Græca est, quur Græ-
 cis characteribus non signatur: deinde quur
 in sexto casu, quo Græci carent, collocatur?
 Respondeo siue Græcis siue Latinis literis scri-
 batur, Græcum esse nomen, & aptissimè in
 sexto casu cum suo adiectiuo collocari. Græ-
 cos autē sexto casu nō carere, iam probauim⁹.

¶ Prorsam orationē, nō prorsam scribo. Prorsū
 linites (inquit Festus) appellantur in agrorū
 mensuris, qui ad orientem directi sunt. Idem,
 Prorsum ponebant pro recto. Donatus in Te-
 rent. Prorsā (inquit) oratio, quam non infle-
 xit cantilena. Scio antiquissimos dixisse pro-
 sam, non prorsam, quia concursum. r. cum s.
 fugiebant: vnde dicebant rusum pro rursum,
 susum pro sursum, asum pro arsum, profum
 pro prorsum. & vestem quandam vocabant
 prorsam, pro longa. De Prorsā Dea Agellius
 libr. 16. capit. 16.

LI

¶ In ea

¶ In ea re aliquem excellere, qua in re. Sunc innumera testimonia, quibus hoc politum dicendi genus confirmauimus.

¶ Elegantissimum aureum anulum. Valla libr. 3. capit. 4. duo adiectiua vni substantiuo addi posse negat. Sed longè fallitur, vt alibi probauimus.

¶ Sonetta quæ dixerim, & duplici tt, scripserim reprehendor. Nam nouæ voces aiunt præfatiuncula molliendæ sunt, (vt ita dicam) (vt ita liceat loqui) nonne ridiculus esset, qui sic loqueretur: confero me Madritum, vt italoquar? venio Burgis, vt ita dicam? Aliud igitur est noua nomina inuenire, aliud inuentis vt, etiam si apud Latinos non inueniantur. Quæ duo tt. quia sic scribunt Toscani nomina deminuta.

¶ Aliena poemata nemo pro suis vsurpato. Vsurpare (inquiunt) est in frequenti vsu habere: & quid necessè fuit addere, Pro suis? Nōne & vsurpare capitur pro capere? at qui id frequentissimum est. In illo Ciceronis lib. 9. epist. 16. Vsurpata duplex cubile; Canterus legit: Vsurpat à: vel, vsurpat ah duplex cubile: quod verum credo. Et quod est apud Gellium lib. 3. cap. 2. de vsurpatione, id est, vsucapionis interruptione, non probat Charondas ad leges x i i. tabularum. Cic. 7. Verr. vsurpare, ac

re, ac retinere. Idem pro Marcello Crebris sermonibus vsurpare dixit: Et quæ addidit, crebris, si vsurpo frequentatiuum esset? Ego, addidi, Pro suis, more Terentiano. in Andr. Fateatur transtulisse, atque vsum pro suis.

¶ Nemo vno plus præmiu expectato. Dicendum erat (inquiunt) vno plus præmio, quia Plus substantiuum, non adiectiuum est. Ego contra sentio, nam plus in neutrali terminatione semper adiectiuum est, vt victrix in foeminina, alma etiã in foeminina, quæ enim dicas victricem legionem aliud esse quàm victrices legiones? Itaq; quum dicis pluris emi, deest pluris æris pretio emi. Sed exemplis agamus. Sallust. Iugurth. Neque pluris pretij coquum. vide Varr. Cicer. 2. Orator. & in Academi. Quum plus vno verum esse non possit. Idem lib. de Legibus. Hoc plus ne rogam facito. Idem 1. Nat. Deorum. Alterum certè nō potest, vt plus vna vera sit. s. opinio. Idem Attic. lib. 1. Vt hoc nostrum desiderium ne plus sit annuum. Idem in Topic. In disunctione plus vno verum esse non potest. Vale. Maxi. libr. 1. cap. 8. Vno plus Etruscicadent: quod sumit à Liviō, quum inquit: Vno plus Etruscorum cecidisse in acie. Catullus in primo epigram. Plus vno maneat perenne saclo.

LECTORI. S.



VLTIMVM posuimus
 ad linguam Latinā pra-
 cipui documētum, quia
 magna vulnera debent
 arte, atq; dolo bono tra-
 ctari. Timui enim ne si
 hoc remedium in libri fronte proponeretur,
 omnes medicinam, licet saluberrimā, auer-
 sarentur. Quis enim est, non dico in Hispania,
 sed etiam in tota Europa (quatuor aut
 sex doctos excipio) qui non & sentiat, &
 praecipiat verbis Latinis exercēdam linguā,
 vt prompte, & celeriter possis, quæ malè co-
 gitaueris, expromere? Quis porro ludi magi-
 ster Grammaticus non sibi de pueris crepat
 (honor sit auribus doctorum) vel malè, vel
 bene loquere cum M? Tanta est stultorum
 hominum ignorantia, peruersitas, & peri-
 nacia. At ego, apud quem pluris est recte
 rationis pondus, quam multorum prescri-
 ptū, assero nihil pestilentius posse iuueni lin-
 guæ Latinæ cupido euenire, quam aut verbis
 Latinis

Latinis effutire cogitata, aut loquentium
 profluenti & interesse. Quicūq; enim aliquan-
 do peritiā Latinæ linguæ est assequutus, & e-
 trum Bembū dico, aut Osorium, aut nostrū
 Pincianū, non loquendo, sed scribendo, me-
 ditādo, & imitatione id sunt assecuti. Hor-
 tor igitur sacri Verbi concionatores (quādo
 politè, & appositè de suggesto loqui nō vlti-
 ma laus est) vt etiam Hispanè loquentiū cœ-
 tus fugiat; quā paucissima loquantur ipsi:
 patianturq; vel mutos, & elingues in cōfa-
 bulationibus appellari, dum ex scripto, &
 meditato doctorum hominum aures ducāt
 in admirationē. Non discimus Hebræa, vel
 Græca, vt loquamur, sed vt docti efficiamur.
 Quis igitur in Latinis non idem effi-
 ciamus, quandoquidem iam nulla natio est,
 quæ Latinè aut Græcè loquatur? Srylus exer-
 cendus est diligenter, hic enim, vt M. Tul-
 lius ait, est egregius dicendi magister; hic ve-
 rē nos docebit, communi sensu illos carere,
 qui linguam Latinam in plateis, aut etiam
 in gymnasijs miris modis conantur dilace-
 rare. Vale.

QVILATINE GARRIVNT
CORRVMPVNT IPSAM
LATINITATEM.

Obiectio prima.

VSVS & experientia dominantur in artibus: nec vlla est disciplina in qua non peccando discatur. Nam vbi quid perperam administratum cesserit improspere, vitatur quod sefellerat, illuminatq; rectam viam docentis magisterium. Hæc Columella libr. 1. cap. 1. ¶ Responſio. Verè & ſapienter Columella ſi de artibus loquaris: ſed Latine loquendi nulla eſt ars. Hoc enim obſervatione rerum innumerabilium conſtat. Græmatica, Muſica, Rhetorica, & ſimiles errando addiſcuntur: ſed, vt inquit Fabius libr. 1. ca. 6. Aliud eſt Latine loqui, aliud Grammaticè loqui. Quæſi dicas: Libris opus habeo; Adhibeo tibi fidem; crimen læſæ maiestatis; ille tenetur hoc facere; ego amo Deum: Grammaticè quidem dicas, Latine non dicas. Nec enim ſatis eſt Latinas quarere diſtiones, delectus adhibendus eſt in verborum coniunctione, quem iſti locutuleij miris modis dilacerant. Non enim quicquid Latinum eſt, ſtatim Latine dicitur: Habere orationem dicimus, non facere; verba facere, non agere: agere gra-

re gratias, non facere; ſer opem dicimus, da opem non dicimus: dare verba vſitatum eſt; tradere, ſeu præbere verba inauditum. Quid dicam de illis, qui ſibi docti videntur, & paſſim habentur? Quidam enim ex illis ſcripſit: Vigilant milites in monte, pro ſpeculantur de monte: tentat frangere aciem, pro conatur aciem perrumpere; dimiſit ſuos milites, pro dimiſit copias, ſeu exercitum; impediuit com meatum, pro intercluſit; victu carebat Cæſar, pro refrumentaria; duxit vineas, pro egit; primi in conſilio, pro conſilij principes; reportarunt prædas, pro egerunt; milites monuit, pro hortatus eſt; ſignum fecit, pro ſignum dedit; renouauit prælium, pro reſtituit, aut redintegravit; aciem ordinauit, pro inſtruxit; redierunt milites, pro receperunt ſe; miſit ad ſuccurrendum, pro miſit ſubſidio; fecerunt vim, pro impetum fecerunt; magnis vijs contendit, pro magnis itineribus; perdidit opportunitatem, pro amiſit occaſionem. Sic itaque loquuntur qui linguam, non ſtylum exercent.

Obiectio ſecunda.

Propter crebras in varijs diſciplinis diſputationes Latino ſermone aſidue loquendum. ¶ Responſio. Serias & graues di-

sputationes literis, non ventis debere mandari quis est qui ignoret, nisi clamosus disputator, aut cerebrosus vociferator? An ideo semper assuescendum est loquelæ, vt postea dicamus, noleitas, voleitas, & per modum præteritionis, dico quòd, & nota quòd Pappa habet aures? Quòd si talis vrgeat necessitas, qui Latine scripserit, blaterones superabit.

Obiectio tertia.

SI quis linguam Gallicam assequi studeat, optimè illam cum Gallis loquendo comparabit. ¶ Responsio. Dissimile admodum est linguarum aliquam cum Latina, quæ iam nulla est, comparare. Si vlla esset natio quæ purè Latine loqueretur, non dubito quin apud illos Latina facilitas loquendi perdisceretur. Sed nunc soli sunt libri ad quos recurrendum est, si purè Latine scribere velimus. Idem esto iudicium de Græca, vel Hebræa lingua, quas non vt loquamur, sed vt intelligamus addiscimus.

Obiectio quarta.

Non desinunt isti onocrotali subinde obijcere, seu verius obgânire: moris esse vt infantes paruuli papas, mamas, taytas balbutiant, qui tamen postea in melius corri-

corrigantur. ¶ Responsio. Nemo sanæ mentis tale consilium probabit, vt ineptæ nutrites doceant, quæ postea sint dedocenda. Ego certè, qui plurimos liberos sustuli, nunquam id sum passus, qui Quintiliano autore didicerim, non assuescendum puerum sermoni, qui dediscendus sit. Quid quòd optima eodem labore, aut fortasse facilius edocentur.

Obiectio quinta.

SI Latine loqui non esset laudabile, non ita passim ab omnibus commendaretur: Et omnes Academiæ legibus sanxerunt, vt & Latine legatur, & disputetur. ¶ Responsio. Quasi verò quidquam tã sit valde, quam nihil sapere, vulgare: vt præclare 2. de Diuinatione scripsit Cicero. Sed quoniam tu mihi stultorum turbam obijcis, qui Latine loquentes colunt & admirantur: ego tibi contrà doctissimorum iudicium & consensum opponam, qui huiusmodi pestem, siue loquentiam auerfantur. Expende diligenter cap. 84. Suetonij in Augusto.

Cicero lib. 2. de Oratore, de exercitatione agens, sic inquit.

Sed plerique in hoc vocem modo, neque eam scienter, & vires exercent suas, & lin-

guæ celeritatem incitant, verborumque frequentia delectantur. In quo fallit eos quod audierunt: Dicendo, homines ut dicant, effice re solere. Verè enim etiam illud dicitur: Peruerse dicere homines peruerse dicendo facillimè cõsequi: & statim. Caput autem est, quod, ut verè dicam, minimè facimus (est enim magni laboris, què plerique fugimus) quàm plurimum scribere. Stylus optimus & præstantissimus dicendi effector ac magister.

Quintilian. libro. 1. cap. 1. Ante omnia ne sit vitiosus sermo: nutricibus. Has primùm audiet puer, harum verba effingere imitando conabitur. Et natura tenacissimi sumus eorum quæ rudibus annis percipimus: ut sapor quo noua imbuimus, durat: neque lanarum colores, quibus simplex ille candor mutatus est, elui possunt. Et hæc ipsa magis pertinaciter hærent, quæ deteriora sunt. Nã bona facile mutantur in peius: nunc quãdo in bonum verteris vitia? Non assuescat ergo, ne dum infans quidem est, sermoni qui dediscendus sit.

Erasmus libro. 8. Apophtheg. sic ait: Pollio dicebat, Commodè agendo factum est, ut sæpe agerem: sed sæpe agendo factum est, ut minus commodè; quia scilicet assiduitate nimia facilitas magis, quàm facultas; nec fiducia sed teme-

temeritas paratur. Quod accuratè factum vellemus, rarò faciendū est. Hac ratione duci videtur Itali quidam eruditi, qui licet pulchrè calleant Latinè, tamen vix vnquam adduci possunt, ut in familiari congressu Latinè loquantur. At si quando compellit necessitas, dicunt exactè, quasi de scripto. Noui Venetiæ Bernardum Ocularium ciuem Florentinum, cuius historias si legisses, dixisses alterum Sallustium, aut certè Sallustij temporibus scriptas. Nunquam tamen ab homine impetrare licuit, ut mecum Latinè loqueretur: subinde interpellabam: surdo loqueris vir præclare, vulgaris linguæ vestristam sum ignarus, quàm Indicæ. Verbum Latinum nunquam quivi ab eo extundere. Hæc Erasmus.

Budæus in Comment. Linguæ Græcæ, reprehendens Vallam circa reciprocorum usum, sic ait: Id autem Laurentio non aliàs accidit, quàm ex praua loquentium consuetudine, quibus aut legendis aut audiendis inuiti erroris contagionem contrahimus: simul ex sermone extemporali, & neglecto, cui inter familiares assuescimus, præsertim puræ Latinitatis ignaros: qua noxa fit interdum, ut quædam imprudētibus excidant: id quod aliquando experti sumus in autographis nostris.

noſtris, ita vt flagitioſæ culpæ nos perpu-
deret.

Cornelius Valerius in fine ſuæ Syntaxeos;
Hanc proprietatem in verborum coniunctio-
ne qui nō obſeruat, nec delectum habet vllū,
is Barbarica phraſi omnem peruertit Latini-
tatem. Quod ijs ferè ſolet accidere qui lin-
guā Latinā ad idioma vernaculū detorquent,

Ioachimus Fortius in libello *De ratione
ſtudij, cap. De ſcribendo.* Nam ferè fit, vt qui
loquuntur accuratè, minus eruditè ſcribant.
Dum enim illarum voluptate afficiuntur, im-
perfectiores oportet ſint in altero. Nemo pari
cura res duas vnquam tractauerit. Et infra:
Quo pacto id genus homines, qui tanto plau-
ſu in tanta nugatorū corona nugari poſſunt,
accuratè quicquam ſcripſerint? Certè nemi-
nem vnquam vidi (niſi me memoria fallat) do-
ctè ſcribentem, cui valde in promptu fuit col-
loquendi, diſſerendi que ratio. Et infra. Famā
puerilem aſpernemur, vulgo inertes videamur.

*Ex Bartholomæo Riccio, lib. 3. De imitatione
Ciceronis, in calce.*

Non ſoleo ego (ne hoc quoque omit-
tam) meum diſcipulum cogere, vt ſit
plerumque in ſcholis, quicquid eidi-
cen-

endum vſu veniat, Latinè vt id proferre co-
netur. Vtrum enim plus commodi, an daſſini
ad Latinam elegātiā, quam nos quærimus,
hoc afferat ſtudio, nō planè ſatis habeo cō-
probatū. Et paulo inferius. Huc accedit, quòd
infanti puero, dum ea quæ vult, & ex tempo-
re, atque ſubitò proferre laborat, multis parti-
bus ea plura ex cidant, quæ ineptè, quæ incon-
ditè, atque incompoſitè, quæ denique nullius
dignitatis ſint, quamque vix tolerabilia ſint
neceſſe eſt. Ita fit, vt dum locutionis ſtudeant
celeritati, orationis ornatum omnem, atque
dignitatem corrumpant. Quoniam autem
quod in quotidiano ſermone poſitum eſt, ni-
hil admodum Latinæ orationi prodeſſe vide-
tur ad eam dignitatem, quæ eius linguæ me-
rè germana eſt, ac omnino ea nobis aliqua
exercitatione atque artificio comparanda at-
que confirmanda eſt, equidem id diligentæ
ab vno ſtylo, qui dicendi magiſter, & opifex
eſt optimus, petendum eſſe cenſeo.

Obiectio ſexta.

Propter varia inter gentes commercia,
aut vt cum externis hominibus collo-
quamur, non ſolum vtile, ſed neceſſariū
aliquando eſt Latinè loqui. ¶ Reſponſio.
Ego Latinam linguam non damno, ſtylum
venc-

Liber Quartus

veneror & amplector, in quo qui probè fuerit exercitatus, si necessitas ingruat, repente dicet: da mihi panem, vel aliud obsoniū. Multis in locis Cicero commendat stylum, & ad Gallum lib. 7. sic scribit: Vrge igitur, nec trāuersum, quod aiunt, à stylo; is enim dicendi opifex. Ego denique cum doctissimis (neminem excipio) viris teneo nulla aut ætate, aut tempore Latina lingua, nisi præmeditatè, esse loquendum.

FINIS.

E R R A T A.

I Nepistola pag. 2. vers. 10. qui Laurét. & ver. 14. Nūc ru. p. 17. a. 8. aduerreret sext. 20. b. 8. deminuta. 21. a. 26. homo, potuisti. 21. b. 2. cum nouo. 22. a. 21. dicitur: quom. 25. a. 2. bitugus. 26. a. penult. ridiculus. Charis. 29. b. 13. cui simile fletur accip. 33. b. 24. infinitiui. Cic. 34. a. 21. blanda doc. ibid. 33. meritis. Cal. 35. b. 24. fore vent. 36. a. 2. 6. amicū Lucæd. 46. a. 21. æstimatione. 56. b. 25. potuit. Plin. 57. a. 9. renebā mem. 64. a. 16. initio. 69. b. 20. subintellecto verbo. 74. b. 17. nequissimus. 77. b. 1. Terentii: voces se. 79. b. 23. alebat. 89. a. 18. som. ibid. 22. passium. Reij. 93. a. 2. neutra, Imp. 94. a. 14. accido. 94. b. 1. Autumnus. ibid. 5. adulesc. 95. a. 7. aduersari. 98. a. 9. Cæsar: cōcl. 110. a. 2. OBIRE: 13. a. 4. nec compluitur. 119. a. 10. ferui vocati. Ibid. penult. Pro Dole. 130. a. 17. oleam. 134. a. 26. pertract. 135. a. 15. quia & Laurent. & recent: 147. b. 1. vbi D. auf. 159. b. 20. tuum cōsiliū cep. 160. a. 23. post quis. 161. a. 26. desineret. 165. b. 15. disturbarent. 166. a. 16. nomine. 174. b. 21. feris best. 179. a. 7. vitium domus: Sic. 180. a. vlt. indistis. 182. b. 10. Festus. 198. b. 9. humero. 206. a. 17. supp. Ora. 209. b. 17. Tibur. ibid. 23. præpositio num. 210. a. 15. eū præp. 112. a. 5. folto. 114. a. 26. fidel. Sosip. 116. a. 18. acta sunt. 217. b. 22. tritis. 219. b. 20. pro. Cic. 224. a. 18. vidi, Ple. 246. b. 6. Æneid. 3. longum que btbebat amorem. Vbicum que est (scilicet) lege. f. idest: subaudi, vel supple. 259. b. odientes se. ibid. penult. vi olendi. 260. a. 6. pauo: aion:

I

DE PARTIBVS
ORATIONIS.

SALMANTICAE,
Apud Ioannē & Andræam
Renaut, fratres.

I 5 8 7



GRAMMATICAE est ars rectè loquendi: cuius finis est congruens oratio. Oratio constat ex vocibus: Voces ex syllabis: Syllabæ ex literis.

Litera est indiuidui soni comprehensio, est quæ vocalis aut consona.

Vocalis est litera, quæ per se syllabam efficit, vt A, E, I, O, V, ex his quatuor fiunt diphthongi: æ, œ, au, eu, vt, æs: poena, laurus, Eurus. & yi Græca, vt Harpyia.

Consona sine vocali syllabam non efficit. Sunt autem quindecim. Ex quibus septem semiuocales, L, M, N, R, S, X, Z, Sed L, R, liquefcunt præcedente muta. Mutæ octo, B, C, D, E, G, P, Q, T.

V, post Q liquefcit: & post G, & S, aliquando: vt sanguis, suavis.

I, & V, fiunt consonantes, si feriant vocalem: vt iuat. Y, solis Græcis vocibus accommodatur, & est V nostrum. H, litera non est, sed aspirationis nota. X, & Z, sunt duplices, & I, inter vocales: vt aio, Caius.

Syllaba est integri soni cõprehensio, vt dos, flos. Hæc aut est breuis, quæ vnum tempus consumit: aut longa, quæ duo: aut anceps, vt mox dicitur.

* Vox

De Partibus Orationis.

Vox seu dictio est qua vnumquodque vocatur. Cui accidunt Accentus, Figura, Species. Accentus est vocis modulatio. de quo postea. Figura ostendit sit vox simplex, an composita. Species, sit nē vox prima, an aliunde flexa. Voces omnes aut numeri participes sunt, aut expertes.

Numerus est differentia vocis secundum vnitatē, aut multitudinem. Et est duplex, Singularis, qui vnū significat, vt, homo viuuit. Pluralis, qui plura, vt homines viuunt.

Voces numeri participes sunt, Nomen, Verbum, Participium. Expertes numeri: Præpositio, Aduerbiū, Coniunctio. Quæ partes orationis appellātur.

DE NOMINE.

Nomē est vox particeps numeri casualis cū genere. Ex quibus differētis oritur declinatio. Casus est specialis differentia numeri nominalis. Sunt autem casus sex. Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus, Ablatiuus.

Genus est differentia nominis secundum sexum. Genera sunt tria: Masculinum, cuius nota est hic: vt, hic dominus. Fœmininum, hæc: vt, hæc mufa. Neutrum, hoc: vt, hoc templum. Dubium verò solo auctorum arbitrio, nunc masculinē, nunc effertur fœmininē, vt, hic vel hæc cortex.

Diuiditur nomen in Substantiuum, & Adiectiuum. Substantiuum est, quod cum vno genere declinatur, vt pater, mater. Adiectiuum genus non habet, sed terminationes ad genera, sub vno fine, vt felix,

De Partibus Orationis.

lix, par, oriens. Vel sub duobus, vt fortis & forte, dis, & dite. Vel sub tribus: vt bonus, bona bonum. Hispanè fere semper significat Cosa.

Declinationes quinque sunt. Prima facit genitiuū singularem in æ. vt, mufa mufa: Secunda in i. vt, dominus domini. Tertia in is. vt, sermo sermonis. Quarta in us. vt, seafus sensus. Quinta in ei. vt, dies diei.

De specie Nominum.

Deriuatiuorū nominū plura sunt genera, sed hæc præcipua. Possessiuua, diminuta, cōparatiua, superlata.

Possessiuum est, quod idem significat, quod genitiuus vnde creatur, vt paternus, meus, tuus, suus.

Deminutum, quod minus significat, quam suum primogeniuum, cuius semper genus & significationē seruat: vt, à fune funiculus, à rege, regulus.

Comparans nomen est quod vnum, vel plura, sui, vel alieni generis superans dissoluitur in positiuum, & aduerbiū Magis: vt doctior, magis doctus. Cōparantia non fiunt nisi à nominibus adiectiuis, quæ positiua vocantur, à primo casu in I, addita OR: vt, penitior à penitus, a um.

Superlatū nomē est quod dissoluitur in positiuū & Aduerbiū Maximè: vt doctissim⁹, maximè doct⁹. Superlata fiunt ab eodem casu, addita sismus: vt potissimus à potis & pote.

Hæc tria dant Ilimus: Similis, facilisq; humilisq;. Cū rectus sit in æ r. ternus gradus in Rimus exit.

Vt veter, & deter: queis matur iungito priscum.

Sex Timus accipiunt, dexter, citerq; sinister,

* 2 Interus,

De Partibus Orationis.

Inferus, atque vltre: extremus & extimus exter.
Inferus infimū habet, Superus cū posterus Emus.
Bonus melior optimus: Malus peior pessimus: Magnus maior maximus: Paruus minor minimus: Multum plus plurimum. Et composita à dico, facio, volo, quæ faciunt Entior, entissimus: vt maledicus, beneficus, beneuolus.

Quædam carent aliquo gradu: vt, Primus prior. Senex senior. Iuuenis iunior. Adolefcens adolefcen-
tior. Proximus proximior seu propior. Pius pijs-
simus. Falsus falsissimus. Inuitus inuitissimus. Nouus
nouissimus. Ocyor ocysimus, ab ocys Græca.

DE VERBO.

Verbū est vox particeps numeri personalis cū tempore. Ex his differentijs oritur cōiugatio.
Persona (quæ rectius facies diceretur) est specialis differentia numeri verbalis. Ea est triplex. Singularis prima: vt amo. Secunda: vt, amas. Tertia, vt amat. Pluralis prima: vt, amamus. Secunda: vt amatis. Tertia: vt, amant.

Hæc diuidit verbum omne in Personale & Imperfonale: vt amo, legam: amare, legisse.

Tempus est differentia verbi secundū præfens, præteritum & futurum. Verbi finiti quinque sunt tēpora: Præfens. Imperfectum. Perfectum. Plusquam perfectum. Futurum. Verbi infiniti totidem sunt, sed indistincta: Nam amare omnium temporum esse potest.

Coniugationes quatuor sunt. Prima habet a s. in secunda persona primi præfentis: vt amo amas ama-
re, Se-

De Partibus Orationis.

3

re. Secūda e s: vt, monco mones monere. Tertia i s: & infinitū in e r e breue: vt, lego legis legere. Quarta i s, & infinitū in i r e lōgū: vt, audio audis audire.

DE PARTICIPIO.

Participium est vox particeps numeri casualis, tempus, & constructionem à verbo ducens: Amans, amaturus in actiua omnia tempora adsignificant: sicut Amatus, & amandus in passiua.

DE PRÆPOSITIONE.

Præpositio est vox expers numeri, quæ casibus præponitur, & in compositione reperitur.

Præpositiones accusatiui sunt: Ad, apud, ante, aduersus vel aduersum. Cis, citra, circum, circa, cōtra. Erga, extra. Inter, intra, infra, iuxta. Ob, pone, per, propter, post, præter, p̄nes. Supra, secundum, Trans, Ultra.

Ablatiui sunt, A, ab, abs, absque. Cum, coram. De, E, ex, Pro, præ, palam, Sine. Tenus, Accusatiui & Ablatiui. Clam, in, sub, subter, super. Præpositiones seu aduerbia, quæ tantum in compositione reperiantur. Am, con, dis, di, re, se.

DE ADVERBIO.

Adverbium est vox expers numeri, quæ alijs vocibus tãquã adiectiuū adiungitur: vt, valde constans: differit acutè, bene manè. Aduerbia sunt etiam: circiter, propè, proximè, pridie, postridie, procul, secus, vsque.

DE CONIUNCTIONE.

CONIUNCTIO est vox expers numeri, qua ora-

* 3

tiones

De genere Nominum.

iones coniunguntur: Etiam si senſa ſeparentur: ve
Romæ, vel in agro vivit.

D E G E N E R E
N O M I N V M.

¶ Regule Generales.

Propria cuncta genus.renuunt: raro inſpice fines.
Inferiora etenim nomen generale ſequuntur.
Vir, mons, vrbs, fluuij, inſula, fabula, nauis, & arbor.
Maſcula ſunt hominũ officia: & muliebria dant hec.
Non variata ſeras neutra: & pro nomine ſuntum.

De genere Dubio.

Hic aut hæc ſit adeps, calx, cortex, clune, canalis.
Atque dies, finis, forceps, tum groſſus, & imbrex.
Linter, margo, & onyx, puluis, pumexq; penulq;
Scrobs, ſpecus, atq; ſilex, ſtirpſtrũci, torque, varixq;
Multaq; quæ e Græcis O S, in V S vertere Latini.

Regule Terminationis.

A, & E, foemineum: Adria mas, planeta, cometa.
Ternę A, & E, neutrũ: ceu paſcha, emblema, cubile
O, mas. Hæc D O, G O, per Inis: mas cardo, vel ordo,
Hæc caro: & verbale in I O, queis talio iunges.
C. T. L. V M, neutrum: ſal, mugil, ſolq; virile.
N, mas, M E N, neutrũ: gluten, ſimulinguen, & vngũ
Atque O N, non ternæ. Hæc ſindon, icon, ædon.
A R neutrũ. E R mas. Hoc cicer, huber, verq;, cadauer
Iungis iter, tuber, verber, piper, atque papauer.
O R, mas Hæc arbor. Neutrũ, cor, marmor, & equor.
V R, neutrum. Mas, turtur, vultur, iungito furfur.

A S,

De genere Nominum.

A S, E S, I S, muliebre. As, & ſua turba virile.
Vas valis neutrum. Hic elephas, adamaſq;, tiaras.
Hic aries, paries, pes, verres, meridiesque.
Es plurale. Es Itis creſcens. Esq; addito Græcum.
Hic pollis, faſcis, iunge enſis, piſcis, & axis,
Glis, cucumis, menſis, vermis, cũ ſanguine, poſtis,
Et torris, caulis, follis, vectis, lapis, vnguis.
Et cenchris, retis, vomis ſeu vomer, & anguis.
Fuſte, orbis, callis, collis. Finita Niſ adde.
O S. V s. mas. Hæc dos, cos. Neutrum os oris, & ofis.
Hæc humº, hæc aluus, vānus, domº, & colus, idus.
Horticus, atque tribus, cum ficus, aculq; manuſq;
Hoc pelagus pelagũ, vulgº vulgũ, hoc quoq; virº.
V S, ternæ neutrũ. Mas mus, grus, pus, lepus, & ſus.
Hoc æs. Hæc capiunt variata per Vtis, & Vdis.
S, muliebre, Hic mons, fons, dens, pons. Græca, vt
hydrops ſeps.
X, dato foemineis. Hic grex: Polyſyllaba in Ax, Ex.
Foemineum fornax, halex, carex que, ſupellex.
Mas lynx, fornice, oryx, phœnix, calyxq;, calixq;

D E N O M I N V M
D E C L I N A T I O N E.

In neutris primus, quartus, quintus ſimiles ſunt.
Tres ijdem caſus plurales A, retinebunt.
Eſt quintus recto ſimilis: S, tollito Græcis.
Tertius & ſextus plurales aſſimilantur.

Prima declinatio.

Prima dat A, noſtris, A S, E S, E, Græca dabuntur.

E 4 E, dabit

De Nominum Declinatione.

E, dabit E s, patrio: quarto E N, atque E, dato sexto.
Auras aurai patrio dant saepe poetae.

Secunda Declinatio.

Altera E R, V S, V M, virq; saturq;, E V s pone Pelasgis.
Vir, puer ex crescunt: velut R, si Rus dedit olim.
V S, per E: mutabit quintus: Deus excipe tantum.
Sed proprium per I V s. dabit. I. dic mi quoque fili.
Dijque dei, atque deis dijs. Hic sed saepe poetae
Orpheos, Androgeo patrio, datq; Orphea quarto.

Tertia Declinatio.

Tertia dat varios fines tamen I S genitio.
I S, nec E, crescunt: vates, verres: E s, muliebre.
A, dat atis: sed O, onis, Nemo, cardo, homo, Apollo.
D o, o, foemineum, margo, ordo, Inis, caro, carnis,
Vnedo fert Onis: Anio Nerioq; dat Enis.
Crescit I s: L, N, R, lac lactis, lacte hoc olim.
Men, Cen pekten Inis, glutē simul inguē & vnguen
O N, aliquando Ontis Graecis: cor nataq; cordis.
Ber, bris: Cer, cris: Tris Latium in Ster, Ter: nisi later.
Robur, ebur, femur, atq; iecur mittuntur in Oris.
Postulat, AS, atis. Sed Adis, dat Graecus & antis,
Vas vadis & vasis, as afsis, mas maris optat.
Es dat Itis: Cererisq; Ceres. Etis ariete perpes:
Præpēs, hebes, paries, teres, indiges, interpretæque,
Inquies, & locuples, magnes & cætera Graeca.
E D I s, pes, merces, hæres. Idis à sedeo ortum.
Sed tegetes, atq; segetes, abiesq; quiesq; dat Etis.
Graeca Idis: & cuspis, lapis: Itis, disque, quiris, lis.
Glis gliris: cucumis, puluis, vomis, cinis. Eris.

Pollis,

De Nominum Declinatione.

5

Pollis, sanguis, Inis, Simois, Pyroisq; dat Entis.
Os, Oris: ceu, flos. Otis sed compos & impos.
Et Graeca: atq; nepos: tum dos, eos, atq; sacerdos.
Quæ dā Ois: vt, Minos, custodis, bos bonis, olsis.
V s, Eris: Stercus, Oris, lepūs, atque decus, facinusq;,
Et nemus, & tergus, pestus, cum tempore, frigus,
Hoc pecus & litus, corpus: cum scœnore, pignus.
Vdis dat subscus, palus, incus, dat salus Vtis
Intercus, virtus, seruitq; luuenq; senectus.
Grus & sus dat uis: tellus & monosyllaba in Vris.
Pus deducit Odis. Sed in Vntis oppida quædam.
Æs æris, præpēs prædis habet: laus, fraus petit Audis.
S. sine vocali (vt frons, lens, puls) vertitur in Tis.
Lēs, frōs, glās, nefrēs, libripēs, Dis, aucupis auceps.
I, mediat cum Bs, Ps, syllaba finit, hyemsq;.
E, per I, mutabunt polysyllaba. Sed caput, itis.
X, in Cis verte: vt, fax. Lectilis edo supellex.
(Dempto halex, veruex) E, p I, polysyllaba vertūt
In Gis, lex, grex, rex, remex. Phryx, coniuge
mastyx.
Frugis, & impetigis. Styx, strix, & plæraq; Graeca.
Chis dat onyx. nox noctis habet. niuis & fenis
edam.
¶ Foemineū I s, nō crescēs E M. siue I M. dato quarto.
I M. sitis. & tuisis. vis buris. peluis habebunt.
Graeca in I s. I M. siue I N mittūt parissyllaba: vt Iris.
Sextus E vult semper. Sed E aut I. postulat imber.
Atq; adiectiua: vt pugil & Trix: adde supellex.
Amne. ignis. postis. vectis. rus. anguis. & vnguis.

* 5

Quartus

De nominum Declinatione.

Quart^o in **E M.** siue **I M** semper dabit **i.** vel **e.** sexto.
Al. ar. c. neutrū **I.** dat. Sed **e.** far. nectar. iubar, hepar
 Plus pluri melius. Sic **I M.** aut **I N.** dantia quarto:
E S. recto & quarto. Sed **I A.** cum sextus habet **I.**
 Comparatiua tamen per **A.** solum, plusq; vetusq;
V M. patrius. Sed **I V M.** dabit imber. vter. caro. linter.
 Quæq; in **I A.** mittunt rectū: queis addis a plusfra.
Es. **Is.** non crescens (vates. iuuenis. canis. **v m.** dāt)
 Sed monosyllaba ium. præter dux, nux, sue. grus.
 frux.
Ren. fur. flos. mos. **Tros.** grex. lex. rex. vox. laus.
 pes. prex.

Atque boum bos. bubus. bobus pone datiuo:
 Terti^o est in **I B V S.** Sed **A T I S** imago neutra Pelasga.
 Tres casus Græcos retinent hic sæpè poetæ
 Si crescat nomen: ceu Pallados, Hæctora, Troas.

Quarta Declinatio.

Quarta dat **V S** recto: dat & **V.** prius inuariatum.
 Quatuor **V B V S** habent arcus, partus, tribus, artus.

Quinta Declinatio.

E S olim patrius: sed & **E. ij.** sæpè poetæ.
E R V M. Ebusq; caret pluralis: tolle dies. res.

DE VERBORVM

PRAETERITIS ET SUPINIS.

Compositum, simplexq; modo flectuntur eodem:
 Quum germinat simplex, composito tolle priorem:
 præter posco, disco, sto, do: vult currit vtræque.
 Nomina sunt Pransus, coenatus, potus, acutus.

Et

De Præteritis & Supinis.

6

Et lautus, lætus, mœstus, cum cautus, adultus.
 Gauisus, solitus, falsus, tum cassus, & ausus.

Prima Coniugatio.

Prima dat **Aui, Atum.** Melius tamen hæc vii, itum.
 Sunt domo, crepo, sono, tono, cumbo, vcto: applicat, Ex, In.

Et feco dans secum: neco nectum, sic frico frictum.
 Ast lauo dat laui lotum: luit & lutum ab illo.
 Dimicat aui atum: micui micat absq; supino.
 Do dedi, atq; datum: didi ditum germina ternæ.
 Sto stetit & statum. composita stiti itum & atum.
 Potum & potatum potō. iuuo iuui adiutum.

Secunda Coniugatio.

ES. dat **iii.** dat itum: Doceo doctum, teneo tectum.
 Misceo mistum, torreo tostum, censeo censum.
 Et careo cariturum, strido, strideo stridi.
 Di. sum. dant video. cum prandeo. sedeo sessum.
 Mordeo. cū pendeo. tondeo. spondeo geminabunt:
 Si. Sum, rideo. suadeo. hæreo. ardeo. maneo.
 (Quod per **E, In, Præ, Pro,** minui facit absque supino)

Mulceo, mulgeo. tergeo. iubeo iussi iussum.
 Torqueo dat tortum, Indulgeo indultum habebit.
 Vrgeo, cum fulget, iunge algeo absque supinis.
Xi, luceo, lugeo, frigeo tantum augeo **Xi,** ctum.
 Eui, etum, pleo, vieo, deleo, & fleo, neco.

Quæq; **Vleo** gignit: velut obsoleo atq; abolcuit.
 Cicio, ciui citum: cuius composita quartæ.
 Dant **Veo, vi, Tum.** Fauco fautum. Sed caueo, atque

Fauco,

De Præteritis & Supinis.

Flauco, cum pauco, liuco priuabo supinis.

Tertia Coniugatio.

Composita à Specio, Lacioq; Exi, Ectum habebunt.

Elicio elicui elicium: rapio rapui raptum.

Meio minxi miectum. iacio, facio eci: actum.

Capio cepi captum, coepi coeptum, coepio nõ est.

A Quatio cussi, cussum, fodio fodi fossum.

Pario peperit partum: cupio cupiui cupitum.

Fugio fugi fugitum. sapio sapiui iunge sapiui.

Verba per uo, diuisas uii, & vtum habebunt.

Sed ruo itum habet: vtum tamen compositiua.

Fluo fluxi fluxum, atq; struo struxi structum.

A Gruo, & Nuo: & metuo, & batuo, absq; supinis.

Bibo bibi bibitum: vult nubo, scriboq; ipsi, ptum.

Dico, duco, xi, etum. Vinco & ico; ici, ietum.

Parco, peperi parsi parsum quoq; mitte supino.

Sco, in Vi, Tum veritas: vt nosco, quiesco, suesco.

Agnosco, & cognosco itum: pasco quoq; pastũ.

Copesco, dispesco uii, disco didici, posco poposcl.

Do, Di, Sum. n. scindo. fundo. findo que linqunt.

Sed geminant pendo, tendo, & tutudi tundo.

Pedo pepedi, carens, cado cecidi, cædo cecidi.

Dat pando passum pãsum: dat frendoq; fressum.

Si, Sum claudio, cedo celsi, & diuido, plaudo.

Vado, ludo, lãdo, cum rado, rodoq; trudo,

Go, Xi, etum. Sed fingo, stringo, pingo que, pango

Deme supino. n. & pepigi dic quoq; pago.

Figo & frigo, xum, pungo punxi pupugi punctũ.

Tango tetigi tactum, frango & ago, egi, actum.

Lego

De Præteritis & supinis.

7

Lego legi lectum. dego, prodigo, egi nec vltra.

Exi, ectum intelligo, diligo, negligo formant.

Si, Sum dant mergo, cum spargo, iungito tergo.

Veho vexi vectum, traho traxi tractum habebit.

Lo. Lui. Litum, colo, consulo, oculo, ultum.

Præcello, excello, antecello que carento supinis.

Pello pepuli pulsum: percello perculi, perculsum.

Fallo fefelli falsum, vello velli vulsi que vultum.

Sustuli sublatum tollo, fallo falli falsum.

Mo. uii. itum: como, demo, sumo, promo si, tum.

Emo emi emtum, atq; premo presfi pressum.

Cano cecincantum. Cinuicentum compositiua.

Cerno creui cretum, atq; sperno spreui spretum.

Temno tempfi temptũ, ac sterno strau stratum.

Lino leui litũ, rarò lini. dat quoque liui. (litum.

Pono posui positũ. gigno genui genitũ, sino siui

Po. Pfi, Ptum, Rumpo rupi ruptum, strepo strepui.

Coquo coxi coctum, & liquo liqui relictum.

Verro verri versum, & cursum curro cucurri.

Gero gersi gestum: fero tuli latũ: Vro vsi vstum.

Sero seui satum: nata eui, itum & erui, ertum.

Tero triui tritum, & quero quæsiui quæsitum.

Esso dat si, siui, itum: dat visoq; visi.

Pinfuit à pinso, pistusq; & pinfita, pinfa.

† o. xi. xum. necto quoq; xui. Peto. iui. itum.

Mitto misi missum. sed meto messiui messum.

Verto verti versum. sterto stertui absq; supino.

Sisto stiti statum. Soluo, voluo, in vi, & in vtum.

Viuo vixi victum. Sed texo textui textum.

Quarta

De Quantitate Syllabarum.

Quarta Coniugatio.

IVI. Itum, quarta. sepelio, singultioque, vltum.

Xi, etum vincio, amicio, sancio, quod & iui itum.

Aperio, operio, iiii, ertum. sed Eri comperio, reperio.

Si. Tum, farcio, fulcio, sarcio, sepio, haurio, haustum.

Sentio dat fenfum, salio salui, salij saltum.

Venio veni ventum: Veneo veniai, dic quoq; venij.

De finitis in OR.

Ex Or finitis atriuum fingito vocem:

Vt lator, lato laturum: hinc excipe pauca.

Commentus comminiscor, loquor & sequor vtus.

Et labor lapsus, queror questus, vtor & vtus.

Passus dat patior, adipiscor poscit adeptus.

Mortuus à morior, nascor natum, ortus oriri.

Dat fateor passus, ratus à reor, ordior orfus.

Experior, misereri ertus: pactusq; paciscor.

Atque fruor fructus, mensus, gressusque profectus.

Vltus, & experrectus, nactus, nixus, oblitus.

Carentia Præteritis & Supinis.

Quæso, aueo, ferio, furit, aio, polleo, glisco.

Ambigoq; & vergo, caluo, cum mœreo, turget.

Conniuet, psallo, lido, lambo, scabo, glubo.

In Sco inceptiuum, conquinisco, hilco, fatisco.

Etringor, vefcor, liquor, medeor, reminiscor.

DE QUANTITATE

SYLLABARVM.

Simplicis obseruant composta creataque normam

Cõpositi pars prima breuis, quam I. desinat, aut O.

Deme

De Quantitate Syllabarum.

Deme dies medius, tibi cen, vbi que, & ibidem.

De diphthongo & positione.

Diphthongum produc: & curtam consona duplex.

Post curtã muta & liquida anceps carmẽ habebuat.

De vocali ante vocalem.

Est breuis ante aliam Latij: E, ducito quintæ

Deme fides, res, spes, fio cum a breuiabit.

Iv's anceps patrius: breuis alter, profer alius.

De Præt. & Sup. dissyllabis: & geminatis.

Præteritum produc dissyllabon, atque supinum.

Sed fidit à findo, & scidit, & bibit, & tulit arctant.

Do dedit atq; datum: steti status, adde quitum, citũ

Et ratus, & rurus, & situs, & fatum, itumq; litumque.

Quod geminat, binas breuiat: nisi cado, pepedi.

De præpositione in compositione.

Longa A, D E, E, S E, D I, P R O, sed R & curtat vbiq;

Curta A, P R O, Græcorum: procul, atque propago

proteruus.

For, festum, fanum, fundus, propero profiteris.

Et profugit, proneposq; profecto, procella, ficiscor.

Propello variat, propino, profundo, procuro.

De incremento nominis.

Casum, qui rectum transcendit, crescere dicas:

Hæc breuiant monosyllaba, bos, crux, daps, duce,

fax, grex.

Lar, Lybs, mas, nex, nix, nux, ops, par, pes, phryge,

pix, prex.

Sal, scobs, scrobs, stips, stryx styx, trabs, trux, vir,

vade, vix hæc.

Corripe

De incremento nominis.

Corripe A. iunge O inis. duc neutrum A. El, quoq;
iunges.

Duc N: præter inis latium: ex O N consule Graios

R breuis: A R neutrum tendit: sed corripe bachar,
Etiubar, & nectar: T E R Græcum duc: & iberos:

O R, tēdit: breue neutrū: Græcū: tū memor arbor.
O R, a s, produc: sed anas, & e s, breuiabunt.

Lōga hæres, merces, locuples, quies: Attica in Etis

IS, breuis: absq; Itis. duc O S: breue cōpos & impos.

V S retinens V, longum est: intercus, pecus aufer.

S breuiat. sed p s, Græcum mage tendit, vt hydrops.

X, in gis breuiat. longum a x. hic consule Graios.

EX retinens E, longū est: ix, ox, vx, que sequūtur.

Curta filix, fornix, coxendix, histrice, natrix.

Tum cilix & eryx, calicis que, larix que, varix que,

Cappadocis, præcox que, salix, & onyx: caput adde.

Crescens plurale A, E, O, produc t, v. curta.

De incremento verborum.

Ultima vocalis, quam dat persona secunda.

Primi præsentis tibi sit primum incrementum.

A, longum est. Do, da breuiat, compositaq; primæ.

E, longū est. Rain. Rim. Ro: cū Beris & Bere curtant,

Et legor, & legerē, in primis: legere imperat, infini.

I, breue: vt erimus, eritis, perfe: itaq; prima.

I longum ante V. mox quartē incremētā priora.

Anceps sit Rinus, Ritis, duc volo, velim, sim.

O, crecens semper producitur: V. breuiatur.

De Accentu.

Accentum in se ipsa monosyllaba dictio ponit.

Exacuit

De Quantitate Syllabarum.

9

Exacuit sedem dissyllabon omne priorem.

Ex tribus extollit primam penultima curta.

Extollit se ipsam quando est penultima longa.

De figuris in carmine.

Vocalem perimit verbi synalœpha prioris.

M, perit ec̄thlip̄si, cum vocali præeunte,

Synerefis binas iungit: cui, dærit, & isdem.

Syllaba (vt aulai) diuisa, dicere fis esto.

De vltimis Syllabis.

O anceps: longa A S. ES. OS. monosyllaba. N. A. V. C. I.

Exceptiones.

B. D. T. an, in breue: es, is, quin, cis, fac, bis, quis, os
osis.

Nec, ne, que, vel, ue, per, ast fer, vir, hic masculus, an-

Curtat A per casus: hinc tamen excipe sextum

Et quintum, cuius rectus producit, vt Hyla.

Et breuiabis ita eia, quia, Ginta sit anceps

E, Græcum: & quintæ casus vt postidie duc.

Adde famel longis, valde, ferme que, fere que.

Iunge secūdæ aduerbia (sed male cū bene dēntis.)

Lōga doce, & similes (vide cum vale caue anceps.)

I, Græca interno & quinto breuiat: addito Moly.

Sed nisi, vbi, quasi ibi, mihi, cum tibi, sitque sibi
anceps.

O Græcum: O que secūdæ duc: aduerbia curtant.

EN dat Inis curtū: velut ON non ternæ: vt Abydon.

Attamen & tamen. An quartus modo rectus A
præstet.

ER cris Græcum (addis iber) duc: Celtiber anceps

**

Græca

De Constructione.

Græca A S, Adis breuiant: As & Es pluralia Græca:

Curta Es Itis: penes, haud aries, abies, paries, ceres.

IS, Itis duc: pluralia IS: IS verba, quæ in Itis

OS breuiat Græcis: latinis compos & impos.

VS, retinens V. longum est: Græcaque cuncta

Et quartæ casus: sed rectum deme priorem

DE CONSTRUCTIONE.

Constructio, (quæ Græce Syntaxis dicitur) est debita partium orationis inter se compositio.

Diuiditur in concordiam, & rectionem.

Concordia triplex est, substantiui & adiectiui: nominis & verbi personalis. Relatiui, & antecedentis.

Substantiuum & adiectiuum, numero, & casu consentiunt: vt mali corui malum ouum. Sæpissime desideratur substantiuum: vt non posteriores feram: triste lupus stabulis: dicenda tacendaq; calles: sæpe plura adiectiua vni adduntur substantiuo, vt superioribus proximis diebus: charissimus tuus paruus filius.

Nominatiuus in numero tantum cum verbo personalis conuenit, sed omnis nominatiuus est tertie personæ verbalis, præter ego, quod est primæ, & tu secundæ, vt, Deus est, illi sedent, virtus laudatur, en Priamus, ecce homo, scilicet, adest vel venit.

Relatiuum est signum rei antecedentis, vt qui, hic, is, ille, ipse. Relatiuum semper collocatur inter duos casus nominis vnius, quorum antecedentem refert in genere

De Constructione.

19

nere & numero tantum, cū altero conuenit vt adiectiuum: vt vidi hominē, qui homo sedebat. Sed Ellipsis alterius casus hic frequentissima est: vt, odis apertem, qui sibi non sapit: quam quisq; norit artē, in hac se exerceat. Syntaxis est, quisq; se exerceat in hac arte, quā artē norit: huius generis sunt parentheses illæ (quæ tua est humanitas) (quæ vestra libido est.)

Si relatiuum, vel verbum, vel participium inter duo nomina propria, vel appellatiua posteriori respondeat, Græcum est, vt est stella, qui Mars dicitur: hæc vrbis vocantur Athenæ: ludi fuerunt Megalesia appellata.

Tantus, quantus, talis, qualis, tot, quot, non sunt relatiua, sed quodlibet suis verbis adaptatur, vt vidi caesum tantum, quanta est rota.

De sui & suus.

Duo ex relatiuis propriè reciproca sunt, sui & suus: quibus tantū modo vtetur, cum verbi suppositū prius aut principalis referimus: vt Ariouisto Cæsar dixit non sese Gallis, sed Gallos sibi bellū intulisse. Sed si nulla potest contingere ambiguitas, hoc præcepto nō astringimur, nunquā autē continget, vbi est prima vel secunda persona, vt cepi columbā in nido suo, vel eius, vel ipsius. Nec etiam in his, & similibus, Regis est gubernare suos: natura admonet homines suæ sortis. Hoc nomē Quisque, trahit ad se reciprocū, vt iustitia tribuit suū cuiq;. Cum hac prepositione INTER dicimus, cōtendunt docti inter se: & cōtētio est doctorū inter se, vel inter ipsos.

** 2

De

Genitiuus possessorem semper significat, idq; actiue aut passiue. Semper à nomine regitur, vt, lectio librorum Ciceronis. Sed nomen vn de regitur, sæpissimè subtrahitur, quod ignorant Grammatici docuerunt verba posse regere genitiuum, vt accuso te furti, magni emisti, regis est gubernare, deest crimine, precio, officii. Dicimus itè venit in mentem illius diei: Castra aberant bidui cū in animo habere in nauigandi, supplere cordatio, iter, propositum. Quinque sunt verba quæ genitiuum regere videntur, miseret tædet, pudet, piget, poenitet: sed genitiuus à nomine, quod in his verbis intelligitur, dependet, est enim (teste Prisciano) miseret me tui, miseratio tenet me tui: & poenitet me peccati, poena peccati me tenet. Illa vero Græca omnino sunt, define querelarum, abstineirarum, implere ollam denariorū, eges medici, eo ad Mineruæ: Græco item more in genitiuis locorum deest locus, vrbs, vel oppidū, vt natus Romæ; Ægypti educatus: domi manet, humi sedet. Item domi belliq; clarus, supple, tempore, sed si addas adiectiuum genitiuo locus non erit: vt natus in magna Roma, cubat in dura humo. Dicimus tamen, domi meæ. tuæ. suæ. nostræ. vestræ. aliene. ¶ Ali quando genitiui duo ab eodē nomine pendēt: vt magna est hominū querelaturæ superbiæ, sed frequentius alterum genitiuorum in possessiuum mutauimus, vt nocturna lectio librorū, in Ciceronis Tusculana villa. mea præceptoris officia, vestra iuultorū diligentia.

tia. meum prædium Prisciani, contra Vallam, nam meus. tuus. suus. nihil differunt à cæteris. possessiuis.

Datiuus semper acquisitionem significat, seu vltimum finem, quare cuius orationi apte iungitur: vt, Aristoteli spongiæ sentiunt, vtilis capiti, amicus mihi, petitur tibi argentum, mihi ita videtur, non cernitur vlli. cede vel decede maiori, vā victis, tibi expedit. mihi non conuenit. ¶ Duplex etiam datiuus reperitur, vt sum tibi dicto audiens, delegi mihi locū domicilio, reliquit mihi pignori vestem, datur tibi hoc vitio, ta tibi id laudi ducis, habes me tibi despectui, despicatui, frustratui,

Accusatiuus aut est infiniti suppositum, aut actiuorum appositum, aliter semper à præpositione pendet. Nam in tempore & mensura, & locorum priorum nominibus deest præpositio, vt vixit annos centum, vel per annos centum, natus ante annos centum, pendet aries libra triginta, latus vel longus vlnas duas, eo Romam: tendit Italiam, sic Rus & domum. ¶ Duos eiusdem rei accusatiuos multa verba recipiunt. Duos diuersæ rei accusatiuos nullum verbum admittit, vt mox dicetur.

Vocatiuus nullius est personæ verbalis, sed rem designat, cum qua sermonem communicamus: ideo non regitur, est. n. veluti extra contextum orationis.

Ablatiuus à præpositione pendet, sed eleganter illa multis modis subtrahitur, nam in comparatione (vt, doctior Cicerone) deest Præ. In instrumento, vel modo, Cum: vt Saxo percussit, egit in fidijs. In pre-

cio, Pro. ut, magno emisti, in tempore De vel In. vt, hora prima, tribus annis. In ablatiuo quem falso absolutum vocant, si sit persona, deest Sub. vt Philippo rege, me præceptore, si vero aliarum rerum deest A, vel In, vt, lectis tuis literis coenauimus, legēdis carminibus poeta. Huic aduerbio. V N D E, respondet, A vel Ab vt palleo metu: vacuus curis: præditus virtute. Sed in frequentiori vsu hæc solent amittere præpositionē.

Prosequor, impertit, caret, affice, dignor, egetq;
Victito, vt or, vescor, fungor, potior, fruor, alget.
Implendi, ornandi, spoliandi, iudicijque.

De Nominibus adiectiuus, comparatiuus, & superlatiuus.

Adiectiuia nomina (participijs exceptis) nullū casum regunt, nam quando dicimus: Romanorum primi: Romanorum doctissimi: deest ex numero. Illa vero plenus rimarum: lassus viarum: integer vitæ: sceleris purus: cupidus honoris Græca sunt, in quibus deest græca præpositio Ek: quæ apud illos genitium regit. dignus honore: vacuus curis: viduus pharetra: frumento copiosus supple Ab.

In comparatorum ablatiuus deest Præ: vt sanctior Catone. quo in loco particula, Q V A M, nominatiuum, vel accusatiuum tantum iuxta verbi naturam postulat.

In superlatis & comparatis genitiuus ille partitionis est, non comparationis: vt Romanorum priores, Græcorum doctissimus. i. ex numero Græcorum maxime doctus.

De constructione verbi.

Diximus constructionem diuidi in concordiam & rectionem. Si concordiam spectes, omnia verba sunt

ba sunt personalia aut impersonalia, vt ego lego, me legere. Si vero rectionem, actiua, aut passiuā.

De Verbis personalibus.

Personale, seu finitum verbum est, quod personas numeros, & tempora finit: vt amo, legissem. Personale verbum semper & necessario habet ante se nominatiuum, vt tu doces: nos percutimur: illi frigent: vos piscamini, abite: ad es dum. Aliquando infinitum, vel alia oratio, verbis suppositum est, vt fugere vitium est virtus: queritur quis primus naues inuenerit: Tribus autem modis suppositum solet intelligi: primo, in primis & secundis verborum personis: vt, legis, viuimus: secundo, in verbis ad famam pertinentibus: vt, aiunt, ferunt, predicat: tertio, quum in verbo latet suppositum eiusdem rei, vt pluit, lucefcit, scilicet, pluuia, lux. quibus adde quinque illa verba (quæ falso dicuntur impersonalia) miseret, tædet, pudet, piget, poenitet, scilicet, misericordia, tædium, pudor, pigritia, poena, vt diximus.

Multi recti singulares per syllepsim figuram plurale verbum exoptant dignioris personæ: vt, si tu & Tullia valetis, ego & Cicero valemus. ¶ Si post verbum personale sequatur nomen ad suppositum pertinens erit nominatiuus: vt lego inuitus.

De verbis actiuus.

Actiuum verbum est, quod actionem significat, vt viuo, amplector, memini. Semper & necessario transit in accusatiuum: vt amo literas: sic delectat, iuuat, decet, oportet, refert, vt, hoc refert

mea negotia, id est, representat. Sepe pro accusatiuo infinitum, vel alia oratio, ponitur. vt, nolo tuum vel le: dico tibi ne temere facias.

Verba actiua duplicia sunt, quædam enim transeunt in varios accusatiuos, vt amo, lego, percutio: alia (quæ falso neutra dicuntur) vni tantum accusatiuo cognatæ significationis adherent: vt vivo, seruo. Hic autem accusatiuus cognatus (vt Pleonasmum effugiamus) rectius subicitur: vt, filius tuus dormit, currit gratulatur, iocatur, gaudet, scilicet somnum, cursum, gratulationem, iocum, gaudium, sic egeo, indigeo, vapulo, nascor, orior. Qui tamen accusatiuus necessario apponitur; si addendum sit adiectiuum: vt, duram seruis seruitutem: hilarem vitam viuus: cantilenam eandem canis: consimilem luserat ille ludum: iudicauit iudicium in clytum: Endymionis somnum dormis. Aliquando proprius accusatiuus transit in metaphoricum: vt, Corydon ardebat Alexandria: nubes pluant iustum: terra germinet Saluatore.

Accusatiui me, te, se, ferè non apponuntur quoties suppositum & appositum idem sunt: vt illa iam lauit, nupsit regi: nox precipitat, emerfit ex malis: bene res vertat: voluentibus annis, deest se, vel etiam accusatiuus cognatus. Credo tibi: indulgeo tibi, scilicet, me.

Multa verba per cumulum geminant eiusdem rei accusatiuum: vt, Deum vocamus patrem: præsta te virum: facimus te arbitrum: dedit agrum doctem & familia.

¶ Duos

¶ Duos vero diuersæ rei accusatiuos nullum verbū regit. Nam in altero illorum Græco more deest *KATA*, id est, circa, iuxta, vel secundum. Tales vero accusatiuos nullum verbum respicit: vt, Quid me accusas? Quid me horres? Nihil me timeas. Plurimum te amo. Multa me incusas. Multa gemens ignominiam. Nunc id operam do. Infuevit pater hoc me.

Dicimus spargo, vel, sterno solum herbis, & herbas solo: defendo vel prohibeo æstum capellis vel à capellis, & capellas ab æsturo dono te corona, & tibi coronam. celo vel doceo te hoc, & te de hoc, & celo tibi hoc, posco te veniam & à te: sic omnia verba poscendi, in video te multa & tibi multa: hoc decet te, vel tibi: præsto præstolor, antecedo, antesto te, vel tibi: deficiunt & latent me pecuniæ, & mihi pecuniæ: eripio tibi & à te pecuniæ: impertio te bono, & tibi bonum.

De verbis passiuis.

Passiuum verbum est quod passionem significat: vt viuatur, curritur. Passiuum verbum nihil præter suppositum desiderat: vt virtus laudatur, tua res agitur: Accusatiuus actiuorum hic semper erit suppositum, nec vnquam aliter. Sed si supprimitur in actiua, etiam in passiuâ subicitur, vt curritur, viuatur, egetur. Si duo sunt eiusdem rei accusatiui a verbo mutantur, vt voco te poetam, tu vocaris poeta. Video te tristem, tu videris tristis. Si vero sunt diuersæ rei accusatiui, ille tantum mutatur qui non dependet à præpositione, vt doceo te artes, tu doceris artes.

*** 5

tes,

De Constructione.

tes, moneo te iusta, tu moneris iusta: moneo tibi iusta, iusta monentur tibi. Nam falso quidam docent datiuum in nominatiuum posse verti.

De verbo substantiuo.

SVm, es, fui (cui fio vel suo adnumerantur) nec estiuū nec passiuū est, sed vtriusq; radix & fundamentū, habet vtrinq; nominatiuū, vt Deus est charitas: filii esto sobrius: esto tu Caesar amicus. Dicitur patris est, vel patrium est castigare: regis est vel regium est gubernare: & subintelligimus officium, munus, negotium, siue consilium. Non tamen dicimus mei est, sed meum est, quia genitui Mei, tui, sui, nostri, vestri, primitiuorum in hac parte locum non habent, ne pariant ambiguitatem.

Quod si accedat præpositio **I N T E R**, dicimus patris interest castigare, & regis interest gubernare, & subintelligimus accusatiuum pluralem, negotia, officia, siue consilia. nec tunc illis quinque genitiuis vtimur, sed accusatiuis mea, tua, sua, nostra, vestra, cuius vel cuius, vt non mea sed regis interest gubernare, id est, gubernare non est inter mea, sed inter officia regis.

Sepe vni aut duobus datiuus acquisitionis adheret: vt sunt mihi amici, tacendum est tibi: docenda mihi causa est: hoc erit tibi lucro, honori, curæ. Cum nomine Opus dicimus: opus est mihi libris, & libri sunt mihi opus: & opus est facto & facere.

De verbis impersonalibus.

Impersonale, seu infinitiuum verbum est, quod neque numeros, neque personas, neque tempora finit, & deter-

De Constructione.

14

minat: vt amare, legisse. Et est duplex: Perpetuum, & Participiale. Perpetuum est, vt amare, amauisse, amari. Participiale, vt amandi, amando, amatum.

Impersonale verbum semper antecedit accusatiuum, sæpius subintellectus: vt volo legere libros, volo libros legi. A nulla parte determinatur, vt putant Grammatici. Semper enim pro nomine capitur: vt, virtus est vitium fugere, id est, fuga vitiorum. Tēpus est abire, id est, abitionis. Et cantare pares, & respondere parati, id est, cantui & responsioni, vel ad cantandum, & respondendum. Non tanti emō poenitere, id est, poenitentiam. Dignus amari, id est, amore.

Si post verbum impersonale nomen sequatur ad suppositum pertinens, erit accusatiuus: vt malo dici diuitē, quā auarū haberi. Præceptoris interest esse probum. Non expedit tibi fieri iudicem. Vt or amico cupiente vocari iustū. Sed hic frequētissime Græcos imitamur: vt cupio dici doctus: vis haberi probus. Illa vero, Nō vacat mihi esse quieto: licet esse beatis, Latinos canones excedūt, vt in Hellenismo dicitur.

De verbis participialibus Gerundis & Supino.

AMandi, amando, quum accusatiuum habent gerunda verba dicuntur, eo quod à passiuo participio in Dus gerantur & gubernentur.

Olim à participio in Dus quatuor voces gerebantur quæ regerent accusatiuum: vt petendum est causas, petendi causas, ad petendum causas, petendo causas. nunc vero, vocibus in Di & Do dabis accusatiuum.

tium. Nam habendum est canes. & ad legendum libros, nimis antiqua sunt. Cæterum voces in di, do, dum, si accusatiuum non habeant, passiuæ significant, sunt enim participia passiuæ in neutrali terminatione: In quibus deest substantiuum aliquod, aut nomen verbi, quod est infinitum. vt legendum est, scilicet, legere. nam quemadmodum (teste Prisciano) bona est lectio, & bonum est legere, non differunt, sic tempus est legendæ lectionis, & tempus est legendi, idem sunt. Aliquando tota oratio pro substantiuo est: vt creditum est, vel credendum est Ciceronem fuisse poetam.

Deest quoque substantiuum in illis, quæ solent conturbare Grammaticos: vt missus est Athenas erudiendi gratia, scilicet, erudire, quod est eruditionis: virgo maturuit nubendo, scilicet, nubere, id est, nuptiæ: cantando rumpitur anguis, id est, cantando carmine: vritq; videndo foemina, id est, visu factò, quasi videndo videri: dum videtur. Sallust. Quum Iugurta vocaretur ad imperandum, scilicet, imperare, id est, vt ipsi imperaretur, vel ad sibi imperiū imperandum: dicimus enim, imperare alicui pecunias. Inter agendum capras, & ante domandum boues nō dicimus: sed ante domandum, scilicet, domare.

Amatum, verbum supinum dicitur, quod supine, id est, negligenter agat, ac pene otiosum ac superuacuum sit, semper iungitur verbis motum ad locum significantibus: vt cur te is perditum? latebras questum venisti, admitte me spectatum.

Vox

Vox iri, in passiuæ tantum huic supino coniunctum non significat motum, sed idem quod passiuū infinitum, cuius est supinum: vt credo librum, vel carmina lectum iri, id est, legi.

De participijs.

Participia suorum verborum casum admittunt. Iunguntur alijs verbis: sed præcipuè substantiuo: per omnia tempora: & cuius temporis verbum fuerit, eiusdem ferè & participium erit: vt ex cita dormientem, excitavi dormientem: excitabo dormientem, dicturus fui, dicturus ero, iussus feci, iussus faciā: abstinui à causis agendis, abstinēbis à causis agendis.

Primum participium passiuum significat passionem: præter pauca, quæ ab actiuis in o r descendunt, vt amplexus hominem, pertaxus ignauiam: quæ dā actionem, & passionem, sed diuersa syntaxi: vt comitatus illum, & comitatus ab illo. Pransus, cœnatus, potus nomina sunt.

Participium in, dus, perpetuò passionem significat: vt plectendus, poenitendus, veniendum est, dicēdi, cantando, ad orandū. Frustra querit Valla quando admittat aut respuat præpositionem: nam sequitur suum substantiuum, vt, accepi puerum docendū, & accepi ob puerum docendum pecunias: currit iteranda viam, & currit ob præmia obtinenda.

De participialibus.

Participia tribus modis sunt nomina: Constructione, vt, doctus iuris, iuris peritus, alieni appetens, amans vxoris, tempus est legendi librorū:

Compa-

De Constructione.

Comparatione, vt, doctior, amantior, Compositio-
ne, vt indoctus, indiligens.

Sunt quædam nomina quæ participia videntur:
vt, populabundus agros, vitabundus castra hostiū,
item illa ocreatus, laureatus, tunicatus, sed hæc à no-
mine non à verbis ducuntur. & illa antiqua, quid tibi
hanc tactio est? quid tibi hanc rem curatio est, for-
tè deest Kata.

De præpositione.

Præpositio ante verbum non semper intrat cō-
positionem, sed fertur in casum vltiorem: vt,
Hercules interfuit homines: & homines inter-
est societas. Cicero, Quæ si quos inter societas aut est,
aut fuit, aut futura est: Seneca: Nihil interest, hos, &
illa. Horat. villa quæ superest Claudi cauponas. idē,
ne quid medios intercinat actus. Idem, cū sol Ocea-
no subest. Cicer. hic tibi Cato rostra aduolat. Tacit-
us, aduoluitur genua illius. Horat. vtinam intererrē
nuda leones. Idem. desine interludere virgines. Cæ-
sar, exercitum Rhenum traducere. Liuius, hæc Siculo-
rum querelæ domos primū nobilium circumlatæ.
sic interfluere vrbem, moenia, exercitū, apud Curtiū:
sic mea interest, vestra interfuit, pro est inter mea, sci-
licet, negotia & hæc ad Anastrophē sunt referēda.

Præpositionum quædam semper accusatiuo hæ-
ret: vt ad, apud, &c. quæ dā semper ablatiuo, vt dixi-
mus. hæc vero sunt dubiæ: in, sub, super, subter, & clā.

In, significans motum, seu trāsitum, accusatiuum
regit: vt via ducit in vrbem: hanc mihi in manū datæ
& cum

De Constructione.

16

& cum actio differtur: vt, in diem istuc erit: præsens
in tempus omittat: & cum capitur pro contra, vel er-
ga, vt ingratus in præceptorem, in parentem pius: cū
significat aliquid in loco fieri regit ablatiuum, ego
in portu nauigo.

Sub, si motum significat accusatiuum amat: vt sub
terras ibit imago, sub galli cantum, sub eas literas re-
citata sunt tuæ. sine motu frequentius ablatiuum: vt
sub pedibus, sub iudice. Dicimus sub idem tēpus, &
sub ipsa die. Aliquādo subintelligitur: vt Cæsare du-
ce, Platone magistro: id est, sub Cæsare, sub Platone.

Super, pro de, ablatiuū poscit vt multa super Pria-
mō rogitas, super Hectore multa. Cice. sed super hac
re nimis. in reliquis fere accusatiuum, fama super ethera
notus. Dicimus super frōde & super arbore, si quietē
significamus: super arbore si motū. ¶ Subter poetice
tantū reperitur cū ablatiuo. vt subter dēsa testudine.

Clam, vt clam vxorē apud Plantū, clanculum pa-
tres apud Terētiū. Cæterū ablatiuo magis gaudet.

De Aduerbio.

Aduerbia nullum omnino casum regunt, nisi
pro nomine caplantur: vt crurum tenus, abun-
de gloriæ. vbiq; gentiū, satis testiū, pridie eius
diei, postridie ludorū. in reliquis est ellypsis: vt o cu-
ras, heu mihi, en Priam⁹, ecce homo, heu me, v̄e vietis.

Vbi, significat locum sine motu, cui respondent,
hic, istic, illic, ibi, intus, foris, vtroiq; passim, nusquā,
infra, subtus, necubi, vbiubi. Respondent etiam ge-
nitiui propriorum locorum finiti in Æ, vel I, vt,
Romæ,

De Constructione.

Romæ, Toleti, Ægypti, Cypri, Siciliæ. Itē domi, militiæ, belli, humi, in cæteris respondemus per ablatiuū expressa vel tacita præpositione: vt, rure est, in toga, in pace, Athenis, Carthagine, Elide, Ptolemaide.

Quò, significat motum ad locum: cui respondet huc, istuc, illuc. eo, illò, intrò, foras, quoquo, peregrè, obuià, & acculatiui locorū expressa vel tacita præpositione. vt eo Romā vel in Romam, venit Italiam, sic rus, & domum vel in domum, vrbē, hortum, larem.

Quà, significat motum per locum, cui respondet, hac, istac, illac, quaquā, quacunq̄ue, quauis, quaquā versus, & ablatiui cuiusuis loci tacita præpositione: vt vagatur Italia, vehitur flumine, vel per flumen.

Vnde, id est à quo loco: cui respōdēt: hinc, istinc, illinc, inde, eminus, comminys, alicunde, necunde, foris, vndecunq̄ue: vel ablatiui cuiusuis loci, expressa vel tacita præpositione: vt, cœlo, de cœlo, Roma, de Roma. Sed si ablatiuus sit personæ, non erit sine præpositione: vt vnde emisti? à mercatoribus: vnde est puer à fratre.

Quorsum, ad locum & ad alia refertur, cui respondent, horsum, istorsum, sursum, deorsum, rursum, prorsum, dextrorsum, sinistrorsum, aliorum, retorsus, introrsus, quoquo versus, venum, pessum.

De Coniunctione.

Coniunctionis officium est, sententias connectere: non similes casus, aut verba. vt Emilibrum dragma, & minoris, scilicet, pretio emi.

L A V S D E O.

INDEX AD MINERVAM PRÆ-

cipua quæque complecteris.

A	Adoleo, adolefco.	239.b
Ablatiui natura.	55.b	Adria cuius generis. 199.a
Ablatiuus absolutus.	56.a. 211.a.	Aduerbiorum natura.
Ablatiuus Græci non ca-	17.a	42.b
rent.	17.a	Aduerbia, non sunt quæ non differunt à nominæ vt multum, melius, pe-
Abstineo irarum.	46.b	ius. 230.a
93.b.		Aduerbiorum construct.
Accentus quid.	12.a	140.a
Accidit, actiuum.	85.a	Aduerbiorū ellipsis. 217.a
Accipiter, subaud.	171.b	Adulor. 94.b
Accusatiui natura.	51.a	Ædes, subauditum. 171.b
Accusatiuus cognatus.	166.b.	Æger, vnde. 266.b
166.b.		Æs alienum. 172. 173.a
Acer, acris, & eris.	238.a	Æquiuocū Barbara. 233.b
Acinus, subaud.	171.b	Ætas, subaud. 172.a
Acolasia, quid.	243.a	Ales, adiectiu. 174.b
Actiua verba.	89.a	Alteræ aues. 241.b
Actor, subaud.	171.b	Ambiguum. 235.a
Adeo.	238.b	Ambulo. 95.a
Adiectiua genus non ha-	21.b	Amicus magnus. 188.a
bent.	21.b	Anacoluthon. 227.a
Adiuuo tibi.	50.b	† Ana-

INDEX.

Anastrophe.	226.b	cere.	239.a
Analysiadiectiu.	186.b	Bidens adiectiu.	194.b
Anathema sit.	240.a	197.a	
241.a		Bipennis adiectiu.	198.b
Antica pars.	194.b	Bona verba quæso.	239.b
Antiphrasis quid.	250.b	C	
Antiptosis an sit.	227.b	CAleo.	96.b
Anrilita.	182.a	Calx, chalc.	237.a
Anus.	238.a	Cane pro canis.	235.b
Apello, as, is.	246.a	Cani adiectiu.	175.a
Apomparon.	240.b	Caro subaud.	175.b
Apotropæon.	240.b	Careo.	96.b
A, pro post.	221.b	Castanea adiectiu.	173.b
Apuleij locus.	247.b	Casus quot.	16.a
Aqualis, adiectiuū.	204.a	Cave tibi scil. mali.	188.a
Ardeo.	95.b	Caveo.	97.a
Aster, nomina.	26.b	Causa subaud.	175.b
Athæ vnde.	5.a	Cede maiori. s. locū.	187.b
Attinet, actiu.	96.a	Celo tibi.	50.a
Aufero tibi.	50.b	Celæ adiectiu.	191.a
Augustinus Dath ⁹ .	251.b	Cernere quid.	293.b
Auellana, adiectiu.	193.a	Cerno vnde.	244.a
Auerna, s. loca.	187.b	Certo.	97.b
Anis, subauditum.	174.b	Charon vnde.	261.b
Azazel caper.	240.b	Choenix quid.	242.a
B		Ciuis foemina.	182.a
Bellum vnde.	254.a	Cosp.	97.b
Benedicere pro maledi-		Coelum.	246.b
		Coelum	

INDEX.

Coelum vnde.	257.b	197.b	
Coire societatem.	199.a	Cotio pro cautio, Plaut.	
Commune genus an sit.	19.a	259.a	
Communia duobus gene-		Craftini.	199.b
ribus nulla nomina.	181.a.b	Crepeo.	99.a
Cōparatiui formatio.	26.b	Cretio quid.	242.a
Comparatiui rectio.	56.a	Crimine subaud.	177.a
Comparatiuorū cōstruct.	65.a	Cudon pro cudo.	236.b
Comparatiui præpositio.	213.a	Cum quum.	248.a
Compilare.	238.a	Cum Deo.	212.a
Confluens adiectiu.	172.a	Cupio esse doctum.	135.a
Coniunctio.	43.b	Cupressos rectos.	173.b
Coniunctionum ellipsis.	217.a	Curro.	99.a
Coniunctionū construct.	148.a	Curulis adiectiu.	199.b
Coniuero.	98.a	D	
Coniux.	22.a	Danielis locus.	242.a
Coniux adiectiuū.	203.a	Datiui rectio.	49.a
Consuesco.	98.b	Decet.	29.a
Consulo.	98.b	Decet tibi.	49.b
Contingit.	98.b	Decies.	176.a
Contingit Actiu.	85.a	Declinatio.	23.a
Conturbare s. rationes.		Decume adiectiu.	194.b
		Deficit mihi.	50.a
		Dego.	99.b
		Deminuta nomina.	25.b
		Deminuta genus detegūt.	25.b
		Dequoquere.	198.a
		† 2	
		Desine	

INDEX.

Define querelarum. 46.b	En an regat casum. 207.a
Dies natalis. 178.b	Ens subintellect. 179.a
Digamma Æolicū. 260.a	Ens. 165.b
Digestorum locus. 227.b	Eo ad Mineruz. 48.a
Diminuta Græca. 20.b	Eo actiuum. 101.a
Dis. 260.b	Epicœna nomina. 181.b
Disputatio. 245.a	Epicœnum quid. 19.a
Distictiæ præpositio. 216.a	Ergo pro causa. 237.a
Diuitiæ vnde. 260.b	Eripio tibi. 50.b
Doleo. 100.a	Essentia. 179.b
Domi quid sit. 161.b	Esse & fore. 35.a
Domi clarus. s. tempore. 201.a	Euenit, actiu. 85.a
Dormio. 100.b	Eumenides. 256.b
Duces pro Dux. 236.a	Euocatio. 179.b
Duo accusatiui. 53.b	Euphemismos. 239.a
Duo millia signati. 224.b	256.b
Duplicarij qui. 242.a	Excessus præpositio. 216.a
	Exceptitia farina. 243.b
	Ex numero supp. 168.b
	Exoletus adiectiu. 178.a
E	F
E K subauditum. 229.a	F Astidies. 178.b
Ecce an regat casū. 207	Fauetelinguis. 239.b
Edæa, Dea. 243.a	Fauonius adiectiu. 202.b
Egeo. 100.215.b	Fenestra vnde. 6.b
Egeo medici. 176.b	Fera adiectiu. 174.b
Ellipsis. 164.& inde.	Feria subintell. 180.b
Emergo. 100.b	Festa subintell. 180.b
	Fio

INDEX.

Fio substant. 102.a	H
Fient substant. 171.a	H Astenus. s. sint. 181.a
Figura quid. 12.b	Haætenus. s. via. 202.b
Flamen vnde. 245.b	Harpagon pro harpago. 233.b
Fluuius. 180.b	Hellenismus. 227.a
Fœmina subintell. 181.a	Herba subintell. 183.b
Fore & esse. 35.a	Heteroclyta an sint. 24.a
Frigidâ subfundere. 173.a	Hic acer, hic & hæc acris, &c. 25.a
Frondes pro frons. 236.a	Holeiteon. 262.a
Frontes pro frons. 236.b	Homo subintell. 183.b
Frugi quid. 175.a	Homo sacer. 140.a.b
Fruor. 102.b	Homo masculin. 21.a
Fucus, Phucus. 237.a	Homonyma. 233.b
G	Horatij locus. 191.a
G Allus. 297.b	Horatij loci. 226.b
Gaudeo. 103.a	229.a.b
Gemma subaudit. 183.a	Horatij locus. 208.a. 248.b
Genera sunt tria. 17.b	Horatij insignis loc ^o . 227.a
Genitiui præpositiones. 47.a	Horatij locus. 231.b
Genitiui natura. 46.a	Horatij loci. 220.b
Genitiui duo. 48.b	Horreo. 103.b
Genitiuus subintell. 171.a	Humi iacet. 201.b
Germanus frater. 183.a	Hyperbaton. 226.b
Gerunda verba. 136.b	I
Grammaticæ definitio. 9.a	I Acco. 103.b
Grammaticæ diuisio.	Idē nomē subintell. 170.b.
Grammatica adiectiuum. 173.b	† 3
	Idem

I N D E X.

Idem nomen suppletur. 167.b	Infinitiuorum cōstructio. 132.a
Id,quid adiectiuū. 192.a	Inquantum. 233.a
Ignosco. 104.a	Instrumenti præpositio. 212.b
Imperatiui voces. 207.b	Instrumenti rectio. 56.a
Impersonale & infinitum idem.33.a	Insuesco. 105.a
Impersonalia quæ. 84.a	In tantum. 233.a
Impersonalia passiuæ vo- cis grammaticor. refer- luntur. 58.a	Interdico. 105.b
Impersonalia. 28.b	Interiectio an sit. 11.a
Impleo frumenti. 47.a	Interest mea. 130.a. 193.b
Impono. 104.a	Interest nobis. 50.b
Impono tibi actiue. 176.a	Intestinū adiectiu. 185.b
In ante diem. 178.b	Inuideo. 106.a
Inclutus prima breui. 239.a	Iouem lapidē iurare. 201.b
Indulgeo. 104.b	Iubeo tibi. 50.b
Insans adiectiuum. 197.a	Iurea placenta. 196.a
Inferi adiectiuum. 178.b	Ius iuris. 241.b
Infinitum nunquam capi- tur pro imperfecto. 205.b	Iusta soluere. 183.a
Infinitum & impersonale idem. 33.a	L
Infinitum nomen verbi. 166.b.	Latet mihi. 50.a
	Latinè loqui nocet. 268.a
	Lectum est. s. legere. 192.b
	Legere & lectio idē. 167.b
	Lentis pro lens. 236.b
	Leuana dea. 243.b
	Liber Noe. 237.a
	Licet.

I N D E X.

Licet. 149.a	Medicina. 200.b
Ligon pro ligo. 236.b	Medius fidius. 208.b
Linis. 193.a	Mehercule. 208.b
Liquet actiuum. 85.a	Melius, Peius nomina. 192.a
Lucani locus defensus. 222.b	Mens animi. 189.a
Lucere facem. 180.a	Mensa subintell. 189.b
Lucus vnde. 253.b	Mensis subintell. 188.b
Ludus vnde. 255.a	Me, te, se subaudi. 170.a
Lustra vnde. 238.b	Mentio subintell. 189.b
Lustra. 262.b	Metuo actiuum. 107.b
Lui prima longa. 238.b	Miles vnde. 259.a
Lupatum adiectiu. 183.a	Minera quid. 5.a
Lydij Ludij. 255.b	Miseret. 46.b
M	Miseret actiuum. 86.a
Maactare. 240.a	Miseret, te det. 166.b
Magis doctior. 224.a	Mittere in consiliū. 186.a
Magis subaudit. 217.b	Mina, mina. 237.a
Magnates adiectiu. 203.b	Modi multi. 30.b
Mana quid. 242.a	Modi præpositio. 215.b
Manes vnde. 251.b	Modum verba non ha- bent. 30.b
Mane vnde. 252.a	Molaris adiectiu. 186.b
Manet tibi. 50.a	Morbus sacer. 241.a
Mæcenat adiectiu. 184.a	Morus vnde. 258.b
Maritus adiectiu. 173.b	Motus actio aut passio. 166.b
& 203. b	Mundo. as. barb. 247.b
Matuta vnde. 252.a.b	
Me castor. 208.b	

I N D E X.

Mundus vnde.	246.b	Nominatiuus cognatus.	
Musica adiectiu.	174.a	166.b	
& 188.b		Non modo.	218.a
Mustum adiect.	203.a	Non solum.	218.a
		Non subaudit.	218.b
N		Noxa, noxia.	178.a
Næ pro certo.	250.a	Nugo actiuum.	109.205.a
Ne post verba timoris.		Numerus quid.	14.a
249.b		Numerus subintell.	192.b
Ne, & vt vsus.	249.b	Nuntius adiectiu.	199.a
Nefrendes.	196.b	O	
Negotiũ subintell.	191.b	O, an regat casum.	53.b
Nemo dies.	183.b	& 206.a	
Nemo diuorum.	183.b	Occidens adiect.	199.a
Nepodes nepotes.	243.a	October equus.	189.a
Nepos quid.	242.b	Officium subintell.	193.a
Ne sis mihi patruus.	243.a	Officium vnde.	254.b
Noceo actiuum.	109.a	Omina quid.	239.a
Nomen quid.	11.b.15.b	Oportet tibi.	50.a
Nomina in Aster.	26.b	Oportet actiuum.	86.b
Nominis cõstructio.	44.b	Optimates adiect.	203.b
Nominatiuus non regitur.		Opus cũ genitiuo.	193.b
45.a		Opus est.	244.a.b
Nominatiuus subintelli.		Oriens, occidens, adiectiu.	
166.a		199.a	
Nominatiuus ante infinit.		Orthonoëa vnde.	261.a
229.a		Os, oris & ovis.	238.a
		Os fa-	

I N D E X.

Os sacrum.	241.a	Perihermenias liber.	15.b
Otium vnde.	257.a	Peris locus.	208.a
Ovis vnde.	266.a	Persona quid.	28.a
Ouum vnde.	260.a	Personale verbum.	28.b
P		Piget actiuu.	86.a
Pallas vnde.	5	Piget.	46.b
Palleo actiu.	109.b	Pila & Pyla.	237.b
Parce vnde.	256.a	Piletos.	238.a
Parco actiu.	101.a	Pinda adiecti.	173.b
Parentheses.	226.b	Pistrina.	200.b
Parere de homine.	22.a	Plaga.	238.a
Partes orationis quot.	10.a	Plauti locus.	179.b.201.a
Participiorum construct.		& 217.b	
136.a		Plauti loci.	228.a
Participia non habēt tem-		Plebes pro plebs.	236.a
pus.	37.a	Pleonasmus.	223.b
Palsiuorum constructio.		Plinij locus.	246.&247.b
121.a		Plinius defensus.	55.a
Patria adiectiu.	201.b	Pluit prima longa.	238.b
D. Pauli locus.	241.a	Plus vno.	266.a
Pauo vnde.	260.a	Pluuia adiectiu.	173.a
Pax.	237.a	Pœnitet actiu.	86.113.a
Pecco actiuu.	111.b	Pœnitet.	46.b
Pecus.	245.b	Pollocrotaphus.	242.b
Pecudes quæ.	174.b	Pomp. Melæ locus.	253.b
Pelagus vnde.	261.a	Pondo quid.	187.a
Pendeo animi.	48.a	Pontus vnde.	261.a
Pereo actiuu.	112.a	Pote, potis.	264.a

I N D E X.

Porphyrj locus correctus.	Prosa non profa.	194.a
230.b	Profus limites.	194.a
Possessiuorum vsus.	Pudet.	46.b
79.a	Pudet actiu.	114.a
Pofis quid.	Pugillaris adiectiu.	186.b.
246.a	& 200.a.	
Postica pars.	Pulmentaria.	241.b
194.b	Perum putum.	245.a
Potiri rerum.	Putare.	245.a
48.a. 185.b	Pyla & Piletas.	238.a
Potiri hostiū quid.		
239.a	Q uadragesima adiect.	
Pragma chrema.	195.a.	
247.b	Quam pro.	219.b
Præditus subintell.	Quandoque.	151.b
196.b	Quanquam.	144.a
Prægnans adiect.	Quartana adiectiu.	180.a
181.a	Quauis.	149.a
Præluce refacem.	Quatenus. f. fini.	181.a
264.b	Quidem.	158.b
Præpes adiecti.	Quid adiectiu.	192.a
174.b	Quintilianus notatur.	8.a
Præpositionum ellipsis.	174.a. 209.a. 219.b	
209.a	Quoad eius.	180.a
Præpositionum constru-	Quod.	153.a
ctio.	Quo an regat casu.	206.b
147.a	Quotendis. f. iter.	186.a
Præpositiões genitiui.	Quum, cum.	248.a
47.a		
Præpositio quid.		
40.b		
Præstolor tibi.		
50.a		
Prætexta adiectiuū.		
202.a		
Pretij præpositio.		
214.b		
Pretio subintell.		
195.b		
Profluens adiectiu.		
173.a		
Pronomen an sit.		
11.b		
Propositū subintell.		
196.b		
Propria non habet genus.		
22.b		
Prorsa oratio.		
265.a		

Ra-

I N D E X.

	R		Sermo quibus confitet.	7.a
	Ratio putatur.	245.a	Serpens adiectiu.	172.b
	Reciprocorū vsus.	70.a	Seruius actiuum.	116.b
	Rectè.	240.a	Si, subaudit.	220.b
	Refert nobis.	50.b	Simultas vnde.	259.b
	Relatiuorum constructio.		Solum terræ.	199.b
	61.a		Sollemnis, vnde.	263.a
	Repetundæ adiectiu.	195.b	Sonipes adiectiu.	180.a
	Res subaudit.	197.b	Species quid.	13.b
	Res.	247.b	Species Grammatic. falsæ.	
	Rhetorica adiectiu.	173	91.a	
	193.b		Sperare pro timere.	239.a
	Rudens adiectiu.	183.a	Spharita placenta.	196.a
	Ruo actiu.	115.b	Statur passiuum.	87.a
	Ruri esse.	51.a	Sto actiuum.	117.a
	Rus in rus.	210.b	Stupeo actiu.	117.b
			Summa. f. ratio.	197.b
			Superi adiectiu.	178.b
			Superlatiuorum constructio.	
			70.	
	S		Supinum.	141.a
	Sacer homo.	240.a.b	Sustantiuua verba.	129.b
	Sacra subaudit.	198.	Sutrina, adiectiu.	200.b
	Sacra fames.	241.a	Syllepsis.	224.a
	Satagit rerum.	48.a	Synchysis.	226.b
	Satin, salue, quid.	198.a		
	Secundaria farina.	243.b		
	Sedeo actiuum.	116.b		
	Semifibus. f. vsuris.	205.a		
	Sepes pro seps.	236.a		
	Seps.	237. 238.a		

T

T Anti quanti.	172.a
Taurus.	237.a
Tc.	

I N D E X.

Tædet.	46.b	Veneo, actiuum.	119.b
Tædet actiu.	86.a	Ventus vnde.	6.b
Tempora quot.	31.a	Verba accusandi.	46.a
Tēporis prepositio.	216.a	Verba æstimationis. ibid.	
Tempus subintell.	200.b	Verba copiz.	215.a
Tempus vnde.	242.b	Verba memoriæ.	47.b
Terra humi.	202.a	Verba naturæ.	85.b
Terentij locus.	165.218.	Verba pretij cum genituo	
	219.a		46.a
Tertiana adiectiu.	180.a	Verbū sine supposito non	
Timeo subintell.	208.a	erit.	116.a
Tollere.	243.a	Vertex, vortex.	242.a.b
Torrens adiectiu.	173.a	Vicarius quid.	198.b
Trabes pro trabs.	236.a	Video vnde.	260.a
Tribus, subintell.	202.a	Viola vnde.	ibidem.
Turbatur agris.	29.b	Virgilij locus.	165.197.a
Turben, nis.	236.b		223.b. 244.a. 253. b. &
Turbo, vel turbon.	ibidē.		264.b

V

Valeo actiuu.	118.b	Viuo actiuum.	120.b
Væ quid.	205.a	Vocatiui natura.	54.a
Vapulo actiu.	118.b	Voces an naturales.	5.b
Vapulo vnde.	260.a	Voces natura significant.	
Vas, dis, fis.	245.b		234.a
Vel subaudit.	221.a	Volo, is, & as.	245.a
Vcl.	250.a	Volucris adiectiuū.	174.b
		Vrbium nomina.	209.a
		Vrbs subintell.	204.a
		Vrbs Toleti.	48.a
		Vfur-	

I N D E X.

Vfurpare.	265.b	248.b	
Vt, & ne vsus.	249.b	Vt quemadmodū.	248.b
Vt, pro quanuis.	205.b	Vtor, actiuum.	120.b
& 248.a		Z	
Vt pro vtinam.	206.a. &	Zeugma.	222.a

F I N I S.

